tum figura: tum toto dicimus. Item quæ iis proportione respondẽt. Animalium uero dras aut p uias: aut p actiões aut p mores aut p partes cõstitui dignũ ẽ. Quibus de rebus primũ formula quadam agẽdum: deinde generatim discussiõe diligẽtiore disserẽdum censemus. profecto differentiæ quæ in mor: uictuum actionumq; ratiõe uersantur: colligi debent eo quod alia sint aquatilia alia terrestria & aquatilium ordo duplex alia enim in fluido degunt uictumq; petunt ex humore. Quẽ etiam humorẽ per uices recipiunt & reddunt nec uiuere possunt nisi uersentur in humore. Quod plurimæ piscium parti euenire apertum est. Alia degunt quidẽ in fluido uictũq; inde emoliuntur sed aerem non humorem recipiunt & foris parere solent. Cõplura huius generis sunt partim grestilia ut lutris latax. Crocodilus partim uolucres ut mergi ut urinatrices. Quinetiam quæ nullis pedibus initantur ut natrix. Nonnulla cum uictum in humore exerceant nec foris uiuere queant nihil uel aeris uel humoris recipiunt ut urticæ ut ostrea quatilis autem generis alia marina alia fluuialia alia lacustria alia palustria ut rana ut cordula. Terrestrium uero animantium alia accipiunt redduntq; aerem quæ res spiratio nominantur ut homo & quecũq; terrestria habent pulmonem. Alia quanuis aerem recipiant tamen sedem in terra perpetuo tenent & uictum indidem capiunt ut uespæ apes & reliqua insecta quo nomine ea appello quorum corpus incisuris percingitur aut parte tãtum supina aut etiam prona. Sed cum terrestrium plura ut dictũ est cibũ ab aquis petant nullum generis aquatilis est quod & aquam recipiat & terrã cibi causa petat. sunt porro quæ primum uiuãt in humore deinde forma imotata foris uitã incipiant agere ut culices palustres ex iis enim asili proueniunt. Ad hæc alia sede stabili degunt alia mutabili & uaga. sedes stabilis in humore tantũmodo est terrestriũ nulla statu immutabili uiuunt. At aquatilum ælura saxis affixa uitam omnem traducunt ut conchæ genera complura. Quinetiam spongia sensum habere aliquem creditur. Argumento q; multo difficilius abstrahuntur nisi clanculum agatur. ut referunt auulsores. sunt item quæ & adherere soleant & quotiens libuit absolui ut genus quoddam eius quam urticam uocamus: Quippe cũ nõnullæ ex his noctu absolute pascant. Non desunt cõplura quæ cũ sint absoluta: mouere tamẽ se nequeãt ut ostreæ: & quæ tota simplici mitioriq; testa operta uertibula appellãtur: & calli: aut tubera. uis itẽ aliis nandi tributa est: ut piscibus. ut mollibus: ut crustatis uelut locustis. Quædã ambulare possunt ut genus cãcroꝝ. Quippe quod q̃q̃ suapte natura aquatile ẽ: tamẽ uim habet ambulãdi. Terrestriũ uero alia uolucres sunt ut aues: ut apes quæ mõ iter se quodã alio differũt. alia pedestria: quoꝝ itẽ alia grestilia alia reptilia alia tractilia sunt. Aial quod uolucre tantum sit ut piscis natatile solũmodo est: nullũ nouimus. Nã & quæ pẽnis cuteis uolant ingredi possunt. unde uesptilioni ẽt pedes sunt: & uitulus marinus pedes habet minutos: se nõnullæ aues depedes sunt quæ ob eam rem apedes a prauitate pedum nũcupeatur quod genus auiculæ pẽnis plurimũ ualet sicut cætera quoq; prope similia ut pennis præualere sic pedibus degenerare uidẽt ut hirũdo & falcula siue riparia hæc enim oĩa & moribus & uolatu & specie proxima inter se conspiciũtur. Apparet apes omnibus anni temporibus. Riparia æstate tantũ cum imber incessit. Tũc enim & apparet & capit̃ deniq; rara hæc auicula ẽ. At uero quæ grestilia eademq; natatilia sint cũplura reperiũtur. Necnon differentias illas uitæ actioneſq; animãtiũ cõtinent. Sunt enim aliæ gregaleæ aliæ solitariæ. Tum uolucres tũ nates. tũ etiã pedestres uitã aliæ ancipitem degũt ut eædem modo societate modo solitudine gaudeant. item

aliæ ciuiles: aliæ in ciuiles. Tum ex gregalibus tũ etiam ex solitariis sunt gregales i uolucrũ genere columbi: grues: olores. Nullum cui nngues aduncí gregatile cẽ perpendimus: complura etiam inter nantes piscium genera gregatim degere scimus: ut quos cursores uocant: & thunnos: & limosas: & hamias. Hominis naturam ancipitem societatis: ac solitudinis esse apertũ est. Ciuiles appello animantes quæ labori communi cant: idem quaꝝ opus cõmuni efficitur opera munusq; idem omni est: quod nõ omnibus gregalibus competit. Ciuilis generis est homo apis: uespa: formica: grus: quarũ aliæ sub duce degunt: ut grues: ut apes: aliæ nulli subditæ imperio sunt ut formicæ: & alia inumera pene genera. sunt itẽ tã ex gregalibus: q̃ ex solitariis: aliæ q̃ sedẽ nũq̃ mutent: aliæ quæ mutare statuto tẽpore soleãt. Et aliæ quæ carne uescãtur aliæ quæ frugibus: aliæ omnia attigãt. Nõ desunt quæ cibo sui generis utant̃ ut apes: ut aranei. Apes enĩ melle: & q̃busdã aliis dulcibus aluntur. Aranei uænatu muscaꝝ uiuũt. Nõnulla piscibus uesci natura uoluit. ad hæc aliæ: aut uim habẽt uenãdi: aut ingenio recõdẽdi cibi dotatæ sũt aliæ nec ad uenãdũ aptæ: nec ad recũdẽdũ. Itẽ aliæ domicilia sibi parãt: ut talpa: mus: formica: musca: apis: aliæ nullis se includere casis patiũtur. ut plures tã insecti generis q̃ quadrupedis. Quinetiam locis discrimẽ aliud existit. Quippe cũ alię ea uernas subeant: ut lacerti: ut serpẽtes. aliæ p summa telluris degãt: ut canis: ut equus. Ac aliæ foramina sibi excauent aliæ nũquã eo munere fungant̃: & aliæ noctu uagentur: ut noctua: uespertilio. Aliæ interdiu tantum. Addo etiam alias esse Cicuras alias feras & alias perpetuo cicures ut hominem: ut mulum: alias perpetuo feras: ut panthe/rã: ut lupũ: nõ nullas ẽt facile posse mãsuescere: ut elephãthos. Sed quin aliter partiendũ ẽ. Genera. n. quæcũq; placida sunt hæc eadẽ fera quoq; possunt reperiri: ut sues eq hoies oues: capræ: canes: boues. Itẽ aliæ mutæ omnino sunt: aliæ strepitũ tantũ eliduũt aliæ uocem ẽt formant. quaꝝ aliæ loqui possunt aliæ uocẽ solã nullis exprimendã litteris reddunt. Atq; alie loquaces: aliæ taciturnæ aliæ oscines aliæ inoscines oium uocaliũ animantiũ cõmunis mos est ut sui initus tẽpore potissimũ canãt & blaterẽt. Aliæ ptea campoꝝ incolæ sunt ut palumbes aliæ montis ut upupę alię cũ hominibus degere solent. ut columbi. Item alię copia libidinis gaudẽt ut pdicũ genus & gallinaceoꝝ alię minus uenere ualẽt: ut quę coruinã speciẽ gerunt. Quippe q̃ raro soleãt coire marinarum ẽt aĩantium alię pelagicæ aliæ littorales alie saxatiles sunt. Ad hec aliis data uis est dimicãdi aliis ingenium cauẽdi & cuitãdi: uiribus pollẽt q̃ iniuriã nel inferãt aliis uel illatã sibi propulsent: seq; defendant caute & puide sunt que aliquid in se ipsis pũdii hñt cõtra inuehẽdã iniuriã. Differunt pterea moribus. Nam alie mites remisse & minime peruicaces sunt ut boues alie animose peruicaces brute oĩno ut sues siluestres alie ignioſe ac timide ut ceruí lepores cuniculi alie illiberales pfide isidioseq; ut serpẽtes. Alie liberales fortes & nobiles ut leones alie generose feroces isidiose ut lupi nobile enĩ id est quod ex bono pdiit genere generosum aũt qd' nõ a sua natura degenerarit & alie astutemalitiose callide ut uulpes. alie animose & amatrices & assentatrices ut canes alie mites & mansuetudini addicte ut elephantes alie uerecunde & caute nt anseres alie inuide & ornatus & politure studiose ut pauones. Homo unus ex numero animaliũ omnium uim obtinet cogitandi & cum memoria atq; disciplina complures animantes eẽ participes possint nulla tamen preter hominem potest reminisci. Sed de moribus uitaq; generis cuiusq; diligentius post.

Que corporis partes animalibus communes q̃ item ꝓprie sint. Caput secũdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mnium autē partes cōmunes animaliū ſunt: qua cibus recipitur: & in quā
o deuoratur. Quas quidem partes & eaſdem eē & diuerſas nihil prædictis ra
tionibus prohibet: aut enim ſpecie: aut exceſſu: aut proportione: aut ſitu de
terminandum eſt. Ab his aliæ communes plurimorum animalium partes
habentur: & qua cibi excrementum emittitur. Non enim hæc omnibus data eſt partē
qua cibus recipitur: os appellamus: in quam deuoratur uentriculū. Reliqua pars mul
tiplici nomine ſignificatur. Sed cum duplex ſit excrementum hoc eſt ſiccum: ac humi
dum: q̄ ptē illā humidi excrementi capiētem habent: hæc ſicci quoq; receptaculū con
tinent. Quæ uero hoc habent: non illud etiam habere omnia nouimus. quāobrē: quæ
ueſicā habent aluū eadē etiam optinēt. at uero q̄ aluū habēt non oīa: & ueſicā poſſidēt
Humidi nāq; excremēti cōceptaculū: ueſicā: ſicci aluū nominamus. Reliqs magna ex
parte tū eæ: quas enumerauimus partes tributæ ſunt tū ēt quā fæmē genitale mittat.

Quomō animalia alia ab aliis differant in emiſſione & admiſſione proficiſci ſemi-
nis. Caput tertium.

Vo modo gignere animal poſſint: aut in ſeipſa ſæmen prolificum mittunt
q aut in alterum: fœmina quod in ſe mittit appellatur. Mas quod in alterum
ſed in nonnullis diſcrimen id fœminæ & maris non eſt. ſpecies quoq; partiū
quæ ad ipſam pertinent procreationem diuerſa eſt. cū alia uuluam habeant
alia quod uuluæ proportione reſpondeat partes hæ ſunt q̄ neceſſarie uel oībus uel plu-
rimis datæ aīalibus ſunt oībus uero ſenſus unus tactus ineſt cōis. Itaq; pars qua ſentiē
di uis iſta cōtineatur nomine uacat. Aliis enim eadē aliis ex proportione habetur.

Humorē quodq; aīal habere aliter tamen uel huic uel illi ineſſe. Caput quartū.

Vmorem item genus quodq; animalium continet quo ſi aut per uim aut p
h naturam ipſa in priuetur in pernitiem agatar neceſſe eſt. Habent etiam id
diuerſum in quo humor ille & fiat & contineatur. Sunt hæc in aliis ſanguis
& uena in aliis quod his proportione reſpondeat. Quæ quidem imperfe-
cta ſunt atq; alterum fibra alterū ſanies dicitur tactus itaq; in parte corporis ſimilari cō
ſiſtit ut in carne aut in aliqua generis eiuſdem deniq; in parte ſanguinea aut in ea quæ
ex proportione uice illius habeatur omnibus tum parte ſimilari ſenſum hunc contine-
ri certum eſt ſicut econtrario potētias agentes partibus diſſimilaribus tributas eē aptū
eſt ut oriciborum confectionem pedibus aut alis aut quibus uis proportione accom-
modatis officium incedendi ad hæc animalium alia ſanguinem habēt ut homoequus
deniq; omnia quæ aut perfecta pedibus carent aut binis quaterniſue pedibus conſtant
alia exanguia ſunt ut apes ut ueſpæ. Atq; inter maria ſæpia locuſta: deniq; omnia quæ
pedibus pluſquam quaternis innitantur.

Quæ animalia perfectum animal quæ noua quæ uermen gignant. quoue ritu q̄q;
incedant. Caput Quintum.

Ttem alia animal gignunt perfectum alia ouū alia uermē procreāt aīal hō
i equus uitulus marinus & reliqua quæ pilis integuntur atq; in genere aqua-
tili quæ cæte appellamus ut delphini & quæ cartilaginea uocantur quorū
alteris fiſtula data eſt branchiæ deſunt ut delphinis & balenis. Habent delphini fiſtu-
lam a dorſo balenæ a fronte alteris branchiæ detectæ ut muſtelo raiae reliquiſq; gene-
ris eiuſdem. ouum id ex fœtibus perfectis uocamus. Cuius ex parte principio animal
conſiſtit. Reliquum uero alimento ei quod gignitur eſt. Vermis id ē ex quo toto ani-

mal totum per ſubiecti fœtus formationem incrementumq; gignitur. animalium er-
go quæ aīal generant aut oua intra ſe prius cōficiunt: ut cartilaginea: aut illico animal
intra ſe formant: ut homo ut equus. At uero in lucem fœtu perfecto aut animal æditur
aut ouum: aut uermis: ouum ipſum: aut putamine continetur teſtaceo: & bicolor eſt
quale auium eſſe uidemus: aut cute molli obducitur unicolorq; eſt quale cartilaginea
uermeſq; pariunt. uermes item aut continuo mobiles ſunt: aut immobiles. Sed de his
accuratius poſt cū de generatione ageē differemus. Nunc animaliū reliquas dras ad
dimus. Enīuero aliis pedes natura dedit aliis negauit: & quæ obtinēt pedes: aut binos
hæc habent ut hoīes: atq; aues: duo hæc tantūmodo genera: aut quaternos ut lacerti:
ut canes: aut plures: ut centipedes & apes ueȝ quæcunq; ambulāt oīa pedes pari nu-
mero poſſident. Quæ autem in genere natāte pedibus carent hæc aut pennis natant:
ut piſces: quorum alii quaternas: binas ſcilicet parte prona & binas ſpina habēt: ut au-
rata ut lupus: alii binas tātum qui longi læueſq; ſunt: ut anguillæ: ut cōgri: aut nullas
omnino habēt: ut murena: ſed ita mari utuntur ut terra ſerpētes: mō quæ ſimili repunt
in humore: Cartilaginei quoq; generis aliqua pinnis carent uidelicet quæ plana ſunt
& caudam habent ut raia: & paſtinaca: ſuaq; ipſa latitudine natant. Raiam tamen pin
nas habere uidemus: & quæcunq; ſuaui latitudinem non colligunt in mucronē. Quæ
aūt pedes habere putātur. ut mollia: tū pedibus ipſis: tū pinnis natant: & quidem his
celerius iners autem alueus ducitur. ut ſæpia lolligo: polypus poteſt: ſæpia lolligo neq
unt. cruſta intecta ut locuſtæ ſuis caudis natant: celerrimeq; retrorſum pinnaȝ caudę
adiunctaȝ beneficio: cordula etiā pedibus natat & cauda: quam ſimilem ſiluero habet
quo ad paruum magno licet conferre. Volucrū autem alię penna uolant: ut aquila: ut
accipiter: aliæ membrana ſicca: ut apes: ut ſcarabei: aliæ cute: ut uulpecula ut ueſperti-
lio. uolant pennis: aut cute quæ habent ſanguinem: membranis ſiccis quę ſanguine ca
rent: ſunt porro quæ uel pennis uel mēbranis uolāt omnia bipeda aut apeda: Angues
enim circa æthiopiam tales uolare narrantur genus pennatum auem appellamus: reli
qua duo genera nomine carent communi uolucris aūt generis exanguis aliis pēnarū
tutelæ cruſta ſuperuenit ut uaginipēnes poſſint nūcupari uelut ſcarabeis aliis pennę
nulla cruſta integunt: Quoȝ alia bipēnes ſunt alia quadripēnes gerunt pēnas qua-
ternas q̄ aut grādiora ſunt aut aculeo in aluo armant. uaginipēnis illius ordinis nullū
eſt qđ aculeū gerūt: ut muſca tabanus Aſilus culex oīa quæ ſanguīe carēt minora quā
quæ habēt ſanguinē adoleſcūt. paucis marinis exceptis ut mollium nō nullis quę qdē
genera grandiora locis tepidis reddūtur & mari potius aut dulcibus aq̄s q̄ terra. Oīa q̄
ſe mouent aut quaternis notis mouētur aut pluribus. Quaternis tantū quæ habēt ſan
guinē ut hoīes binis māibus biniſq; pedibus aues binis alis & binis pedibus. Quadru
pedes pedibus quaternis piſces pinis quaternis. Nā & quæ pennis aut nō amplius bi
nis aut nullis aut ſerpentes utuntur quaternis ea quoq; notis nihilominus mouentur:
flexus enim quaterni his aguntur aut bini cū pinnis binis. At uero quæ ſanguine ua-
cua pedibus ſe pluribus moueant ſiue uolucres ſunt ſeu pedeſtres iis certe motus p no
tas plures exercetur ut animal quod a uita die uno deſcribenda ephemeȝ appellatū eſt
pedibus quatuor pēniſq; totidē mouetur. Quippe qđ nō ſolū uitæ ſuæ rōne ppriū id
merito habeat ſed ēt cū q̄drupes ſit uolucre quoq; ē. Oīa porro tā q̄drupeda q̄ multi-
peda mō ſimili moueri ſolita ſunt cūctis enī motus per diametrū agitur uerum cū cæ-
tera ducibus binis pedibus incedant cancer unus quaternis regi ſolitus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ animalia habeant ſanguinẽ: quæ ue eodẽ careant. Caput Sextum.

Vmma uero aialiũ genera ĩ q̃ ſingula digerant᷑ rediger ãturq; aialia qbus ſci
f licet illa cõſumant᷑: & cõſtẽt: hæc ſunt auis: piſcis cætus: quę qdẽ oĩa habẽt
ſanguinẽ. Ad hæc genus teſta ĩtectũ eſt: qđ oſtreũ ſiue concã appellamus
& cruſta incluſum: aliud quod noĩe uacat cõĩ: ut locuſtaꝝ: & cãcroꝝ. & gãmaroꝝ ge-
nera. aliud ĩtẽ molle: ut lolligenes: ut ſepiæ: adde genus inſectum: quæ oĩa genera ſan-
guine carent. Et quoꝝ natura pedes habere patitur: multis hæc pedibus cõſtant. Sed
inſectoꝝ uel aliqua uolucres eſſe aptum eſt. Reliquoꝝ aiantiũ genera nulla p̃terea am
pla intelligunt᷑; unũ enim quod plura genera cõtineat nullũ eſt. Sed aut ſimplex eſt
nullis ipſum ſpecificis euarians diſcriminibus: ut hõ; aut diuidi qdẽ põt in ſpecies: ſed
nullis nominibus diſtinctas. Quæ eni genere quadrupede nõ pẽnato cõtinentur ſan-
guinẽ qdẽ oĩa habẽt: ſed alia aĩal pariũt alia ouũ dixeri hæc ouipara illa uiuipara. quæ
igitur aĩal generant: pilos nõ oĩa habẽt q̃ aũt oua pariunt cortice oĩa muniunt᷑. cortex
hic loco ſquamæ ſimilis põt appellari pedeſtre ſanguinẽ qđ pedibus careat ex natura
genus ſerpẽtũ ẽ idq; ĩtectũ cortice eſt. uerũ cũ cæteræ ſerpẽtes oua pariant uipera una
aĩal gignit. Nõ eni pilos oĩa hñt quæ aial generãt. Quippe cũ nõnulli ex piſcibus aĩal
ꝓcreent. Quæ tñ pilos ſortita ſunt aĩal oĩa progignũt. Nam pilos quoq; effigie aculei
ſpiculatos genus quoddã eſſe piloꝝ putandũ ẽ quales herinacei atq; hyſtrices gerunt
uicẽ enim illoꝝ nõ pedũ ut æchinoꝝ aculei p̃ſtãt. Generis q̃drupedũ q̃ aĩal gignũt plu
res qdem ſpecies intelligunt᷑ ſed nullis fere notat noĩbus. ſinguloꝝ eni noĩa habentur
ut hois leonis equi cerui canis reliquorũq; ad hunc modum nullis fere inquã quoniã
genus unũ uel ſuper iis omnibus quæ iumenta nominamus eſt ut equo aſino mulo
ginno: Ino & mulis quas terra ſyria fert quæ ſimilitudine quadã nomen mularum ac-
ceperunt quãq̃ nõ oĩno eadẽ q̃ mulæ ſpecie continentur. Coeũt enim & mutua inter
ſe rõne ꝓgenerãt: naturã ĩtaq; eoꝝ quæ minus genere certo cõtinẽtur ſeorſum ſigillati
cõſideremus neceſſe eſt. Hæc ita in p̃ſentiaꝝ formula expoſuiſſe quadã præguſtandi
gratia placuit uidelicet ut quibus de rebus tractandũ & quatenus eſſet ſequendũ in-
telligeretur poſt accuratius de iiſdẽ diſſeremus ut primum differentias atq; accidentia
quæ iuncta cuiq; ſunt accipiamus deinde ad eoꝝ comperiẽdas cauſas enitamur ita. n.
effici põt ut uia rationeq; docẽdi utamur naturæ cõgrua. Cum cõmentatio ſingulorũ
antecedat hinc enim aperitur quibuſnam de rebus & ex quibus effici demonſtrationẽ
oporteat. Primum ĩtaq; partes animaliũ ex qbus cõſtãt enumeraſſe par eſt his. n. po
tiſſimũ atq; in primis tota quoq; ipſa inter ſe differũt uidelicet aut eo q; alia habeãt alia
careant aut ſitu & ordine aut differentiis quas ante hac expoſuimus id eſt ſpecie exceſ
ſu proportione & affectuum contrarietate. Sed primum partes hominis explicare de-
bemus ut. n. nũmos ad id qđ ſibi q̃ſq; exploratũ certumq; habeat ꝓbare ſolet ita cæte-
ris quoq; in rebus agendum eſt. At homo animaliũ maxime oĩum notũ nobis neceſ-
ſario eſt. Partes igitur hominis exteriores & ſi nõ ſenſum effugiũt tamẽ ne ſequela &
ſeries cõtinuãda doctrinæ prætermittat᷑ atq; ẽt ut ſenſum ratio comitetur partes pri-
mũ enumerabimus officiales ſiue inſtrumentales deinde ſimilarium ordinẽ ꝓſeq̃mur.

De ſummis in hois corpore partibus & qđ caput qđ itẽ thorax ſit. Caput. vii.

Vmme igitur partes ĩ quas primas totum diuiditur corpus hę ſunt: caput.
f Collũ thorax braciũ duplex crus duplex. Thoracẽ eã ptẽ appello q̃ a collo
ad pudẽda uſq; trũca pertẽdit capitis aũt pars q̃ capillis ĩtecta eſt. Calua ap

pellatur: cuius pars prior ſinciput nouiſſime cõſiſtere ſolita. Oĩum. n. oſſium corpis: ul
timũ id cõcreſcit: & indurat᷑: poſterior occiput eſt. Media ĩter occiput & ſinciput: uer-
tex: cerebrũ ſincipiti ſubditũ eſt. Occiput ĩnane. Calua ipſa ſane tota os raꝝ rotũdũ cu
te graciléta obductũ eſt. Habet futuras quæ mulieris ẽ unã ĩ orbẽ. quæ aũt uiri tres in
idẽ magna ex ꝑte coeũtes. Iam uiſum etiã ſine ulla futura caput uiri eſt. uerticẽ caluæ
mediũ diſcrimẽ: & æquamẽtũ capilloꝝ uocamus: quod nõnullis geminũ eſt ſunt eni
qui facti. a natura biuertices ſint ueꝝ nõ oſſe ſed capillorũ æquamento.

Quid ſit facies in homine. Caput octauum.

Aciem partem eam nominamus dumtaxat in homine quæ caluæ ſubiecta
f eſt. Nam piſcis aut bouis faciem dicere nõ ſolemus: partes facici frons quæ
ſub ſincipite poſita inter id ipſum & oculos eſt. Quibus hæc magna ſegnes:
quibus parua mobiles: quibus lata mente moueri ideonei quibus rotunda iracundi.

De ſupercíliis. oculis palpebris ciliis pupilla nigro candido angulis & de hiis aĩali/
ꝫbus quæ oculis careant. Caput nonum.

Vpercilia ſub fronte bipartito diſtincta quæ ſi in rectum porriguntur mol-
s lem ſubeſſe aĩam ſignificant. Si iuxta naſum inflexa ſunt auſteꝝ notãt & a-
cerbũ. Sed ſi iuxta tpa inflectuntur deriſorem diſſimulatorẽq; indicãt. ſi ue-
ro in totũ demiſſa: notã inuidiæ hñt. Oculi his ſubiacent duo legitimo. ſ. naturæ officio
quoꝝ partes ſuperius inferiuſq; regentes palpebræ appellantur. pilos qui extremo pal
bebraꝝ ambitui adhærẽt ciliũ nominamus Humor oculi interior quo uidemus pupil-
la ẽ. Quod eam ambit nigrũ dicit᷑. Quod poſtremo nigrũ circundat᷑ candidum ſiue al
bugo. pars cõmunis ſuperioris inferioriſq; palpebræ angulus eſt quẽ duplicem uterq;
oculus habet alteꝝ iuxta naſum alterũ iuxta tẽpora qui ſi iuſto ſunt longiores notã mo
rum maleficoꝝ præbent ſi carnoſi more pectunculoꝝ ſunt qui naribus iunguntur ma
litiam p̃ferũt. Habent profecto oculos tũ cætera animalium genera omnia præter quã
teſta intecta & ſi quid imperfectũ aliud eſt tum ea quæ animal generant oĩa præter tal
pam quem modo quodam habere dixerim cũ tamen omnino habere negem. Quippe
cum oĩno quidem nec uideat nec perſpicuos habeat oculos. Veꝝ ſi quis prætentã mẽ-
branam detrahit locus oculoꝝ apparet: & pars nigra eorundem ſitus deniq; & deſcri/
ptio eadem quam legitimam conſpicui oculi optinent utpote cum obducta cute oculi
præſſi confuſi obleſiq; eſſent dum crearentur.

De oculoꝝ uarietate in quibuſq; animantibus. Caput. x.

Andidũ oculi magna ex parte ſimile in oĩbus eſt. At qđ nigrũ dr̃ uariat: ali/
c is enim atrũ aliis admodũ cæſiũ aliis fuluũ aliis caprinũ qđ moꝝ optimoꝝ in
ditiũ eſt & ad cernendi claritatẽ primatũ obtinet. ſolus ergo potiſſimũ aĩali-
um hõ numeroſa oculoꝝ uarietate notatur. Cũ cæteris in ſuo ſingulis genere color ſit
idem equis exceptis qui iterdũ oculis ꝓueniãt cæſiis ſunt oculoꝝ alii grãdiores alii par
ui alii modici q optimi habent᷑ itẽ alii nimium ꝓminẽtes alii cõditi alii modice ſiti. Qui
cõditi ſunt clariſſime cernere in gñe quoq; brutoꝝ aĩalium poſſunt Modicus tamen ſi-
tus nota moꝝ eſt optimoꝝ & aut nimium conniuent aut rigidi intentiq; conſtant aut
modice mutant. Notam moꝝ laudabilium habent qui mediocriter conniuẽt. Reliquo
rum alteri impudentiæ alteri inconſtantiæ indices ſunt.

De aure naſo tꝫibus maxillis Labris gingiuis dẽtibus lingua palato Columella co
rumq; in quibuſq; animantibus differentiis. Caput. xi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vris pars capitis: q̄ audimus ē: ita ut nulla ſpiratio deſideretur. Errat enim
a Alcmœon qui capras ſpirare p̄ aures credidit. Auris pars exterior cui eſt no
men auricule: parte conſtat ſuperiore pinna: inferiore fibra: tota aūt ipſa ex
cartilagine carneq; conſtituta eſt. At pars interior forma anfractui cocleæ ſimilis deſi
nit in os: quod auriculā plane imitatur in qđ quaſi nouiſſimū uaſculū ſtrepitus deue
nit. Hinc meatus ad cerebrū nullus ē. At in oris palatū uſq; ſemita p̄tendit: & uena de
cerebro deſcēdit eodē. Oculi quoq; i cerebrū ſiniūt & uterq; poſitus ſup uenula ē. Au
res hoi trm̄ imobiles: nā eoꝝ q̄ ſenſum obtinēt audiēdi: aliis auriculæ ſunt aliis deſūt me
atuſq; patēt ipſi audiēdi: ut iis quę pēna: aut cortice ſquamaue itegunt. At ea quę aīal
gn̄ant: oīa auriculas hn̄t: excepto uitulo marino: & delphino: & reliqs ita cætariis. Nā
quæ & cartilaginea appellauimus: aīal pariunt. Veꝝ hō unus aurē non mouet. Vitu
lus ergo marinus meatus cōtinet manifeſtos: qua audit at delphinus audit q̄dem: ſed
nullis cauernis quæ uicē p̄ſtent auriū. Cætera ſuas auriculas oīa mouēt: ſitū aures hois
eundē in orbe: quo oculi obtinēt: nō ut q̄drupedū. Nōnullis poſitæ ſupius ſunt. Auriū
aliæ leues aliæ piloſæ: aliæ mediū tenēt. Quæ q̄dē ad audiēdū aptiſſimæ ſunt: moꝝ hic
p̄ſtita nulla hn̄tur. Itē aliæ maiores: aliæ puæ: aliæ mediocres: & aut nimiū aut paꝝ aut
mediocriter arrectæ. Notā moꝝ optimoꝝ hn̄t quæ mediocres. At q̄ magnæ arrectæq;
ultra modū ſtultitiæ īdices ſunt: aut loq̄citatis. Partē iter utrūlibet oculū: & aurē: & uer
ticē poſitā tpa appellamus. Itē pars facici naſus quę meatū p̄bet ſpūi. Aerē enim ea pte
reddimus & accipimus. Sternutamētū quoq; eadē agit parte quod flatus uniuerſi eru
ptio eſt. Signū augurale: & unū ex ſpirituū oīum gn̄ibus ſanctū & ſacrū. Tum etiam
ſpiritū trahi i pectus & ide reddi neceſſe eſt qđ fieri nō p̄t niſi naribus ſpiremus. Cum
reciprocatio ſpiritus de pectore p̄ gurgulionem, nō de capite parte aliqua actitet. Sed
datur uiuēdi facultas etiā ſi de ſit ſpiratio. Olfatus quoq; i. ſenſus odoris hac eadē par
te ſumminiſtratur. Mobiles ē nares natura uoluit: nec ſicut aures imobiles ſua cōpa
ge: pars naſi quæ cartilaginea nares diſcriminat iterſæptū uocamus. Meatū uero utrū
q; īane Naſus enim bipartito diſtinctus ē tramite: elephantis ꝓlixa ualidaq; naris auge
tur eiuſq; uſus idē qui manus: ea nāq; cibos tā ſiccos q̄ humidos colligunt capiunt & in
os admouent ſoli aīantium oīum. Eſt p̄terea maxilla duplex cuius pars prior mentū
poſterior mandibula eſt mouent aīalia oīa maxillā inferiorē Crocodilo fluuiatili excep
pto. Is enim unus ſuperiorē mouet labra mox a naſo habentur caro pmobilis. Quod
aūt intra maxillas & labra deſcribitur os eſt cuius partes palatū & fauces ineſt. ps ſenti
ens ſaporē lingua uim iſtā ſentiēdi p̄cipue obtinēs parte ſui primore. Nā ſi iteriore tan
gat: minus ſentiet oīa p̄terea quę caro ſentire p̄t lingua etiā p̄t ut duꝝ calidū frigidū:
ſua quauis parte ſicut & ſaporē. Hæc aut lata ē aut anguſta aut mediocris quę q̄dē op
tima & explanatiſſima ē. Itē aut abſoluta aut cōſtricta q̄lis tortoꝝ balborūq; eſt. Car
ne ſoluta rara fungoſa lingua cōſtat eius ps quędā ligula eſt. Bifida oris cōpago tōſillæ.
Multifida gingiuæ appellātur carne hæ cōſtāt. Intuſq; dētes oſſei coherent parte ue
ro penitiore p̄ticula pēdet: alia uuigera uene applicata columella nomine quę ſi immo
dice humefacta ītumeſcat inflammeturq; nomine uuæ uocatur & ſtrangulat.

De collo & pectore eorūq; partibus. Caput. xii.

Ollum quod iter pectus & faciem eſt. Cuius pars prior guttur poſterior gu
c la quātūq; colli ipſius cartilagineū priorē obtinens ſitū uocem tranſmittit &
halitū. Id arteria nominatū eſt. At uero quantū interius carneū ſpinæ præ-

iacet: gula dicit. pars aūt poſterior colli extima ceruix appellata eſt: partes thorace te
nus diſpoſitæ hæ ſūt. Thorax ipſe parte priore poſterioreq; cōſtat. Mox a collo pectus
priorem obtinet ſitum bipartitum in mammā parte ſui utraq; extuberans. Māmis laxi
or contextus corporis eſt iuncta papilla per quā fœminis lac trāſmiſſū elicit: in mari
bus etiā lac fieri p̄t, ueꝝ caro his ſpiſſa: mulieribus fungoſa foraminulentaq; eſt.

De uentre inferioribuſq; ad genitale uſq; membrum. Caput. xiii.

Entre infra pectus eſt parte priore: eiuſq; radix umbilicus eſt. Cui radici ps
u ſubiecta in latus utrunq; ilia dicitur: quæ autē recte ſubiungit. ſumen ē ſiue
abdomen. Cuius poſtremū: aquaticulus. Sed ſuper umbilicū hypocōdri
um eſt a cartilagine: quaſi ſubcartilagiū denominatum. Cauū autem cōmune ſubcar
tilagii & iliū Cholago eſt. partem poſteriorem lumbi pari ſtructura precingunt: unde
nomen oſphys inditū eſt. partis uero excretoriæ quod ſubditum quaſi ſtragulū eſt na
tes appellatur. In quo aūt femur uerſatur Coxa & acetabulū pars fœminæ ꝓpria ute
rus aut uulua eſt: maris penis foras poſtremo thorace propendens parte ſui prima car
ne ꝓpe modū cōſtans & inequabili facie turbinata. Nomē a glāde pars hæc mutuata
eſt quā quæ integit cutis uacat nomine quæ uulnere obducto coaleſcere neq; ſicut nec
genæ aut palpebræ p̄ciſæ reduci ad unitatē queunt: totū tn̄ quod ex ea cute glandeq;
conſtat prępucium eſt reliqua pars cartilaginea eſt: & augeri ampliter poteſt & ingre
diq; egredi cōtra q̄ iumentoꝝ. Subiacent mēbro genitali teſtes gemini cute obducti
quod ſcortum nominamus. Teſtes ipſi nec eiuſdem naturæ ſunt. Cuius caro nec mul
tum a carne diſſidet: ſed quemadmodum hæc ſe habeant ac omnino de cæteris huiuſ
modi partibus poſtea accuratius diſſeremus.

De uarietate ſeminalis membri uiri & mulieris. Caput. xiiii.

Vlieris autē genitale contra quā uiri formatū eſt. Cauū enim ſubditū pubi
m eſt: nō ſicut maris ꝓpēſum ac ꝓminens. Ceruix ab utero effertur acceſſum
ꝓlifico maris ſemini p̄bens: exitū humidi excremēti ſuo ſexus uterq; genita
li habet ſūminiſtrādū. Cōmunis colli: & pectoris pars: iugulū eſt. Coſtæ brachii & hu
meri: ala fœmoris: & imi uentris iguen. Pars item interior fœmoris & natis cōmunis.
Coles etiam exterior ſubnatale. Thoracis iam partes omnes primores diximus.

De dorſo: cæteriſq; partibus poſterioribus. Caput. xv.

Orſum pone pectus eſt. Cuius partes ſcapulæ: & ſpina infraq; e regione uē
d tris lumbi habentur cōmunes autē partis ſuperioris inferioriſq; coſtæ octo
næ. Nam de hominibus gentis turdulorum quos ſeptenis coſtis ferūt crea
ri nullius idonei auctoris teſtimonio conſtat. habet ſane homo ſuas partes ita diſpoſi
tas ut in eo & ſuperius ſit & inferius & prius & poſterius & dextrum & ſiniſtrum. Cō
ſtat ſane dextrum & ſiniſtrum ex ſimilibus fere partibus atq; eiſdē. Verum ſiniſtra om
nia ſunt imbeciliora. At poſteriora prioribus & ſuperiora inferioribus diſcrepant p̄ter
q̄ q; inferiora ſimilitudinem ſuperiorem prę ferre ea dixerim ratione q̄ uenter imus re
ſpondere aſſolet faciei in corpulentia uel gracilitate & crura cum brachiis communem
ineunt rationem. Ita quibus cubitū breues iis etiam fœmora magna ex parte breuia ſūt
& quibus pedes exigui iis manus quoq; paruæ habentur. Membri uero ſuperioris bi
partitam compactiōem brachium ſiue ulnā appellamus. Cuius partes lacertus agilis
gibber. cubitus māus. Partes manus palma & digiti q̄nq; nūero digiti ps q̄ ſe īflectit:
nodus ſiue articulus ē q̄ rigida cōſtat iternodiū dē digitus pollex nūcupatus uno infle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctitur nodo: cæteri binis adducũtur. Inflexus uero tũ brachii tũ digitoꝝ oium agit in interiora. brachiũ ad gibbeꝝ appellatũ iflectitur. nodus quo cũ brachio manus iungitur coartaturq; brachiale uocamus. pars iterior manus uola dicit: carnosa ẽ: & i sciſſuris uitæ idicibus diſtícta lõgioris. ſ. uitæ ſingulis aut binis ductis p totã: breuioris binis q̃ nõ lõgitudinẽ totã deſignẽt: exterior neruoſa eſt & noie carẽs mẽbri iferioris biparti ta cõpactio crus eſt huius femur. quod biceps. Mola quod locũ orbiculatũ foris adiectum ẽ. Tibia quod gemino oſſe ſubiacet. Cuius pars prior crea: poſterior ſura. Caro neruoſa uenoſaue aliis retracta a poplite qbus nates ſũt pleniores: aliis detracta quibus graciliores: poſtremũ cruris malleolus geminus utriq; partitus lateri ẽ. pes aũt: quod multiplici oſſe cõſtat. Cuius pars poſterior calx. prior diſcreta i digitos qnq; ẽ: media plãte noie explicat: cuius quod carnoſũ iferius ſolũ attigit ueſtigiũ ẽ: qd ſuperius pro nam cõficit ptẽ neruoſũ: & nois adhuc idigũ eſt: hæret ſũmis digitis unguis & nodus i teruenit: ſed nõ niſi uno iflexu adducũtur. qbus pars iterior plãtæ nõ caua ſed ita pleni uſcula ẽ: ut ſolũ toto attigat ueſtigio ii uerſuti ſũt & fraudulẽti. Cõe fœmoris & tibię genu poplesq; ẽ ptes maris ac fœmine cões hæ ſũt quaꝝ ſitus quẽadmodũ ad ſupius inferius: pus poſterius ſiniſtrũ dextꝝ ſe hẽat tã & ſi p corpis ſũma uiſu explorat ac patet deſcribẽdus tũ is quoq; rcitãduſq; ẽ eadẽ illa de cã qua ſupiora enumerauimus oia. ſ. ut series cõmendãdi fuetur ppetua: dum ordinẽ pſequmur oium quo minus lateãt ea q̃ non mõ eodẽ hois quo cætera aialia poſſident ergo ſupiora inferioraq; hoiem oium maximæ aialium hẽre rõne locoꝝ naturaliũ intelligimus: eius enĩ ptes tã ſupiores q̃ inferiores ad ſitũ orbis uniuerſi ſupiorẽ inferiorẽq; diſpoſitæ ſũt. Itidẽq; priores poſterioreſq; atq; ẽt dextræ ſiniſtræq; hñtur. Cum cæteroꝝ aialiũ genus uel oino reſpectu eiuſmodi careat uel cõfuſius ita cõſtet. Caput itaq; cæteris oibus ſupiorẽ obtinet ſitũ corpis ſui rõne. At hõ qm̃ ut mõ diximus: ad uniuerſi orbis habitũ inſtitutus eſt: iccirco ptem etiã iſtã hẽt rñdentem parti ſublimi uniuerſi: caput ceruices & collũ excipiunt. Tũ pectus & dorſũ alteꝝ prius: alteꝝ poſterius ẽ: ſubiacent his uenter & lumbi genitale & nates: mox femur & tibia: poſtremo pedes: crura uero ante flectũt eodẽ. ſ. quo & incedũt pedis ẽt pars mobilior eodẽ ſe flectit. Calx e tergo poſitus eſt. malleoli ſitũ imitãtur auriũ. Quippe q; latera ten eãt imi cruris quõ aures iunctæ lateribus capitis hñtur brachia ex latere corpis ſiniſtro dextroq; depẽdent atq; ſe intro flectũt: ita ut hoi potiſſimũ deuexa cruꝝ & brachioꝝ aduerſa inter ſe ſint. ſenſus aũt pteſq; eoꝝ ſenſorias oculos dico nares linguã eodẽ. ſ. priorẽ in ptẽ ſpectãtes hẽmus. At auditũ eiuſq; ptẽ ſenſoriã id ẽ aures: a latere eodẽ in orbe quo oculos diſtãt oculi hois ſibi interuallo ꝓportiõe magnitudinis reſpectu cæteroꝝ aialium minimo. Tactus e ſenſibus hoi exquiſitiſſimus deide guſtus reliquis ſupatur a multis: ita ptes exteriores collocatæ atq; diſpoſitæ ſunt nominãturq; precipue & cognitæ per uſum ſitumq; euidentiorem habentur.

Cum qbus aiantibus hois cerebrũ: gula: arteria & uẽter conueniant. Caput. xvi.

T uero interiores cõtra: ſũt enim hoium in primis incertæ atq; incognitæ.

e Quãobrẽ ad cęteroꝝ aialium partes: quaꝝ ſimiles ſint humanę referentes: eas cõtẽplari debemus. primũ igitur cerebrũ capitis priorẽ obtinet ſitũ non modo in homine uerum in cæteris etiã animalibus quibus ea pars data eſt. omnibus autem in iis eſt: quę ſanguinem obtinent. & ob eam rem ſanguinea appellãtur: atq; etiã quę mollia nomine ſpeciali nũcupãtur. Sed homo plurimũ cerebri ꝓportione magnitudinis ac humidiſſimũ habet: cõtinẽt id mẽbranę duę: altera oſſi adherẽs

ualida: altera ipm cerebrũ attigens ifirmior. Bipartitum oium cerebrũ eſt: poſtremũq; iũgitur quod cerebellũ appellatur: quod certe & tactu & ſpene formã habet diuerſam: pars uero poſterior capitis ianis. & caua oibus eſt: pro ut in ſingulis magnitudine uariatur. Quibuſdã enĩ caput grãde facies ſubiecta capiti parua: ut quæ rotunda ſũt facie. Aliis caput paruum: maxillæ lõgæ uelut generi oi iumentoꝝ. Cerebrũ oibus priuatũ ſanguine eſt nec uenã itra ſe ullã continet & ad tactũ frigidum p naturã ẽ. Habet ſuo in medio pleriſq; oibus cauum quoddã exiguũ mẽbrana obherente uenoſa: cũculariq; obducitur oſſe poſtremo cõtinetur tenuiſſimo ifirmiſſimoq; oium capitis oſſium: cui nomen occipiti. Meatus ab oculis terni ad cerebrũ ptinẽt ita ut maximi & mediocres ad cerebellũ tendant minimi ipm cerebrũ adeãt. Minimi ii ſunt qui ꝓpiores naribus oriuntur maximi porro illi æqui diſtãt nec uſquã coire poſſunt mediocres coeunt quod precipue in gñe piſcium patet & cerebro ſunt ii ꝓpiores q̃ magni minimi p quã laxo inter ſe diſtant interuallo & nunquã ob eã rẽ pñt coire. gula intra collu eſt ab anguſtia & lõgitudine nuncupata cui comes arteria iungitur priorẽ obtinens ſitum in oibus iis quæ eã habere naturæ placuerat. Habent aũt oia qbus pulmo ẽ. Natura cartilaginis arteria cõſtat & ſanguinis perquã exigui cõpos eſt uenulis complexa tenuibus quod ad ſuperiora. i. habitum ptinet e regione poſita eſt foraminibus narium quę in oris partẽ pateſcunt uñ fit ut quotiens iter bibendũ humor retrahitur effluat ex ore per nares. iungitur linguæ poſtremæ quæ lingua nominata eſt poſita inter ea quę mõ dixi foramina uidelicet apta quę puices arterię foramẽtum quod ad os ſpectat operiat. Arteria altero ſui extremo cum lingua ima cõiũgitur. altero ad pulmonis inter capedinem deſcendit. Tum i utrãq; finditur partẽ pulmonis. eſſe nãq; bipartitus pulmo omnium expetit ueꝝ in iis quæ aial generãr diſtinctio nõ æque apparet minimeq; i homine. Eſt ꝑterea hois pulmo ſimplicior nec ita multifidus ut nõnulloꝝ aial ꝓcreantiũ eſt nec leuis: ſed inæquabilis eſt. At in ouiparo gñe ut auibus & quadrupedibus quorum partus oui primordio ichoari ſolitus ẽ: pars altera pulmonis multũ diſciſſa ab altera ẽ. Ita ut binos hẽre pulmões uideant atq; a ſingulari arteria ptes i utrũq; pulmõis latus duæ depẽdẽt. Venæ quoq; maiori: ac alteri, cui nomẽ ẽ ahorte pulmo cõnectit. Spũs uero quotiẽs inflat arteria: caua ſubit pulmonis. Hæc mucronata ſpecie cartilagineis diducunt corpuſculis de qbus foramina quoquo uerſus p diminutiões arctioribus ſub inde ampliora excipientibus tranſmittunt. Cor etiã arteriæ iũgitur obæſis cartilagineis fibroſiſq; uinculis & q̃ annectit cauũ eſt: ſpiritus dum arteria iflatur: an ſubeat cor: minus i nõnullis cõſtat. ſ. minutis. At i, grãdioribus animaliũ ſpiritũ cor ſubire ipm aptum ẽ. Arteria ita ſe habet: & accipiẽdi reddendiq; tãtũmodo ſpiritus officio fungitur. Nihil, eteni aliud nec ſiccũ uel humidũ pati ipſa uidetur: ſed ubi in eã tale qd de erraueꝝrit tã diu torqueꝝ dũ excutiat quod delapſũ ẽ. Gula ab ore & ipſa depẽdet cõtinua tum ſpinæ tũ arteriæ nexu fibraꝝ & p ſeptũ trãſuerſũ i uẽtriculũ finit carnis ſpeciẽ referẽs & pariter diſtendi in longũ latumq; habilis. Ventriculus aũt humanus canino ſimilis eſt quippe qui non multo amplior ſit q̃ inteſtinum ſed quaſi inteſtino ſimilis ampliori tum inteſtinum ſimplex flexuoſis orbibus eſt a quo proximum inteſtinum admodum amplum. Aluus autem ipſa ſuillæ ſimilis eſt. Quippe quæ & ampla ſit & quod uſq; in ſedem porrigitur breue id corpulentũq; tranſmittat. Omentum medio a uentre dependet quod non niſi pinguis membrana eſt ſicut etiam in cæteris animantibus quæ unũ continent uentrem & utraq; parte oris dentata ſunt lactes ſuper inteſtina poſita ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quí & ípſi latíore conſtant membrana & pínguеſcunt pendent ex uena maíore atq; a-
horta: uenaſq; p multas frequẽti cõcurſu deſerunt ex pari illo uenarum grandiũ ad in
teſtína de ſummis ad íma uſq; ſpargentes. Gula arteria uenter íta ſe habent.

De corde hominis. cæterorumq; aíantium & eius ſede. Caput. xvíí.

Or ſinum tríplícem contínet: íacet paulo a pulmone ſuperius ad arteríæ ſíſ
c ſuram opertũ: mẽbranæ ín uolucro pínguí & corpulento: qua uenæ maío-
rí adnectítur & ahortæ íungítur: cũ ahorta ſuo mucronato turbíne ín pe-
ctuſq; parte eadem uergít oíum pariter: quæ pectus ſortíuntur: omnibus uero tam pe
ctore conſtítutis: q̃ ea ípſa parte carentibus: cor æque ſuo mucrone ín partẽ uergít prí
orem. uerum latere ſæpíus poteſt: quoníam díſſecto anímante dímoueatur. At parte
ſuí amplíore: & gíbba ſuperíora corporis ſpectat: habet maíorem partem ſuí mucro-
nís carnoſam & ſpíſſam: & neruulos ſuis ín cauís contínet. ſítum cæteris animalibus ín
medío pectore eſt: ín quíbus ſcílícet pectus íneſt. homíní tantum ín partem ſíníſtram
potíus uergít: paulo a mãmaꝝ díſtíctione ad leuã ínclínãs papíllã pectoris parte ſupe-
ríore: nec magnum eſt & ſpene tota non ob longũ ſed rotundíus. Parte tñ extrema ín
acutum ſe colligít exítq; pene ín mucronẽ: habet: ut mõ expoſui: ſínum tríplícẽ: maxi
mum dextro ín latere mínímũ ín ſíníſtro: mediũ magnítudíne ínter ſíníſtrum & dex-
trũ. Oẽs ad pulmonem foramínibus puíí redduntur. Quæ res ín uno tantũ pſpícua ẽ
ínferíus uero a nexu ſuo maxímo ſínu uenæ cõíungítur maíorí: ad quã lactes etiã ſunt:
ſínu autem medío ahortæ annexũ eſt. Quínetiã ad pulmonẽ meatus a corde ducunt
ppetuí: fínduntur q; eodẽ quo arteria mõ. ín oẽs pulmonís partes: & meatus qui eo-
dem ab artería tendũt ſequũtur. ueꝝ hí ſupíorẽ obtínẽt ſítũ: neq; ullo cõí foramíne ad
íllos cõmeant: ſed ſua ípſí copulatíõe ſpũm quẽ cordí trãſmíttãt recípíũt. ptínet enī al-
ter ad cauũ dextrũ: alter ad ſíníſtrũ. De uena maíore ac de ahorta ſeparatím rõne cõí
poſt díſſeremus. Sãguínís ãt plurímũ pulmo ex cæterís cõtínet mẽbrís quæ aíal pul-
monís cõpos: ídẽq; uíuípaꝝ íntus foríſue conſtítuũt. Quíppæ q totus ínanís: ſít & fun
goſus: ac ríuulos uenæ maíorís ſíngulís ſuís fíſtulís excípíat, errant ením q ſanguínís
uacuũ pulmonẽ eẽ arbítrantur decepti ſcílícet cõſpectu eoꝝ pulmonũ quos díſſectís
detraxerínt aíalíbus. Quoꝝ ſanguís ílíco effluít uníuerſus cor unũ exíreliquís uíſcerí-
bus ſanguínẽ habet; & cum pulmo nõ íntra ſe: ſed ín uenís cõtíneat ſanguínẽ: cor eũ-
dem ítra ſe cõtínere apertũ eſt: ſíngulís ením ſuís ſíníbus ſanguínẽ tenet, uerum tenu-
íſſímum medío ſub pulmone ſæptum tranſuerſum pectoris eſt quæ precordía & cín-
ctum appellant. Coſtís & ſubcartilagíneís; & ſpínæ annexum parte media tenue mẽ
braneaq; exílítate contextum. Venas etíam per ſe contínet porrectas, ſunt porro ho-
mínís uenæ craſſæ proportíone humaní corporís.

De íecínore; Líene, felle; renibus; & ueſica. Caput. xviíí.

Ecur ſupra ſeptũ poſítum a dextro latere eſt líẽ a læuo æquæ ĩ oíbus quæ
í mẽbra iſta díſpoſíta habẽt p naturã nõ ꝓdígioſe íam enī legítímũ íllum lo
cum ĩ nõnullís quadrupedũ lienẽ cũ íecínore pmutaſſe uíſum eſt. Vẽtrí lí-
en annectít qua omẽtũ abducít, eſt hoís lien ſuíllo ſímílís ſed ſpecíe anguſta & lõga.
íecur magna ex parte maxímoq; aíalíũ numero felle caret. Verũ ín nõnullís íd hẽre ſí
bí adnexũ uídẽt. Rotundũ íecur hoís eſt ac ſímile bubulo, fellís priuatíonẽ uel ĩ uícti-
mís nonnuſq̃ percípí certũ eſt. Quíppe cũ parte quadã agrí chalcídící euboíæ ſel nul-
lum pecorí ſít, At ĩ naxo oíbus fermæ quadrupedíbus adeo grãde ut q ſacra fecerít ad

uenæ ſtupeſcant rẽ ſcílícet prodígíí loco ſíbí arbítrãtes: nõ talem eſſe naturã terre íllíus
quadrupedũ. Iecur uenæ maíorí adnexum eſt, nulla ex parte ahortã atíngens: uenæ
enī quæ a maíore proficíſcít: Iecur tranſígít: qua portæ appellatæ íecoris habent: lien
quoq; uenæ uní maíorí adnexus eſt. Vena enī índe ad lienẽ ptendít: renes poſt hæc ĩu
xta ſpínã ípſam adherẽt bubulís ſímíles: dexter ĩ oíbus q̃bus ſunt renes aíalíbus: ſupío
rẽ obtínet locũ uínuſq; pĩguí obducít & ſíccíor eſt (qđ uel ín oíbus eque líq̃do manĩ
feſtatur) ptínent ad renes meatus tã ex uena maíore q̃ ex ahorta: ſed nõ ad cauũ. Qđ
alíí ãplíus alíí arctíus ſua media parte cõtínẽt: ꝑter q̃ ín uítulo marío; Cuíus ſane renes
q̃uís bubulís ſímíles ſínt: tñ oíum ſolídíſſímí uíſuntur, meatus uero; q eo ptínẽt: oẽs ín
renũ corpus aſumũtur. Cuíus rei argumẽtũ ẽ: q ſanguíe carẽt nec ítra ſe qcq̃ cõcreſce
re oſtẽdũt. Habẽt ígít (ut mõ díxí) ſínũ exíguũ: a quo meatus duo ínſígnes ad ueſícã
deueníũt: alíí ẽt ex ahorta frequentes; ac ualídí eodem pertendunt. Ex medío autem
renũ ſíngulo uæne ſíngulæ cauæ neruoſæ dependẽt: ſpínã pretereuntes ípſam angu
ſto ítínere; tum ín utranq; abolentur coxã; ac denuo íbí porrectæ apparent: demumq;
ín ueſícam deſcendunt: hæc enī loco ultímo poſíta eſt meatíbus annexa íllís porrectís
a renibus ad ceruícẽ. urínarium producentẽ meatũ: & fere circũ undíq; extenuatís ín
fíbras membranulís proxímís; quodãmodo ſæpío íllí trãſuerſo pectoris deligata. Eſt
profecto ueſica hominis proportíone; quam cæterorum amplíor.

De genitali membro & teſtíbus: quíbuſue corporis partíbus Mas cum fœmína
díſſentíat. Caput. xíx.

Enítale ceruící ueſícæ adnectítur: foramíne foras directo peruíum: ſed pau-
lo ínferíus altero ĩtra eandem femítam cõuío deductum: quorum foramí-
g nũ alteꝝ ad teſtes alteꝝ ad ueſícã neruoſũ cartílagínoſũque tẽdít. Teſtes ex
eo maribus pendent: de quíbus poſtea partíum communí examíne quemadmodum
ſe habeant díſſeremus. Hæc eodem modo uel ín ſexu fœmíneo omnía natura confor-
mauít atq; díſpoſuít, nulla ením parte ínteríore ſexus ínter ſe díffẽrunt: níſí utero cuíus
forma qualís nã ſít ex cõſectionũ deſcríptíone petendũ expectandũq; eſt; ſítus eíus ad
íteſtína ínfra aluũ a parte priore tũ ueſíca íuncta ſupra uterũ ẽ: ſed de uteris quoq; pa
rítер oíbus díſſerendũ poſtea eſt. Nec enī ſímíles datí oíbus ſunt: nec forma ſímílí con-
ſtítuti. Sí uterus cæterorum quoq; aníma líum uulua dícenda eſt partes hominis tum
ínteríores: tum exteríores haſtaleſq; & ad hunc modum haberí perſpectum eſt.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHI DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER. II. INTERPRETE THEODORO.

Quæ aíalía ín quíbuſdã cõueníant ín quíbuſdã aũt díffẽrant. Caput primũ.

AETERORVM Animalíum partes autem communes omní-
um ſunt (ut ſuperíore uolumíne explícatum eſt) aut alíquorum ge
e nerum propríæ eædem autem díuerſæ ue ítер ſe ſunt eo mõ quo ſu-
perius dictum eſt. Quíppe cum omnía fere animalía genere díuer-
ſa partíum quoq; ſuarum plurímas ſpecíe habeant díuerſas; & aut
proportíone tantum eaſdem: genere aũt díuerſas. Sunt etiã cõplu-
res: quæ alíís datæ alíís denegatæ ſunt: ergo quadrupedes: quæ anímal generãt caput
collum: & omnes capítís partes ſortíuntur, uerum ípſe ſíngulæ partes forma ítер ſe díf-
ferunt; íam leoní ceruíx oſſe uno; rígída conſtat; nec uertebrís ullís íungítur. Interíora

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem omnia canibus similia cõtinentur. Habent quadrupedes quæ animal generãt oẽs uice brachiorum crura priora: sed præcipue quæ multifidæ sunt hæ mãibus suo digitato pede respondẽt. Hoc enĩ ad plura quasi manu utunt̃: partem etiã q̃uã minus q̃ homo absolutã habent: & agilẽ: excepto Elequanto; qui dygitos numero q̃nq; iudiuisos leuiterq; discretos: crura priora multo posterioribus lõgiora: & malleolos posterioribus imis cruribus possidet: habet præterea talẽ tãtamq; narem: ut ea manus uice utatur. Quippe qui nõ nisi ad os illam admouens: & bibat & ædat: suo ẽt rector eam erigit: atq; offert. & arbores quoq; eadem prosternit: & quotiens imersus per aquã ingreditur: ea ipsa ædita in sublime: reflat: atq; respirat adunciuscula parte sui: postrema naris hæc est: sed flecti nõ potest. Cartilaginea enĩ & proinde rigidiuscula est solus etiam aialium hõ ambidexter: hoc est: dexter manu utraq; nascit̃: pectus aialia omnia humano proportionatũ pectori habere uisuntur: ueꝝ nõ simile: latum enim pectus humanũ est. Cætera angusta. Nullũ est enĩ quod præter hoiem mãmas parte gerat priore elephantus mãmas duas quidẽ: sed nõ in pectore hẽt. Sed paulo citra: flectunt aũt crura priora & ecõtrario q̃ hõ membra iflectat excepto Elephanto: Quadrupedes enĩ quæ aial generãt: genua ante se flectũt suffragines in auersum: aduersaq; iter se hñt cõnexa curuaturæ crurũ suoꝝ elephas: nõ ut aliquí retulerũt agit. sed cõsidẽdo crura inflectit nequit tamẽ præ nimio põdere utrũq; in latus æquilibrio quodã uergere. Sed aut læuo incubat aut dextero: atq; eo ipso habitu requiescit. Flectit hic certe suos posteriores poplites mõ hois. At ouiparis quadrupedibus ut Crocodilo lacertæ & reliquis generis eiusdẽ crura tum priora tum etiã posteriora retroflectuntur. Paulũ in latus uergentia. nec secus in cæteris multipedibus agit̃ nisi q; medii pedes subinde ambiguí amplius in latus flectuntur homo inflexum mẽbroꝝ suoꝝ codẽ e cõtrario agit quippe q̃ brachia retrorsum flectat quãquã ita ut paulũ uergant in latera exteriora crura ante contrahat recte sed q̃d añ tã priora q̃ posteriora iflectat nullũ est. Oibus uero hũeri armi uecõtra q̃ cubiti aut crura priora flectunt̃ coxæ etiam cõtra q̃ suffragines. Cum itaq; homo cõtra quã magna pars cæterorũ aialium flectat fit ut si qua alia membris huiuscemodi cõstant ea quoq; ecõtrario flectant aues etiã suos inflexus similes quadrupedibus agunt crura enim quæ bina habent in posteriora curuant alas quas uice brachioꝝ aut cruꝝ priorum obtinent in priora. Vitulus marinus tanq̃ læsa iperfectaq; quadrupes ẽ quippe qui cõtinuo a scapulis pedes habeat manibus similes mõ urſæ in quinos enim finduntur dygitos qui singuli ternis articulis flectant̃ & unguibus muniãtur nõ magnis pedes quoq; posteriores quinis discretos dygitis habet & turuatura & unguibus cum primis cõueniẽtes ueꝝ forma proximos pisciũ caudis. Motus aialium quadrupedum ac multipedũ per diametrũ agit̃ quomõ subsistere etiam solẽt initiũ aũt incedẽdi omnibus a dextris partibus gradiunt̃ pedatim Leones & genus Camelorũ utrunq; bactrianum dico atq; arabiũ pedatim incedit. Cum pes siniſter non transit dextrũ sed subsequitur partes quas homo habet priores quadrupedes infra habẽt spinas. Quas aũt illæ posteriores hæ ꝑnas magna itẽ quadrupedũt pars caudã habet. nã Vitulo quoq; marino cauda ineſt quanuis exigua Ceruí mõ de genere simiaꝝ postea dicemus oia fere quadrupeda eademq; uiuipara sunt pilosa. nec hois mõ leuia esse nouimus homo certe paucissimis exiguisq; integitur pilis nisi capite qua quidẽ parte hirtissimus oium ipe est cæteris quæ pilis uestiuntur partes pronæ pilosiores sunt supinæ aut glabræ oino aut minus pilosæ habentur. At homo cõtra. Ciliũ ẽt homini utraq; in palpebra & alæ

oppletæ pilis: & pubes: quod cæteris abest. Carent enim cilio palpebræ inferioris sed paulo inferius pili rari nõnullis exeunt. Ipsorum autem quadrupedum pilis intectorũ aliis corpus totum est hirtum: ut suí ursæ: canĩ. Aliis collum hirtius pari undiq; modo: ut leoni: & reliquis iubatis: aliis prona tantũ ceruicis a capite ad summos armos uillos gerũt ut equo: ut mulo: & reliquis capronatis: quo in genere bonasus quoq; e siluestribus cornigeris enumerandus est. Quinetiam hippelaphus satis iubæ summis cõtinet armis qui a forma equi & cerui: quam habet compositam nomen accepit quasi equiceruus dici meruisset. Nec non fera: quæ & ipsa ab equo Hippardiũ nominata ẽ. Capronas parte gerit eadem sed utrunq; id genus tenuissimo iube ordine a capite ad sũmos armos crinescit: proprium equiceruo uillus: qui eius gutturi modo barbæ dependet: gerit cornua utrunq; excepta fœmina equiceruini generis: & pedes habet bisulcos magnitudo equiceruí non dissidet a ceruo: gignitur apud arachotas: ubi etiam boues siluestres sunt: qui differant ab urbanis quantum inter sues urbanos & siluestres interest sunt colore atro: corpore robusto: rictu leuiter adunco: cornua gerunt resupiatiora equiceruo cornua sunt capræ proxima: elephãtus in quadrupedum genere hircus minime est. Caudæ etiam animalium pili corporis modum imitãtur: dũmodo cauda nota aliqua auctiore dependeat est enim nõnullis tam exigua: ut uix dignosci a sensu possit. Camelus proprium inter cæteras quadrupedes habet in dorso quod tuber appellãt sed ita ut bactrianæ ab arabiis differant: alteris enim bina. alteris singula tubera habentur. Sunt etiam omnibus singula parte ima quale in dorso tubera qbus incumbat reliquũ corpus & firmetur quotiens in genua inclinantur: papillas quatuor modo uaccæ habet camelus: caudam asino similem: genitale retro: genua singula in singulis cruribus sunt: & flexus artuũ: nõ (ut quidam peribent) plures: Sed propter aluí iteruallũ plures esse uidẽtur: habet etiam talum similem bubulo. Clunes proportione magnitudinis paruos: bisulcum id animal est: nec utrinq; dẽtatum: sed bisulcum sic est: ut pes parte posteriore scissus paululum sit ad flexum digiti: secundum parte autem priore summa quadripartito findatur discrimine paruo: quantum primotenus digiti iflexu & quiddam inter fissuras: perinde ut in anserum pedibus adiectum cõtexat: pes uestigio e carnosa: ut ursæ. Qua de causa eas quæ per exercitum longiore itinere fatiscunt. calceant carbasinis. Omnium quadrupedum crura osse neruoq; abũdant: carne deficiũt Quinetiam nullum quod pedibus constet: excepto homine: pedes habere carnosos ꝑspectum est. Coxarum etiam carne exuberante inclunes uacant. quod in genere auiũ conspici apertius potest. At homo contra: quippe qui nullam fere suí corporis partem tam carnosam habeat quam nates fœmora tibias quas enĩ suras uocamus non nisi earnis copia parte tibiæ posteriore complentur. Quadrupedum autem quæ sanguine cõstant eædemq; animal generant aliæ multifidæ sunt quales hominis mãus pedes q̃ habentur. Sunt enim quæ multiplici pedum fissura digitẽtur ut canis leo panthera aliæ bisulcæ sunt quæ forcipẽ pro ungula habeant ut oues capre ceruí equí fluuiatiles alię in fisso sunt pede ut quæ solipedes nominantur ut equus mulus. Genus sane suillũ ambiguum est. Nam & in terra Illyriorum & in pæonia & nonnullis aliis locis sues solipedes ignũntur. Bisulca igitur binis fissuris utrumq; idest a parte priore posteriореq; deducuntur. Solipeda eam partem continentem ex toto habent. Sunt item animantiũ alia cornigera alia mutila. Quæ cornua gerũt bisulca magna ex parte per naturã sunt ut bos ceruus capra. Quod autem idem & solipes & bicorne sit nullum est quod nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc norimus. At solipes: idemq; unicorne est: quanquam rarum: ut asinus indicus. Ille enim & unicornis: & solipes est unicornis uero idemq; bisulcus orix est. Talum ēt asinus ille indicus solus in solipedum genere possidet. Sus enim (ut modo dixi) ambiguus est quo fit etiam ut talo careat probiore: permulta ex bisulcorum numero talum habent. At uero multisidum nullum adhuc talum eiusmodi habere cognitum est. ut ne hominem quidem habere certum est. Sed linci semitalo simile quiddam: leoni autē tortuosum in anfractum est quale effingunt. Omnia uero quibus datus est talus: cruribus cum posterioribus continent: ita ut erectus in suffragine parte sui prona foras supina introrsum spectet: & quæ ueneres uocantur intus aduersæ sibi posite sint: quæ canes foris quæ antennæ supra habeantur situs talorum omnium talis est. Sunt nōnulla quę simul bisulca sint & iubam habeant: & cornua bina orbem in flexu mutuo colligē tia gerant: ut bonasus qui in præconia terra & medica gignitur. Quæ autem cornuta sunt: eadem omnino quadrupeda esse certum est: nisi quid per translatiōem cornu habere dicatur: quemadmodum ægiptii aliquid illis ueluti uestigium cornus extuberet: Ceruo ex cornigeris uni cornua tota solida: cæteris caua: quodam tenus: & mucrone demum concreta sunt: pars caua ex cute potius oritur: quam solidū quiddam osse ena scens: subit impletq; totam quomodo cornua bouum constare uidemus: soli etiam ceruo cornua omnibus ānis decidua. Initio a bimatu: cæteris perpetua nisi per uim aliquā amittāt. Mammas item haberi uarie certum est: nam & inter se ipsæ quadrupedes: & ab homie mammarum differūt ratiōe membrorum etiam quæ ad uenereum coitum accommodata habētur discrimen plane est patet ratio uaria mammarum. Cum aliis mammæ parte priore. hoc est in pectore: aut iuxta pectus sint binæ binisq; papillis: ut homini ut elephāto sub armis duæ tam mari quam fœminæ per quam exiguæ nec p corporis uastitate ita ut eas a latere cōspicere propemodum nequeas: ursæ mammas habēt quaternas aliis mammæ iter fœmina binæ papilleq; binæ ut ouibus aliis papillæ quaternæ ut uaccis. Quibusdam nec i pectore nec in fœminibus mammæ sed in uētre habētur & quidem plures uerum nō omnes pares cum itaq; cætera id genus habeant plures pātheræ quaternas uentre medio gerūt. Camelus quoq; in uētre mammas duas cum papillis quatuor habet. Leæna etiam duas in uentre. Maribus solipedis generis nullæ sunt mammæ nsi iiis qui matri similes prodierunt quod in equorum genere euenit. Genitale marium aliis foris est ut homini equo & aliis multis aliis itus ut delphino. Quibus foris est his aut ante habetur ut homini & reliquis quæ modo dixi aut retro. Quinetiam iis quæ ante gerūt aut & penis & testes absoluti pendēt: ut homini aut aluo adhærent & aut plus aut minus absoluūtur. non enim pariter apro & equo membrum hoc absolutum est. elephantus etiam genitale equo simile habet sed paruū nec pro corporis magnitudine testes idem non foris conspicuos sed itus circa renes cōditos habet quo circa initium celerius agit. Aliis itaq; testes absoluti ut equo. aliis non absoluti ut apro. Sus fœmina genitale ea continet parte qua pecoris ubera habent & cum per libidinem turget ac prurit ad coitum sursum tantisper hoc retrahit uertitq; foras ut inde mari coitus sit facilior rescissum id longe productius & dehiscens amplius est. Genitale maxima animaliū parte ita se habet. Nonnulla ex auerso mingūt ut lynx leo camelus lepus mares igit ita inter se discrepant ut expositū est fœminæ omnes ex auerso mingūt. quippe cū etiam fœmina elephantorum genitale ut cæteræ inter fœmora habeat. Genitalis uero ipsius differētia numerosa est. Aliis enim cartilaginosum

carnosumq; est ut homini: quod ut parte carnosa inflari nequit sic cartilaginosa itume scit excrescitq;. Aliis neruosum: ut camelo ut ceruo. Aliis osseum ut lupo uulpi mustelæ ictidi. i. mustelæ rusticę; quam uiuerram interpretor: nam is quoq; osseum gerit. Ad hæc homo cum ad iusta incrementa peruenit partem superiorem habet minorem q̄ inferiorem: cōtra atq; cætera animalia quæ sanguine cōstent. Partem superiorem intelligi uolo quantum de capite ad eam pertendit partem: qua exitus patet excrementis. Inferiorem autem quātum ab ea ipla subsequitur reliquum corporis. Animalibus ergo quæ pedibus inniti natura uoluit: crura posteriora partē complent inferiorem. Quæ autē pedibus carent: iis cauda & quicquid uice caudæ simileq; habetur pro parte inferiore est: tales perfectis iā incrementis animantes euadunt discrimē aūt in crescēdo est. Homo enim priusquam adultior sit: partem superiorem corporis habet maiorē q̄ inferiorem. & quo per ætatē amplius augetur eo econtra euenit ut inferiora sint superioribus longiora. Quamobrē unus ipse non modo eodem igredi solet infirma adhuc ęta te: quo iā firma ingreditur: sed primū dū infans est quadrupes reptat: deinde se erigit: bipesq; incedit. sunt quæ ex proportione incremēta partis utriusq; capere soleant: ut canis nonnulla primū parte superiore minora sunt post maiora cum creuerint eadē parte euadunt: ut iumenta: nullū enim ex his addita ætate auctius redditur ea parte quæ ab ungula ad clunem porrecta est. Dentes etiam cæterogz animalium multiplici differentia tū inter se tum hominis ratione euariant: habent enī dentes omnia quæ quadrupeda sanguinea uiuipara sunt: sed uariæ. sunt enim alia utrinq; dentata: alia altero dentium ordine carent. Quæ enim cornua gerūt hęc non dētata utrinq; sunt: quippe quę primoribus maxillæ superioris careant dentibus. Quāquam sunt nōnulla quæ & cornibus uacēt & utrinq; dentata nō sint: ut cameli. Item alia dentes habent exertos ueluti aper. alia sine his sunt. Et aliis dentes serrati ut leoni: pātheræ: cani. aliis cōtinui ut equo ut boui sunt enim dētibus serratis: quorum series acutorum dētium mutua insertione pectinatim se constipat. Quod aūt simul & dentem exertum & cornu habeat nullum est nec uero quod simul & serratis dentibus sit & alterutrum habeat illogz: hoc est: uel cornu uel dentem exertum primores maxima ex parte habent acutos: interiores planos. Vitulus marinus serratis omnibus est: ut generi piscium affinis. piscibus enim fere omnibus serrati sunt dentes. Genus autem quod duplicem dentium ordinē habeat nullum nostro in orbe est: uerum apud indos (si etheliæ credendū est) belua gignitur ut ille scribit cui nomen mantichoræ dentes triplici utrinq; ordine: magnitudo hirtudo & pedes leonis: facies & aures hominis: oculi cæsii: color rubricæ: cauda scorpionis modo terrestris aculeo armata spiculaq; agnata iaculans: uox fistulæ tubæue non absimilis. cursus non minoris pernicitatis: q̄ ceruis. feritas tanta ut nunq̄ possit mitescere appetitus præcipue carnis humanæ. Mutantur dentes tum homini tū etiam qubusdā aliis animalibus ut equo mulo asino homini primores mutantur. Maxillares aūt nullum animal mutat. Sus nullum omnino dentem amittit.

Opiniones utrū canes mutent dentes. quo ue indicio uetustiores a recentioribus dignoscantur Caput. ii.

E canibus diuersa sententia est: quippe cum alii nullum iis decidere dentem opinentur: alii caninos tantum appellatos mutare uelint: quos etiam homo amittit; uerum hoc latere propterea quia non ante mutant: q̄ partes

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

intus euaſcantur. Quod idem uel in cæteris ſcilicet feris euenire ueri ſimile ē. Et quidē caninos tātum mutare perhibētur. Aetas uetuſtiorum recētiorumq; canum dentibus iudicatur. Iuuenibus enim dētes candidi & acuti: ætate prouectis nigri obtuſiq;.

Dētes equorum in ſenectute candidiores fieri: pluresq; mares q̄ fœminas habere dentes. Caput tertium.

Gitur certe in equis contra atq; in cæteris animalibus. cum enim cæteris ſe
a nectute dentes nigreſcant: equo candidiores reddūtur. Planos ab acutis diſterminat: qui canini appellātur formæ utrorumq; participes: quippe qui infra latiuſculi ſupra artiuſculi ſint: maribus dentes plures quā fœminis: ut in genere hominum: ouium: ſuum: capratum patent. In cæteris nondum exploratum eſt. Quibus plures: hæc uiuaciora magna ex parte ſunt. Quibus pauciores & rariores hæc magna ex parte uitæ ſunt breuioris.

Hoibus circiter uiceſimū annos gemínos dētes gigni. Caput. iiii.

Omini nouiſſimi maxillares: quos geminos uocamus: circiter uiceſimum
h annum gignuntur ex uiris & mulieribus. Iam uero quibuſdam mulieribus anno etiam octogeſimo maxillares illi nouiſſimi non ſine dolore exierunt: uiris quoq; idem euenisſe accepimus quod certe iis accidit quibus in iuuētute ipſi gemini nati non fuerint.

Elephātes mares a fœminis diſtare in ordine dētiū. Caput. v.

Lephanto dentes utrinq; quatuor: quibus cōficit cibum atq; in farinæ ſpeciē
e molit: dico præterea prominent grandes: quos mares grandiores reſimatoſque habent: fœminæ minores & contra q̄ mares. Vergunt enim deorſum proniq; deuiant: ſtatim cum natus eſt elephantus: dentes habet quāq̄ grandes illos nō illico perſpicuos obtinet.

Exiguam eſſe elephantis linguam. Caput. vi.

l Inguam perquam exiguam habet: atq; interius poſitam quam in cæteris ſit: ita ut uix eam uidere poſſis.

Quæ animalia in oris magnitudine diſcrepent ibique de equo fluuiatili ægiptio. Caput Septimum.

Ris etiam magnitudine diſcrimen exiſtere animalibus planum eſt: aliis eni
o os reſtiſſum: ut cani. leoni: deniq; omnibus quibus dentes exerti. Aliis paruum: ut homini. Aliis mediocre ut generi ſuum. equo fluuiatili quē gignit ægyptus: iuba equi: ungula qualis bubus roſtrum reſimum. Talus etiam ineſt biſulcorum modo dentes exerti ſed leuiter. cauda apri. Vox equi magnitudo aſini: tergoris craſſitudo tanta: ut ex eo uænabula faciant. interiora omnia. equi & aſini ſimilia.

De genere ſimiaq; qd̄ partim hoiem partim quadrupedes imitatur. Caput. viii.

Vnt quæ natura ancipite partim hoiem partim quadrupedē imitentur ue
f lut ſimiæ. Cæbi. Canicipites. Sic enim cynocephalos appello. cæbus: ſimia gerens caudā eſt. Caniceps etiam eadem forma qua ſimia eſt: ſed maior ualidiorq; & facie caninæ ſimilior: unde & nomē accepit: ad hæc moribus ferocioribus ē & dēte robuſtiore caninoq; ppiore. Simia tā parte ſui corporis prona piloſa eſt: utpote quadrupes q̄ ſupina: ut ſpeciem gerēs hois: qui contra atq; quadrupedes obtinet pilum ut dictū iam eſt. Sed craſſiore pilo ſimiæ ueſtiuntur lōgeq; hirtiores parte utraq; ſunt conueniūt cum homine plurimum ſua facie: quippe quæ nares aures dentes tam

primores q̄ maxillares hominis more habeant: cilium etiam cum cætere quadrupedes non in utraq; palpebra habeant Simiæ habent: quāquam prætenue ac prolixius potil ſimum in inferiore. Cætere enim quadrupedes inferioribus carent ciliis. habent ſimiæ ſ pectore binas mammarum pupillas & brachia hominis modo: ſed hirtiuſcula quæ: & ipſa & pedes ut homo inflectunt: hoc eſt ita ut circunferentiæ membrorum utrorumq; obuerſæ inter ſe adducantur. Ad hæc manus: digitos: ungues homini ſimiles: uerū omnia rudiora efferacioraq; pedes ſui generis habent: ſunt enim uelut manus maiuſculæ: & digitis ut manus conſtant medio longiore ueſtigium etiam manui ſimile ē niſi quod in longum ſe porrigat & uolā referens tendat ad poſtrema. Calloſius hoc altera ſui parte extrema eſt & calcem ineptæ atq; exiliter imitatur. Pedum officium duplex eſt his enim & ut pedibus & ut manibus utuntur inflectuntq; eoſdem perinde ac manus lacertos & fœmora habent breuia proportione cubitorum & tibiarum. Vmbilicū qui emineat nullum habent. Sed durum quiddam continetur loco umbilici. partem corporis ſuperiorem multo maiorē habent quā inferiorē uidelicet more quadrupedum. quinarii enim fere ad ternarium ratione conſtant. De generant ergo tum ea de cauſa. tum etiam quod pedes manibus habeant ſimiles: & quaſi ex manu pedeq; conſtitutos. Calcis enim poſtremum ad pedem reliquæ autem particulæ ad manum facile referuntur: digiti nanq; uolæ ſpeciem gerunt degunt plus temporis prone quadrupedum more quā erectæ: carēt natibus: utpote quadrupedes: priuatæ cauda ſunt utpote bipedes. exigua enim omnino cauda ineſt: quatenus nota ſolum habeatur. Genitale enim fœminæ mulieris eſt mari potius canis q̄ hominis.

De Cæbis. Caput nonum.

Aebi (ut ſuperius dixi) omnes tandem habent: partes uero interiores hu
c manis ſimiles genera hæc omnia continent partes animalium uiuiparorum exteriores ita ſe habent.

In quibus ouipara quadrupeda cum cæteris quadrupedibus conueniant quibuſue diſſentiant. Caput decimum.

Vadrupedes quæ oua pariunt: eædēq; ſanguinem habent (Terreſtre autē
q ac ſanguinis particeps nullum oua ædit: qn idem aut quadrupes ſit: aut pedibus careat omnino) omnes caput: collum dorſum. prona atq; ſupina corporis poſſident pedes etiam priores poſterioresq;: & quod pectori proportionet̄: modo uiuipari quadrupedum generis caudam quoq; habent longiorem: exceptis paucis ſed hæc omnia pedes in plures digitos habēt diſcretos. Ad hæc omnibus his ſenſus totidem quot cæteris quadrupedibus ſunt: & lingua omnibus data eſt: excepto quē egyptus fert crocodilo: nam ille ſimilis quibuſdam piſcibus eſt. Cum enim piſces omnino ſpindam nec abſolutam continent linguam tum uel maxime. nonnulli adeo læuem in diſcretumq; eum ipſum linguæ tributum locum ſortiuntur: ut niſi admodum labrum diduxeris ne ueſtigium quidem linguæ inſpicere queas. Auriculis tamen hæc omnia carent: meatuſq; tantum habent audiendi. Carēt etiam māmis: nec genitale: aut teſtes foris obtinēt manifeſtos: ſed ītus cōditos: nec pilo ſed cortice oīa tecta ſunt. dētibus etiā ſerratis ſunt oīa Crocodilo fluuiatili oculi ſuis: dētes magni exertiq; ungues robuſti cutis corticoſa: cōtra oēm ictū inuicta uiſus in aqua habes: extra acerrimus: dies itaq; i terra parte maxia agit: noctes in aqua teporis ratiōe: tepidorem. n. aquā expitur q̄ aerē.

De chamelone: & eius cū cæteris ſimilitudine. Caput undecimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hamaeleo figura totius corporis lacertam plane repreſentat: latera deorſū
c ducta uētri iūgūtur: ut piſcibus: & ſpina modo piſciū eminet. Roſtrū ſimiæ
porcariæ ſimillimum cauda prelōga ī tenue deſinens: & lōge implicata in ſe
orbibus: lori modo permultis elatior a terra eſt q̄ lacerta: inflexus crurum p
inde ut lacetæ: pedes ſinguli bipartito ſecātur: parteſq; talem iter ſe habēt ſitum: qualē
pollex ad manus: reliquam partē obiectum. Sed ipſe etiam reliquæ partes paulotenus
in digitos quoſdam findūtur uidelicet primores triplici fiſſura interius: duplici exterius
poſteriores interius duplici, exterius triplici unguiculi aduncī. Corpus aſperȝ totum: ut
crocodilo: oculi in receſſu cauo itus recepti pre grādes rotūdi: cute ſimili atq; reliquum
corpus obducti media ſui parte perquā exigua detecti: qua uideāt: quæ qdem uidendi
ſedes nūq̄ cute operitur nec pupillæ motu ſed totius oculi uerſatiōe ī orbem mutationē
q; quoquo uerſus aſpicit: quæ uelut mutat ſuū colorem iflatus. Veȝ & niger nō longe
diſſimilis crocodilo eſt: & pallidus: ut lacertæ maculis diſtinctus ut pardus nigris. Muta
tur color toto ī corpore: nam & oculi cōcolores reliquo corpori reddūtur: & cauda eun
dem colorem accipit motus enī piger admodum ut teſtudinis eſt palleſcit cū moritur:
defunctuſq; colorem eūdem ſeruat. Gulā atq; arteriam ſitu eodem cōtinet quo lacerta:
carnē nuſquā niſi in capite & maxillis: & poſtremo caudæ admodū exiguam poſſidet
nec alibi ſanguinē q̄ in corde & oculis: & loco a corde ſuperiore & uenulis hinc tendēti
bus. uerum nec in his quidem ulla copia ſed pauſillum habetur ſanguinis. Cerebrum
paulo ſuperius oculis poſitum eſt: & prope iis contiguum. Cute autem exteriore detra
cta oculis quiddam lucens ueluti annulus æneus tenuis nulla pala intercœptus cingit.
Membrane in omnis fere corporis partes multæ ac ualidæ longeq; firmiores q̄ in cæte
ris tendūt. Diſſectus hic totus ſpirare præterea diu poteſt motu admodum exiguo ad-
huc cirea cordis ſedem extante & cum omnes corporis partes contrahit tum uel maxi-
me coſtas cogere atq; adducere poteſt. Lienem conſpicuum nuſq̄ continet ſubit cauer-
nas & latitat more lacertarum.

De auium natura quibuſue cum terreſtribus: aiantibus conueniant. Caput. xii.

N auibus etiam partes nonnulle ſimiliter atq; in iis quæ expoſui animalibus
i habentur omnibus enim caput ieſt & collum & dorſum: & ſupina pars cor-
poris & quod pectori proportionetur. Crura etiam bina hominis modo, ſed
quę in auerſum flectantur eodem ritu quo quadrupedes faciunt ut dictum
iam eſt. Carent manibus pedibuſq; prioribus peculiare inter cætera animalia alas poſ-
ſident & clunem fœmori ſimilem longiorem uentreq; medio tenus porrectum coheſio
ne perpetua ita ut ipſe diuulſum femur eſſe uideatur. Sed enim femur parte alia iun-
ctum tibiæ eſt ſunt fœmora ſane maxima iis auibus quæ ungues habent aduncos: &
pectus q̄ cæteris robuſtius copia omnibus auibus unguium eſt multifide etiā oēs quo
dam modo ſunt quippe cū pars maxima digitata ſit & nantes q̄uis planipedes tamē &
ipſe digitos perfectos diſtinctoſq; habeant omnibus quæ ſe efferant quaterni digiti da-
ti ſunt terni in priore parte: ſinguli in poſteriore maxima ex parte pro calce paucis qui
buſdam utrinque bini: ut auiculæ quam lyncem uocant: hæc paulo maior quā frin-
gilla eſt: colere uario. habet ſibi propriam digitorum quam modo dixi diſpoſitionem
& linguam ſerpentibus ſimilem. quippe quam in longitudinem menſura quattuor di
gitorum, porrigat,: rurſumq; contrahat intra roſtrum. Collū etiam circūagit in auerſū
reliquo quieſcente corpe mō ſerpētū; unde torqlla uulgo appellata ē quāq̄ turbo ab an

tiqs ungues ei grādes & ſimiles ut monedulis exeūt uoce āt ſtridet os ſibi propriū uolu
cres poſſident. non enī labra: nō dentes ſed roſtrum hūt. auriculis etiam carent: & nari
bus: meatuſq; odorandi in roſtro continent: audiēdi in capite: oculi oibus ſicut cæteris
aialibus bini: ſine ciliis. Grauiores palpebra īferiore conniuēt. Metātur oēs ab angulo
obeūte mēbrana. At uero quæ ſpeciē noctuæ gerunt ſuperiore ēt palpebra cōniuent:
hoc idem cortice itecta aialia quoq; faciūt: ut lacertæ & aliqua generis eiuſdē. cōniuent
enim palpebra īferiore omnia: quāq̄ nō more auium metātur. Volucres item non pilis
nō ſquama nō cortice ſed pēnis tegūtur. pēnæ omnes caule cōſtant. cauda etiā tali qua
lis data quadrupedibus eſt: uolucres carēt. Sed pēnis cōditam gerūt breuē quæ longi-
pedes ac palmipedes ſūt maiorē aūt quæ ecōtrario cōſtāt quæ uel cōtractis ad uētrem
pedibus uolāt. Cum illæ caudæ puſillæ gerule porrectis ī caudam cruribus ferātur, lin-
gua oibus eſt ſed uarie. Aliis enim lōga aliis breuis aliis lata aliis anguſta omniū maxi-
me aialium poſt hominē litteras proferræ nōnulla auiū genera queūt uidelicet ea p̄ci-
pue quibus ligua latior eſt liguam autem illam minorē operiēdi miniſtram nullū ex iis
quæ oua pariūt ſuper impoſitam ſuæ arteriæ cōtinet ſed meatū ipſū modo trahūt mo-
do laxāt pro ſui cōmodi deſiderio atq; ita efficitur nequid pōderis ī pulmonem delaba-
tur. Sūt nōnulla ex auibus genera quibus natura calca etiam dederit ſed nulli datū hoc
eſt cui ungues adūci ſint uolaces porro notātur quæ ungues habēt adūcos. calcarige-
ræ quæ præ ſua grauitate ſint ad uolādū ieptiores. Ad hæc auiū nōnullis criſta addita ē
quā cū cæteræ pēnaȝ eminētia quadā extructā gerāt. Gallinaceus unus peculiarē ſibi
ſortitus eſt, ſic enim iſtitutam ut nec caro ſit a natura carnis omnino aliena.

De genere piſciū ciuſq; differentiis. Caput. xiii.

Iſciū genus inter ea quæ aquas incolūt unum diſtinqui a cæteris iure poteſt
p cū forma euariet numeroſiore, habet id caput & prona & ſupina parte qua
uēter & uiſcera cōtinētur ſupina habet, caudam cōtinuā idiuiſamq; parte ge
rit poſteriore uarie. piſciū nulli ceruix nulli manus aut pedes nulli teſtes nulli māmæ.
Sed mamma cæteris quoq; negata eſt omnibus quæ animal nequeant generare: nec
uero uiuiparis oio data eſt. Sed iis tantum quæ protinus itra ſe animal formāt nec pri-
mum ouum deide animal. Vnde fit ut delphinus etiam māmas habeat animal enim cō
cipit ilico & creat. Cōtinet hic ſuas mammas nō parte ſuperiore ſed prope genitale nec
modo quadrupedum papillas conſpicuas habet ſed uelut alueolos quoſdam humoris
duos utroq; de latere ſingularem e quibus lac fluit quod ore catulorum ſectātium parē
tem excipiatur idq; iam a nōnullis perſpectū ē piſces igitur (ut modo dixi) nec māmas
habēt neq; meatū genitaliū ullū itus cōſpicuū branchias autem rem habēt peculiarē:
quibus humorem quē ore acceperint reddūt atq; etiam pinas quas magna ex pte qua
ternas gerunt. Attamē longis ut anguille binæ iuxta branchias hærent mugilibus eti-
am quos lacus ſipharum gignit binæ atq; etiam ei quam uitam appellant nonnullis e
longis nullæ omnino ſunt pinæ ut murenæ nec branchiæ itegrę ut cęteris piſcibus hū-
tur. qui autē brāchias hūt aut itectas cōtinēt eas aut detectas: ut cartilaginea gña oia.
Qui itectas habēt iis in obliquum utroq; latere tenētur. Quę tegumento carēt cartila
ginea dico iis ſi plana ſūt parte inferiore ſupina quę habentur ut torpedini ut raię ſed ſi
oblonga ſunt eorum lateribus adherent ut in quouis inuſtelino genere cernitur. Raia
tam & ſi deductas in latera habet branchias tamen non ſpineo intectas operimēto ut q̄
nō cartilaginea ſunt ſed cuticulari. Item brāchiatorum ipſorum aliis ſimplices brāchię

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt: aliis duplices: omnibus tamen simplex quæ nouissima corpori admota est: & aliis paucæ aliis multæ, uerum in utrūq; latus æque partitæ omnibus sunt: habent quibus pauciſſimæ sunt ſingulas branchias utrinq; easq; duplices: ut aper aliis binæ utrinq;: alteræ ſimplices: altere duplices ut congro: ut ſcaro: aliis quaternæ utriq; ſimplices: ut accipenſeri: dentici: murenæ anguillæ aliis quaternæ duplici ordine nouiſſima excepta ut Turdo percæ. Siluro ciprino. Muſteligenis etiā duplices: & quinæ utraq; ex pte sunt gladio a Roſtri mucrone ita appellato: octone duplices. Ita brachiarū colligitur numerus. Sed preter branchiarum diſcrimen piſces a cæteris animalibus differunt eo q; non pilis ut terreſtria quæ animal generant: non cortice: ut nōnullæ oua parientes quadrupedes: nō pēna ut genus auium integuntur: ſed plurimi ſquamoſi sunt pauci quidā ſcabri pauciſſimi læues. Ergo cartilagineoꝝ alia aſpera: alia leuia sunt. Cōgri etiam & anguillæ & Thunni læues sunt dentes omnia piſciū genera habent ſerratos: pectinatiq; coeuntes excepto ſcaro: ac omnia ſerie dentiū acuta atq; multiplici fulciuntur in lingua etiam dētes nōnullis: linguam autem ipſam duram & pæne ſpineam habēt: & ita adhērētem ut iterdum carere lingua uideātur. Os reſciſſum ut nōnullis ouiparis quadrupedibus est: partes audiēdi: odorādi deniq; ſentiendi nullæ cōſpicuæ preter q̄ oculi habentur: latēt etiam meatus quibus ſentire neceſſe ſit oculi omnibus ſine palpebris ſed nō duri. Eſt omne ſane piſcium genus ſanguinis particeps. diſcrimine aūt partus ſic diſcrepāt ut alii aial. pariūt oua omnes qui ſquama cōteguntur. Animal omnes qui genere cartilagineo continentur: excepta rana.

De genere ſerpentum. Caput. xiiii.

Eliquū ex iis quæ ſanguinem habēt animalibus genus ſerpētū est quod cō
r mune ambobus ſuperioribus eſſe poteſt ſūt enim alii terreſtres alii aquatiles q̄q̄ maxima pars ſit terreſtris. exigua uero aquatilis. ſ. fluminū īcola. ſūt etiam maris idigenæ ſerpētes terreſtribus ſimiles niſi q; caput habeāt cōgri: & quidē genera eoꝝ complura ſūt colore numeroſæ uarietatis. naſci eos non in altiſſimis gurgitibus certum eſt. Scolopendras etiā quas cētipedes uoco maris incolas cē nouimus. ſpecie terreſtribus ſimiles: magnitudine paulo minores: colore rubentiores numero pedū copioſiores: & cruꝝ tenuitate graciliores. naſci locis ſaxoſis ſolent & modo ſerpētū: nō magna altitudine gurgitū. Caret pedibus genus omne ſerpētum ut piſces nam remoram errore nōnulli pedes habere ꝓdiderūt: expes enim omnino eſt ſed quoniam pinas habeat pedibus ſimiles: hinc fit ut pedibus iſtare uideatur: piſciculus quidam hæc ē ſaxis aſſuetus in cibos non admittendus: nomen a remorandis nauibus adeptus utilis ad iudiciorum cauſas & amatoria ueneficia (ut aliquí uolūt) partes exteriores ſanguineorum animalium quę nam ſint: & quot numero: & quibus inter ſe differētiis diſſonent explicatum iam eſt.

Quę membra quodq; aīalium genus interiora ſortiatur. Caput. xv.

Vnc iteriorum ordinem ꝓſequemur: & primū i eo genere quod ſāguine cō
n ſtat (hac enim rōne ſumma gña a cęteris differūt: q; hec ſanguinea ſunt illa exanguia) ſanguine predita ſunt homo & quadrupedes quę aial ouū ue pariunt atq; etiam aues piſces cetę & ſi qd aliud uacās nomine quoniam genus nō ſit ſed ſpecies ſimplex in ſingulis intelligatur ut ſerpens ut crocodilus. Igitur quę quadrupedes uiuiparę ſunt iis gula atq; arteria omnibus eſt & eodem ſitu quo homini. Ouiparis etiā quadrupedibus atq; auibus eadē illa adiuncta uidemus ſed diſcrimen ſpecies affert

eaꝝ partiū: deniq; oīa quæ aerē accipiunt: & reddūt hñt pulmonem: arteriā: gulam & ſitū gulæ: atq; arteriæ ſimilē: quāq; eas partes diſſimiles. pulmonē āt ne ſitu quidē ſimili cōtinēt. Cor itē oībus ē: quibus ſanguis & ſeptū trāſuerſum quod precordia & cinctus appellatur ueꝝ hoc in minutis ꝑ ſua tenuitate exiguitateq; nō æque ſpectari pōt: niſi in corde peculiare est: quod de nōnullis bubus ꝓditū est genus. n. quoddā boū ſuo in corde oſſiculū cōtinere aiūt. At uero pulmo non oībus datus ē. piſces. n. & oīa quæ brāchias hñt carent pulmone. Ieeur in oībus ē in qbus ſanguis. Liē magna ex parte oī bus: quibus ſanguis: ſed magnę partí eoꝝ quæ non aīal ſed oua pariūt liē uſq; adeo exiguus est ut ꝓpemodū ſenſum effugiat: quod magna in parte auiū experimur uerbi cā in colūbis miluis accipitribus noctuis. Capriceps auis liene oīno caret. In quadrupedibus ēt ouiparis ſimilis ratio ē. nā ea quoq; admodū exiguū hñt lienē ut teſtudo. Mus aquatilis rubeta lacerta crocodilus rana. Fæl aliis adnectitur iecori aliis minime ex gñe enim quadrupedū quæ aīal gñant ceruo & damæ deeſſe notatū est atq; ēt equo mulo aſino uitulo marino & muriū nōnullis ceruis achainis cognomine fæl cōtineri in cauda creditur. est qd ibi cōtineri aiūt colore qdē ſimile fælli ſed nō ita ut fæl humidū ſed lieni ſimile parte interiore. Vermes tñ ceruí cōtinēt oēs ſuo in capite uiuos q naſci ſolent ſub lingua in cōcauo circiter uertebrā qua ceruici inectitur caput magnitudine haud minores his uermibus quos maximos carnes putres ediderint. Gigni uniuerſi atq; contigui ſolēt numero adeo circiter uiginti. Sed ceruus fælle ut dictū est uacat q̄q̄ eius inteſtinū amaꝝ adeo est ut ne a canibus quidē attingatur niſi ceruus prepinguis ſit elephanto ēt iecur ſine felle niciſo tñ parte qua fel adhærere ſolet humor fælleus effluit plus minus. Delphinus inter ea q̄ mare excipiūt: pulmonēq; hñt unus fælle priuatus ē: aues piſceſq; oēs fæl habēt. & quadrupedes quæ oua pariūt dixeri in uniuerſum. oēs aut plus aut minus fællis ſortiunt: ſed piſciū aliis in iecore poſitū est: ut muſteligenis: & ſiluro. & ſq tine: leuriane torpedini atq; ex lōgis anguille acui libelle pulchro ēt i iecore ieſt ꝓportione corporis maxie oīum copioſum aliis iteſtino annexū ē depēdens a iecore meatibus quibuſdā ppetuis ſūmæ tenuitatis. Ergo hamia ſuo inteſtino pari ꝓceſſu obductū habet ſæpe etiā replicatū. Reduxq; aliquatenus reliquis collectim iteſtinis cōmiſſum est aut ſemotius a iecore aut ꝓpius ut raiæ accipēſeri dētici murenæ gladio. Sæpe etiā genus idē utrunq; patitur ſitū ut cōger. aliis enī ad iecur aliis infra ſe poſitū adhæret quod etiā in auibus pari modo ſpectum est aliis enim uentri aliis inteſtino iungitur ut colūbæ coruo coturnici hirundini paſſeri aliis iecori ſimul & uentri ut capricipiti aliis iecori ſimul & inteſtino ut accipitri miluo.

Quæ animalia renibus & ueſica careant. Caput. xvi.

Enes atq; ueſicam oēs quæ animal generant quadrupedes poſſidēt. At ue
u ro ex his quæ oua pariūt aues piſceſq; nō habent. Quadrupedū una teſtudo marina habet magnitudine ad cæteraꝝ partium rationē ſimiles bubulis renes ei oīno adhærēt quaſi ex multis exiguis conſtituti. Bonaſus etiā interiora oīa bubus ſimilia cōtinet ſitus idē earum partium ē omnibus quæ ex his conſtant.

Quam corporis partē in quibuſq; animantibus cor iecor pulmo liem fæl & uenter obtineant. Caput. xvii.

Or prorſus in medio pectore oībus ꝑter q̄ in homine est huic enim ptī potí
c us læuæ cōmiſſū ē ut ante expoſui. Tendit oībus priorem in partem ſuo turbinato mucrone ꝑreter q̄ piſcibus. his enim nō ita eſſe uideri poteſt. Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eoꝝ cor ſuum mucronem nō ad pectus ſpectantē: ſed ad os habeat: extremūq; ide pē-
dens qua brāchiæ dextræ atq; ſiniſtræ inter ſe coeūt copulāturq;. Sūt etiam meatus alii
de corde ad brāchias tēdentes ſingulas, p deſiderio magnitudinis: hoc eſt maioribus la
xiores minoribus arctiores inter quos craſſa admodū: & cādida fiſtula eſt: quæ de cor-
dis extremo oritur. Gula paucis in piſcibus ineſt: ut cōgro anguillæ hiſq; exigua & ie-
cur q hñt: ſi non fiſſum ē: dextro latro latere totū cōtinetur. Sin fiſſum a principio uſq;
dextro maior pars applicata ē qbuſdam enim ptes ſepoſitæ ſūt: nec eadē certa origine
continent: ut inter piſces muſtelino generi: & inter quadrupedes lepoꝝ generi cuidam
quod tū alibi: tū etiā in ſycino agro circiter bolbā lacū gignitur. quippe quos bina ha
bere iecinora crediderīs: qm̄ meatus procul admodū coeāt. Quod idē uel in pulmone
ſpectare auiū licet. liē etiā parti ſiniſtre adnectit iecori aduerſus ſitu ualet iuſto naturæ
quo ſi qua diſiecta quadrupede lienē latere cōtineri dextro: iecur ſiniſtro uiſum eſt: pdi
gioſe id eueniſſe putandū. T ēdit arteria oibus ad pulmonē quēadmodū poſt explica-
bimus. gula ad uētrem pfertur trāſigēs ſæptū tranſuerſum. ſ. in his quæ habeant gulā
neceſſe eſt piſces. n. magna ex parte gula carent (ut dictū eſt quo circa ſæpius euenit
grandibus nonnullis: ut dum p ipetū in ſectantur minores uentriculus in os procidat.
Habēt omnia quæ adhuc enumerauī: uentrem ſitu cōſimili. ſepto enī trāſuerſo conti-
nuo ſubeſt: inteſtinū de eo porrectū finit ad exitū cibi & eam ptem quæ podex dr. Sed
uentris diſſimilitudo primū quod q̄drupedes uiuiparæ cornigeræ altera maxilla den-
tatæ quaternos eiuſmodi hñt ſinus: quæ quidē & ruminare dnr. Gula enim icipiēs ab
ore deorſum tendit ad pulmonē: ſeptum que trāſuerſum: hinc ſe ad uentrē applicat ma
iorem: qui parte interiore aſper iterceptuſq; eſt: ac prope gulæ cōmiſſurā. Sinum ſibi
adnexū habet quē ex argumēto reticulū uocāt. eſt enim uentri extrinſecus ſimilis: in-
tus reticulis mulieꝝ iplexis: magnitudine multo quā uenter minor. hūc excipit omaſū
parte iteriore aſpeꝝ cācellatū: cruſtatū magnitudine reticuli. Abomaſum uēter ab eo
alius iūgitur magnitudine amplior omaſo: forma oblongior: cancellis intus & cruſtis
multis magnis & leuibus inormatus mox inteſtinum iam ſeqtur. Comigera altera ma-
xilla dentata oia ad hūc modum ſuū habere uentrem certū eſt. Sed differunt iter ſe ma
gnitudine aut figura: atq; etiā quod gula uel in mediū uentris tēdat uel in latus uergat.
At uero oia dentata maxilla utraq; uentres ſingulos habēt ut hō: canis ſus urſus leo lu-
pus. Quinetiā Thos quē lupum ceruariū appellē interna oia lupi ſimilia habet: his igi
tur oibus ſimplex uentriculus eſt: quē excipit inteſtinum ueꝝ aliis amplior ut ſui ut ur
ſo & ſuillo quidē cruſtæ læues pauciores ſunt. Aliis artior nec multo amplior inteſtino
ut cani leoni hoi Cæteroꝝ etiā ſpecies oium reſpectu eorum quos modo enumerauī di
ſtinguuntur. Aliis enī uenter ſuillo ſimilis: aliis canino tam in maiore q̄ in minore ani-
maliū genere. Sed diſcrimen in his quoq; magnitudine figura corpulentia exilitateue
oritur atq; etiā ſitu gulæ quo meatū ad uentrē ducat & cōuio iungat foramini. Inteſti
norū etiā natura utriq; illi aīalium gñi: hoc eſt utraq; dentato: & altera maxilla denta-
to: ſibi differt magnitudine craſſitudine replicamentis. Sunt certe maiora oia inteſtina
non utrinq; dentatis: nec imerito nā ipſa ita dentata oia ſunt auctiora: pauca enī parua
eo in genere habentur. Admodū paruū inter cornigera nullū eſt. Quibuſdam etiā ap-
pendices ſunt inteſtinoꝝ. Rectū autem inteſtinū nulli eſt: cui nō parte utraq; dentes.
Elephanto inteſtinū ita eſt ſinuoſum: ut aluos habere quattuor uideatur: an in hoc eti-
am cibus recipit. Nullū enim cōceptaculū cibi aliud ſeparatim adeſt. Exta quoq; eidē

ſuillis, pxima ſed maiora. Iecur enī quadruplo maius bubulo eſt. Et reliqua pari rōne
excepto ſiene, hic enī minor ex ꝓportione eſt. Hæc eadē ratio uentris inteſtinorūq; uel
in ouiparis quadrupedibus eſt: ut in teſtudine tū terreſtri tū etiā marina in lacerto cro-
cōdilo utroq; oibus deniq; generis eiuſdē. Simplicē enī unūq; habent uētrē aut canino
aut ſuillo ſimilē. Genus ſerpentū nulla euariat ratiōe: & oia fere proxima lacertis ex ter
reſtri ouiparo genere habere ſpectes ſi pedes his demas longitudinem addas. Quippe
quod intectū cortice ſit & prona ſupinaq; perinde atq; lacertū habeat ſed teſtibus caret:
nec alio modo q̄ piſces meatus duos coeuntes in idē & uuluā longā ac bifidā habēt cæ-
tera interna eadē ſerpentibus ſunt quæ lacertis. Veꝝ omnia eaꝝ uiſcera, ꝓpter longitu-
dinē & anguſtiā corpotis lōga arctaq; habentur ita ut dignoſci præ ſuæ figuræ diſſimi
litudine non queant. Arteria nāq; longa admodū eſt atq; etiā gula longior. Arteriæ ori
go ita iuxta os ipſū poſita eſt ut eſſe ſub lingua uideatur. Et quidē uidetur linguæ pre-
minere, quoniā lingua contrahitur nec ut cæteris manet. Lingua aūt ipſa tenuis longa
& atri coloris eſt atq; ſi extrahas porrigi longius poteſt, peculiare præter cæterorū lin-
guas ſerpētibus & lacertis eſt. Vt ſūma eorū lingua bifida ſit ſed precipue ſerpētū quip
pe quæ tenuiſſimis quibuſdā quaſi capillamentis diſcreta uibretur. Vitulo etiā marino
lingua ſciſſa eſt. Ventriculū ſerpētes uelut inteſtinū laxius habent canino ſimilē tum i
teſtinū lōgum: tenue: & ad exitū uſq; uniforme. Cor arteriæ poſtremæ adhęret exigu
um: ſed longū & renū ſpeciē referens: quamobrē uideri interdū poteſt minus mucro-
nē ſuū dirigere ad pectus. Pulmo deinde adnectitur ſimplex fibroſus fiſtuloſus prelon
gus longe a corde ſepoſitus. Iecur itē longū & ſimplex. Sed lien exiguus rotunduſq;
ut lacertis. Fel ſimiliter atq; in piſcibus habetur: natricibus enī adnexū iecori eſt. cæte-
ris inteſtino magna ex parte adhæret. Dentes exerti oibus ſunt. Coſtæ totidē quot di-
es menſenſem integrū cōplent ſingulis enī tricenæ. Euenire ſerpentibus idē quod pul-
lis hirundinū nōnuulli aiunt: oculis enī ſerpentū laceratis ſubnaſci alios referunt. cau-
dæ ēt lacertis atq; ſerpētibus amputatæ renaſcuntur. Hæc eadē ratio inteſtinoꝝ & uē-
tris piſciū quoq; eſt uenter enī his unus & ſimplex ſed figura uaria eſt: nōnullis enī di-
uerſa oino ſpecies uentris eſt: ut ei quem ſcaꝝ uocant qui & ruminare ſolus piſciū cre-
ditur: inteſtinū etiā ſimplex replicans ſe: quod in unū continuūq; reſoluatur. Peculiare
auibus & magna ex parte piſcibus appendicū agnatio eſt. Sed auibus ſubter & pau-
ce piſcibus ſuperne circa uentriculū exeunt & nōnulllis Complures ut Gobioni: mu-
ſtelo, percæ: ſcorpioni: fidiculæ. Mulo. Sparo. Mugili. Cui parte altera plures exeunt
altera una tantū. aliis pauce: ut Iecorino. Glauco Auratæ etiā paucæ. Tum autem ipſi
eiuſdē ſpeciei conſortes inter ſe differūt. Auratæ enī aliis plures aliis pauciores: ſunt ēt
quibus nullæ omnino ſint ut magnæ cartilagineoꝝ parti: cæteris ita ut aliis pauce: aliis
uel plurimæ habeantur. Omnes tamē piſces ad ipſum uentrē eas appendices continēt
Aues & inter ſe ipſas differre & a cæteris diſcrepare animalibus interioꝝ partiū ratiōe
apertū eſt. Aliis enī ingluuies prepoſita uētriculo eſt ut gallinaceo palūbo: columbo.
perdici. Ingluuies cutis in amplū ſinuata ē qua primū cibus igeſtus cōtinetur ſcoctus
hæc parte qua iungitur gulæ anguſtior eſt mox amplior. Tum qua deſinunt in uētri-
culū arctior: uentriculus parti plurimæ carnoſus calloſuſq; eſt cutę intus robuſta cru
ſtatuſq; facile detrahi integra poteſt. aliis ingluuies deeſt. Sed eius uice gula pertinet
latior. & potētior uel tota uel qua propius uentriculum adit in monedulæ coruo cotur
nici. Quinetiam coturnici gula amplior infra & capricipitū pars inferior paulo latior ē

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; etiam noctuæ. At anati. Anseri. Gauie: cataracte. Tarde: gula tota ampla & lata ẽ Multis ẽt aliis auibus gulam huiusmodi esse perspectũ est. Nec desunt quibus uentriculis iple similis sit Ingluuiei: ut tinunculo. Sunt item quibus neq; gula neq; ingluuies amplior sit, Sed uentriculus longior scilicet auiculis oibus qualis passer aut hirũdo ẽ. Sũt. ẽt quãuis paucæ quę ingluuiei guleq; amplitudine careant, lõgitudine aũt admodum prolixa utantur: uidelicet quæ longa angustaq; colla habẽt ut porphyrio: quæ ræ oẽs alui excrementũ humidius q̃ cæteræ solent reiiciunt. Coturnici p̃ceteris hæc propria habentur ut & ingluuiem & gulã prope uentriculũ amplam & latã habeat. Distat ingluuies a parte gulæ propinqua uẽtriculo multũ pro magnitudinis proportiõe. Tenue quoq; itestinum parti plurimæ auium est: & simplex resolui põt. Appendices autem ille paucæ in auibus sunt: ut dictũ est nec supra ut in piscibus. Sed infra qua desinit itestinũ hñt eas nõ oẽs sed pluriæ ut Gallinaceus: perdix. anax: cicõia ascalaphus: anser olor: tarda noctua; minoris ẽt generis nõnullæ habent: sed perexiguæ: ut passer.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER TERTIVS INTERPRETE THEODORO.

De situ & forma genitalium membrorum omnium animantium: eorumq; differẽtiis Caput primum.

d E CAETERIS INterioribus. Partibus quot nã aut quales sunt & quas inter se habeant differentias: dictũ iã est. Restat ut de his q̃ ad generationẽ ministrãt dissseramus. Ergo & feminis oibus itus cõditæ habentur maribus aũt multiplici differentia euariant. Nam inter animalia sanguiei generis aliis testes nulli omnino sunt. Aliis sũt quidem. Sed intus & iis quæ itus cõtinent. aut lumbis adhærent citer sedẽ renum aut aluo crediti sunt aliis foris dependent quibus genitale: aut aluo annexum sustinetur aut demissum pendet cum testibus: nec uero modo eodem ad aluũ omnibus continentur. Sed aliter iis qui ex aduerso mingunt. Aliter his q exauerso. piscium igitur nulli sunt testes: nec cæteris quibus branchiæ neq; ulli serpentum: nulli denique quod pedibus careat nisi intra se formare animal possit. Auibus testes dati omnibus. nõ tamen qui foris pendeant: sed qui intus adhæreant: lumbis quomodo quadrupedibus quoq; ouiparis habentur: ut lacerto testudini crocodilo & inter ea quę aial generãt: herinaceo. Quæ aũt intus continent iis ad aluũ nectuntur: ut delphino ex his q̃ pedibus uacant: ut elephanto ex iis quæ quadrupedes uiuipare sunt: Cæteris cõspicuos esse testes natura uoluit: discrimen autem eorum qui ad aluum aut locũ proximum positi in propatulo sunt diximus. Aut eni hærẽt annexi retro: nec tremuli pendẽt: ut suibus aut ante ꝓpensi demissiq; gerũtur: ut hominis pisces (ut modo dixi) & serpẽtes testibus carent. Sed meatus cõtinẽt binos: qui de sæpto exorti latus spinæ utrũq; perreptẽt coeantq; superne in unũ: atq; ita ad ostiũ excrementi finiant: quod enim ad spinã est id superius nomino pleni hi meatus humoris fœtifici reddũtur: tempore coitus attritusq; mutuo semen effluit genitale candidũ. Sed quibusnam ipsi inter se differentiis discrepent in dissectionibus speculari oportet. nos etiam diligentius post exponemus cũ sua singulis reddiderimus oibus aũt q̃ oua ædũt: siue bipeda siue quadrupeda sunt: testes lũbis innexi ifra septũ cõtinent uel cãdidiores uel pallidiores. Venulis admodũ

tenuibus circũdati: meatus de singulis singuli pertinẽt eodẽq; coeũt supra hostiũ excremẽti: sicut agi in piscibus dictũ ẽ. isq; meatus q ex coitu amboꝝ cõsistit genitale ẽ qd in minoribus latet: in maioribus uero anserẽ dico & reliqua huiuscemodi euidẽtius est cũ recẽs inierit. Meatus aũt tã his q̃ piscibus lũbis adhærẽt subter aluũ uentrẽ & itesti na iter uenã maiorẽ de qua meatus ad testẽ ptinent utrũq;: sed ut piscibus lẽtor ille, plicus tpe initus haberi sentiẽ: meatusq; latissime patẽt ubi uero ad tps pteriit incerti uel meatus ipsi interdũ reddunt. Sic auiũ testes prius q̃ coire incipiãt: aliis exigui: aliis ono obscuri sunt. At uero cũ uenerẽ exercẽt insigni tantisper magnitudine augẽtur qd apertissime palũbis & perdicibus euenit: atq; ita ut hybernis mẽsibusue ullos quidẽ testes in his haberi nõnulli arbitrent. Quibus aũt parti priori testes cõmissi sunt his aut intus iuxta aluũ cõdunt: ut delfino: aut foris i apto ultima aluo positi sunt qbus utrisq; cũ cætera sint eadẽ: unũ illud discrimẽ existit quod quæ itus continẽt suos testes: nulla cute habent obductos. quæ aũt foris: hæc cõiectos in cõceptaculũ quod scortũ uocatus gerunt. Testes uero ipsi oibus gressilibus uiuiparis sunt ad hunc modũ, meatus duo uenales ad capita testiũ de uena ahorta pertendũt: & alii totidẽ renibus eodẽ deueniunt sed hi sanguinolẽti: illi quos mittit ahorta exãgues sunt: a capite aũt ipsoꝝ testiũ meatus excipit spissior illo supiore atq; neruosior qui ꝓgressus per testẽ flectit sese inde & caput eius dẽ repetit: unde rursus in idẽ coeũt & in parte priore subeunt genitale: Qui caput repetũt: ipsi tam continua mẽbrana obuelantur cũ iis qui residẽt testibus ut unus esse meatus uideant nisi mẽbranæ diuortiũ feceris humorẽ adhuc sanguineũ cõtinet is qui rescidet: sed minus q̃ illi superiores. At uero qui reuersi ceruicẽ subeũt genitalis humorẽ iã habẽt candicantẽ. Quinetiam de uesica meatus pfertur & se ad ceruicẽ applicat: quẽ ueluti putamẽ cãaliculatũ ambit id quod penẽ uocamus: spectat ea quæ dixi descriptione hac. sit. a. initiũ meatuũ qui de ahorta ꝓficiscuntur. c. c. meatus descendẽtes ad capita testiũ. d. d. qui ab his aslident testibus. b. b. qui repetũt. f. q/ bus humor cãdicãs cõtinet. e genitale. f. uesica. o. o. testes. Excisis detractisue testibus meatus sursum se retrahũt. castrare solent duobus modis: aut eni testes nouellos ad/huc frangunt. aut adultos iã firmosq; excidũt. Tauꝝ aliquãdo excisum initu protinus acto. progenerasse traditũ est. Testes aialiũ ita se habere cognitũ est. Vuluæ siue uteri nec eodẽ situ habentur nec similes oium sunt. sed differũt inter se tũ eoꝝ quæ aial generant tum illoꝝ quæ oua pariunt habent oẽs qui iuxta genitale cõtinẽtur. sinus geminos alteꝝ in latere dextro alteꝝ i sinistro. Initiũ uero unũ est. Et cõmune ostiũ quasi ceruix carnosa ãmodũ cartilagineaq; parti plurimæ auctissimæq; animantiũ tributũ est pars uuluæ iterior loci & uterus appellatur unde fratres uterinos cognominamus: ostium autẽ & ceruix matrix dr. Sed bipedes atq; etiã quadrupedes quæ aial procreãt oẽs uulua aut uteꝝ infra sceptũ trãsuersum cõtinẽt ut hõ canis sus equus bos. Cornigera quoq; oia situm habẽt eundem extrema plurimaꝝ uuluaꝝ quæ cornua uocãt inuolui spectũ est. At eoꝝ quæ oua ædunt situs nõ similis oium est. Sed auiũ uuluæ iuxta sæptũ annexe sunt piscium ifra sicut bipedũ aut quadrupedũ quæ aial pariũt. Sed tenues & mẽbrana cõstãtes & lõge ita & minutissimis piscículis sinũ uuluæ utrũq; iungi in faciẽ oui unius uideat q̃q̃ bina habeãt oua hi pisces quoꝝ ouũ arenidũ est nõ eni cõtinuũ sed quoddã arenulentũ ẽ ita diffũdi i multa põt. uulua auiũ hẽt ceruicẽ carnosam callosamq; parte iferiore. At superne qua sæpto iungit mẽbrana cõstat & ptenuis adeo est ut oua extra uuluam esse existimes. Auibus ergo auctioribus membrana

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõlpectior est: & p ceruicẽ iflata extollítur atq; sinuatur. At i minoribus obscuriora hęc oia habent quadrupedũ quoq; ouipaꝝ hæc eadẽ rõ uuluæ est: ut testudinis: lacertæ: ranæ: reliquoꝝ generis eiusdẽ. Enĩuero ceruix una in uno: & carnulentior est: fissura aũt & oua proxima sæpto sustínentur. Necnõ ea quæ in genere pedibus príuato aial ædunt in lucẽ postea q̃ oua inter se pepererunt: ut musteli & relíqua cartilagínea dicta (quicquid enĩ iter marina pedibus orbatũ: & brãchias habens aial generãt: sub eo nomine itelligít̃) iis uulua partita ptinẽsq; ad sæptum quomõ auibus est. Atq; ẽt de medío sui bipartiti sinus artior ad sæptũ usq; pertendit: ac oua tã id q̃ supra ad sæpti originem cõsistunt: mox prolaxa in spatium latius fœtus aiales excludunt. Sed eoꝝ ipsoꝝ differentia uuluæ: qua tũ inter se tum uero a cæteris pisćibus discrepent. At curatius p dissectiones spectari figuris singulis potest. Serpentes ẽt tam ab his supradictis q̃ inter se differre apertũ est. Vipera enĩ aial ædit postq̃ iter se oua peperit. Cũ cætera serpentũ oía genera oua ædãt in lucẽ: quo fit ut uipere uni uulua símilis ut cartilagíneis sit. Tendit porro serpentibus uulua prolixíor mõ corporis exorsa inferius uno cõtinua meatu diductaq; in latus spinæ utrinq; quasi duplex meatus usq; ad sæptũ. In qua oua ordinatim gignunt̃ & ædi inde nõ singulati sed serie continente solent: uulua enĩ oíbus quæ & intra se & foras aial generant supra aluũ posita est: quæ oua pariunt iis ĩfra lumbis adhæret. Quæ aial ædũt in lucem: cũ intra se oua generarunt iis anceps rõ ẽ: nã & ĩfra lũbis adiungit̃ ea pars uuluæ quæ oua cõtinent̃: & supra itestína ostiũ eius sustinet̃. Ad hæc discrimẽ uuluaꝝ est: q; cornígera & una parte dentata acetabula hñt uuluæ: dũ partum gerunt atq; etiam parte utraq; dẽtatoꝝ: lepus: mus: uespertílio eadem illa acetabula suis cõtinent locis. At cætera utrinq; dentata aialis fœcunda pedíbus prædita uuluam leuem oía habent & partus ipsi uuluæ non acetabulis adhæret: partes dissimilares animaliũ interiores exterioresq; hunc in modum haberi cognitum est.

De partíbus animaliũ similaribus: ibiq; Synesis cypri Diogenísq; Apollínatæ opíniones de sanguíne & uenis. Caput secundum.

neq; uegeti: nam a pube ex macilẽtis craſſeſcunt euaduntq; ſaniores. Alii cõtra: quod pari modo puellis etiã euenit: qui enim pueri aut quæ puellæ excremẽtis antea corporis redundabant: cũ ea ipſa excrementa una cũ ſemine: aut menſibus ſecernantur: ſaniore ob eã rem corpore efficiunt atq; uegetiore. Iã enim ea quæ ſanitati alimẽtoq; obſtãt exeunt. At uero qbus cõtra anteceſſerit: iis corpora graciliora: & morbis opportuniora reddũtur: excernitur. n. de ipſa natura & bene habitis. Cum aut ſemen aut menſes ꝓdeunt. In puellis itẽ diuerſitas ubeꝛ eſt: aliis enim admodum magna: aliis exigua ſunt: euenit ſane ut corpora ĩmodice creſcant: cũ puellæ excrementis redundant futuris enim adhuc & nõdum ꝓfluentibus mẽſtruis: quo plus continet humoris: eo magis efferri ſurſumq; ĩpelli neceſſe eſt: donec ĩfra erũpatur. Itaq; quod interim incremẽtum mãmæ acceperint: ſeruãt poſtea maribus etiã mãmæ cõſpectiores & fœminariores: tum iunioribus: tum ſenioribus efficiũtur: q humidiores leuiores nec uenulentiſũt eorũq; ipſoꝛ iis magis qui fuſci q̃ qui candidi ſint. Semen ꝓfecto infœcundum uſq; ad ter ſeptimũ annũ eſt. Mox prolificũ quidem eſt: ſed exigua imperfectaq; gñant. Iuniores & mares & fœminæ ut in cæteroꝛ quoq; aialium gñe plurimis euenit: cõcipiunt q dem facilius natu minores: ſed laborãt in puerperio uehementius: corpore etiã minus magna ex parte perficiuntur: & ſeneſcunt celerius mares ſalaces & mulieres quæ frequentius pariant. Nam ne ĩcremẽtum qdem poſt tertiũ partũ effici poſſe uidet: ſedantur autẽ tẽperanturq; melius quæ ĩ rei uenereæ uſum luxuriant cum partũ multotiens exercuerint. Sed poſt annũ ter ſeptimũ mulieribꝰ qdem opportune iam procreatio ẽ. Sed uiris item accedere aliquid poteſt ad prolem pfectiorem. Semina infœcunda quę grandius ſpeciem referunt: eademq; potius marem fœtificant: contra tenuia nec globulenta fœminam gignunt. Mentum etiam maris ea ætate pilis integitur.

De menſtruis mulieris. Caput. ii.

Rofluuium aũt menſiũ decreſcente luna contingit: quãobrẽ nõnulli canlo ſexũ fœmineum lunæ tribuũt. Quoniã ſimul ut illa decreſcat & mulier purgetur moxq; repleantur ambæ: eueniat paucis mẽſtrua ſingulis menſibus mouentur ſed uno intermiſſo plurimis facilius agitur cũ iis qbus breui tpe hoc eſt biduo aut triduo profluũt: ſed quibus longum ꝓtrahitur difficilius: laborant enĩ idẽ poris aliis namq; uniuerſim hæc purgatio fit aliis paulatim. At tamẽ oibus corpus gꝛuatur: quãdiu effluat humor. Multis etiã cũ menſtrua citantur: & eruptioni propiã ſunt: ſtrangulationes uuluaꝛ ſequuntur: & crepitus donec erumpant. Conceptꝰ mulieribus a profluuio menſtruoꝛ ſua natura cõtingit: & quæ his carent: ſteriles magna ex parte exigunt: ueꝛ fieri poteſt: ut aliquæ etiã ſine eoꝛ profluuio cõcipiant: uidelicet quibus tantũ humoris colligitur quãtũ iis quæ purgantur reſtare ſolet q̃q̃ nõ tanta copia ut & foras poſſint proluere nõnulle etiã dum profluunt menſes cõcipiũt poſtea cõcipere nequeunt quibus uulua ſtatim a purgatione cõprimitur. Sunt qbus pregnantibus etiã mẽſtrua uſq; in poſtremũ gerendi tẽpus eueniãt quibus accidit ut parua pariant: & proles aut minus uitalis aut infirma ꝓcreetur. Multis etiã deliderio coitꝰ quo uel iuuenilis ætatis rõne: uel quia lõgo tpe abſtinuerint tenentur deſcẽdũt uteri: & menſtrua ſæpe ter in mẽſe citanter: donec cõcipiant: quo facto aſcendũt & ſuo ſitu conſtituuntur nõnũq; & ſi cætera bene ſe habet uterus humidus tñ eſt reſpuit ſemen genitale ſi humidius ſit. Otium aũt animaliũ (ut ante dixi) mulieribus inter fœminas plurima hęc purgatio euenit. Nam iis quæ non pariũt animal: nihil tale mouetur: ꝓpterea q hoc

materiæ ſuperuacuũ uertitur in corporis alimẽtũ. Sunt enim nonnulla maribus ſuis maiora atq; etiam aliis in corticem: aliis in ſquamã: aliis in frequentiã pennarum abſumitur. Terreſtribus quoq; animal parientibus: in pilos & corpulẽtiam tranſit: homo enim leuior cæteris eſt: atq; etiam in urinam diuertit. plurima enim ex cæteris largius mingunt: & craſſius. At mulieribus uice eorum quæ dixi omnium: quantum ſuperuacuum ſit: in purgationem menſium uertitur quod in maribus quoq; ſimili fieri modo principimus: ſeminis genitalis rõne. plurimum enim omnium animalium emittit: comparatione dico magnitudinis ſuæ: & uero inter ipſos mares qui humidiores natura ſunt: nec ualde carnoſi plus reddunt: atq; etiam plus candidiores q̃ fuſci: nec ſecus in mulieribus fit, corpulentis enim multum menſtrui excrementi in corporis alimentum tranſit: & in uſu quoq; rei uenereæ candidiores ſua natura: pluſquã fuſce euaporant: præparatur hoc amplius uſu ciborum humidiorum & acrium.

De indiciis conceptionis: & quod dierum ſpatio mas: quot itẽ fœmina in utero moueatur: deq; abortionibus caput tertium.

Ndicium mulierem iam cõcepiſſe: cum ſtatim a coitu locus ſicceſſit: fit cet
i te ut ſi oris: quo concipitur labra ſunt læuia: inepta ſunt ad conceptum: labitur enim & effluit ſemen: nec uero ſi craſſa ſunt commode uſum præſtant ſed ſi ad digiti tactum aſperiuſcula: & hærentia ſint: atq; etiam ſi tenuiora ita commode ad conceptionem habent. Talis igit præparandus eſt uterus: qui cõcipiat qd ſi facere ne concipiat placet contra agendum eſt. Nam ſi labra ſint læuiora concipere nequeat. Quamobrem nonnullæ: ut ſemen incidat, ante uuluam ex oleo iuniperino aut ex ceruſa thureue excipientes: oleo illinunt: ſed ſi in ſeptimũ diẽ: intus permanſerit cõceptũ iam eſſe certum eſt: nã quæ effluſiones uocant, intra tot numero dies fieri ſolẽt purgatiões aũt accedũt plurimũ cũ cõcepint ad tps quoddã, ſ. triginta dieꝭ maxime ſi concepta fœmina eſt: quadraginta ſi mas. A partu etiam purgationes eodem dierum numero conſequi uolunt: quãq; non eque ita diligenter eueniũt. At uero poſt cõceptũ & dies quas modo dixi: nõ item ſecundũ naturã inferius agitur: ſed in ubera tranſitur & lac efficitur. Cuius nota inter initia exiguo quodam: & araneæ prope modũ ſpecie apparet in mãmis: cum iam conceperint: ſentiunt precipue ſuis ilibus: hæc enim nonnullis ſtatim pleniora efficiuntur: quod iis quæ graciliores ſunt: euidentius accidit. Inguina etiam ſentiũt: & conceptui argumẽto eſſe poſſunt. Mares fœtus magna ex parte circa quadrageſimum diem: dextro potius latere mouentur: fœminæ ſiniſtro: circiter nonageſimum. Nihil tandẽ certi in his affirmari licet, multis enim ferẽtibus fœminam: motus agitur in ſiniſtro: & cõtra in dextro gerẽtibus marem. Sed enĩ hæc & reliqua huiuſcemodi ut differũt: eo quo magna ex parte & magis minuſue accidit: ſic accipimus. Finditur ẽt fetus hoc eodem tempore: cum ante caruncula informis conſtaret, effluxiones uocantur quæ intra ſeptimum diem corruptiones incidunt. Abortiões autem quę intra quadrageſimum, Et quidem plurimi fetus itra tot numero dies deprauantur. Mas qui quadrageſimo die exierit: ſi in quoduis aliud mittatur diffundit atq; aboletur. Sed ſi in aquam frigidam: cogitur cõſiſtitq;: ueluti in mẽbranula: qua rupta fetus ipſe apparet, magnitudine formicæ maiuſcule: & mẽbra iam inde diſcreta tũ cætera omnia: tum genitalia conſtant: & oculi quẽadmodũ in cæteris animantibus præ grandes. Sed ſemina quæ intra tertium menſem cruperit: indiſtincta eſt quæ autem quartum adepta eſt menſem funditur: & reliquam diſtinctionis effigiem breui tempo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rē accipit: cum itaq; fœtus in utero formatur: fœmina tardius q̄ mas perfectionē quarumq; partium recipit: & sæpius in decimum mensem q̄ mas protrahitur. Sed cum in lucem prodierit: fœmina ocius q̄ mas & accrescit: & ætate floret: & senectute macerat̄: & magis quæ pluries pariunt: ut dictum iam est.

De iis quæ a conceptiōe ad partum usq; mulieribus eueniūt: quoue tēpore pariāt quotq; uno partu parere possint. Caput quartum.

c Vm semen conceperit uterus: statim se contrahit: donec ad septimū mensem uentum sit: octauo iam adaperitur: atq; dehiscit: & partus si uiuit: descēdit mense eodem: sed si mortuus est: neq; ipe descendit: nec uterus per id tēpus dehiscit: idq; indicium facit: fœtum haud quaquā esse uitalē. Euenit profecto ut mulieres a conceptu: corpus totum grauentur: & oculoꝝ caligines. & dolores capitis moneantur: quæ aliis maturius est & fere die decimo accidunt: aliis særius prout magis minusue ex materia superuacua temperantur. Nauseæ item & uomitus plurimas capiunt: & præcipue quibus purgationes constiterint, nec dū ad ubera transeant: aliq̄ igitur principio magis laborant. Aliæ post: cū iam fœtus plenius creuerit. Sæpe etiā multis destillatio urinæ ad postremū infestat: sed magna ex parte quæ marem ferunt: facilius exigunt: minusq; pallent. Contra quæ fœminam: sunt enim pallidiores & grauius degūt. Multis etiam tumores extuberationesq; carnis in cruribus incidūt. Sed tamen contra etiam nōnullis contingit: solēt appetitus uarii grauidis euenire: citoq; commutari: quod picare quidam a pica aue denominant: & nimiꝝ cum fœtum sexus semine ferunt: auidius appetunt: minusq; re frui iam presente: quā cupierint possunt: fastidiunt enim statim: quod modo uehementer appeterent. Paucis cōtingit ut melius habeant: cum uterum gerunt. Sed præcipue tunc fastidiunt: tedioq; fatiscunt: cū fœtui capillus oriri incipit pili congeniti grauidis defluunt: paucioresq; reddunt, contra qua parte pilos minime habere solebant: ea magis accipiunt plus etiā motus magna ex parte mas in utero infert: q̄ femina & celerius prodit. Feminæ enim partus tardior ē. Dolor etiam ex femina continuus: sed obtusior: ex mare acer & lōge molestior. Quæ paulo ante partum concumbunt: facilius pariunt. Parturire interdum mulieres uidentur: cum tamen tempus non sit: sed quoniam fetus inuertit suum caput: Ideo initium hoc esse parturiendi uidetur. Sed cum cætera animalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiant (Vnum enim pariendi tempus statum omnibus est) homini uni multiplex datum est. Nam & septimo mense: & octauo & nono parere potest: & quod plurimum decimo: nonnullæ etiam undecimum tangunt. fetus q maturius quā septimo mense prodeat, nullo pacto uitalis est, qui septimo uitalis quidem hic primus exit: sed magna ex parte infirmior. Quamobrem cunabulis ex lana eum obuoluunt: & fasciis alligant. Meatus etiam nonnulli infissi ut aurium aut nariū sæpenumero generantur: sed accrescenti articulantur infanti: & demum suam formam recipiunt. & pleriq; de his quoq; septimo natis uiuere atq; adolescere possunt. Qui aūt mense octauo nascuntur: uiuere ac adolescere in terra ægypto possunt: & quibusdam aliis locis: ubi mulieres fertiliores sunt: multosq; simul & ferunt facile & pariūt etiam si monstro si sint: sed locis græciæ multi intereunt: nec nisi perpauci seruantur. unde fit ut si qs feruetur: non octauo mense natus existimet. Sed mulierem sui conceptus initum latuisse infestantur maxime mulieres mense quarto: octauoq;: & si uel quarto uel octauo fetus perierit: ipse quoq; magna ex parte intereunt, itaq; fit ne solū mense octauo nati nō

uiuant: sed etiam ipsis emortuis periculum quæ pariunt subeant. Simili modo: & qui diuturniores quam undecimo mense nasci uidentur latere putantur: latet enim mulieres conceptus initium: si cum ante inflatus fuerit uterus ut sæpe accidit: post cō ierint: atq; conceperint: hoc enim principium esse sui conceptus existimant: quod simile inditium attulit. Ita multiplex perficiendi tempus pariēdiq; diuersum homini datum est. Et cum alia singulos pariant: alia plures: genus humanum in ancipiti est. Nā quod plurimum & locis plurimis agitur: mulieres singulos singulæ pariunt. Sed sæpe & locis pleriscq; gemínos etiam ut in terra quoq; ægypto fieri certum est, pariūt etiam tres: & quatuor: & quidem locis nonnullis ualde ita fit: quod dictū iam est: sed quinq; cum plurimū nascuntur. Iam enim hoc pluribus euenisse cōspectum est: & quædam uiginti partubus quatuor ædidit: quinos enim singulis partubus enixa est: maiorque eorum pars enutriri & adolescere potuit: Et cum in cæteris animalibus gemini nati ēt si mas & fœmina sint nihilominus enutriant: seruenturq; quam si mares ambo aut feminæ sint in genere certo humano. Pauci gemini seruantur: si alter mas sit alter femina. Mulier & equa omniū maxime aīalīū grauidæ coitū patiūtur: cætera ubi grauida fuerint: fugiunt mares: ea scilicet quoꝝ natura superfœtare more leporis recusat: uerum equa nūquā superfœtat: sed magna ex parte unū tantūmodo generat. At uero in muliere raro quidem euenit: ut superfœtet: sed factū tamen aliquando est. Qui itaq; longo post tēpore sint cōcepti: nihilo perfici possunt: sed præmaturius dolorem quo ipsi & primus fœtus intereat mouēt: iam incidit ut facta corruptione duodecim super fœtata puerperia egerent. At uero si proxime a primo conceptu secundus sit factus: absolui ædiq; potest: quod superfœtarit: ut quasi gemini nasci uideant: quō herculem & iphiclem procreatos esse fabulant. Nam id etiam consistit adultera quadā quæ alterum suo marito: alterum adulterio similem peperit. Iam & cum gemínos quædam ferret: tertiam superfœtauit: & cum tempus pariendi iustum iam esset: primos uitales peperit: secundum quinto mense elisit: qui statim mortuus est: Altera cum primum se primo peperisset: qui mortuus est, mox duos iusto mensium numero edidit: qui uixerunt, quædam etiam sub abortu conceperant: atq; alterum abegerunt: alterum continuerūt: pertulerunt ad partū: plurimis si concubuerint mense octauo: infans mucore oppletus exit: æsculentoꝝ etiam quæ mater comederit sæpe gerulus uenit in lucem. & si sale imodice usa est: ipse sine unguibus nascitur.

De lactis bonitate & malignitate: deq; menstruoꝝ mulierbriū fine. Cap. v.

l Ac quod ante septimū mensem cōtractum est: inutile est. sed simul infans natalis est: & lac esse utile incipit: prius autem salsum etiam est: ut pecoris.

Vino præcipue cum uteꝝ ferunt plurimæ infestantur. dissolunt enim si biberit: atq; debilitantur. Principiū & finis mulieribus prolis recipiendæ maribus præbendæ: seminis & menstruorum emissio est. Sed neq; cum incipiunt statim prolifica sunt: neq; cum desinunt: & iam pauciora sunt & infirmiora. Qua nam ætate incipiant menstrua & semen dictum iam est. Sed desinūt plurimis mestrua circa quadragesimū annum: quod tempus quæ excesserint: iis ad sexagesimū seruant. etiam nonnullæ eo tēpore pepererunt. Sed ultra hoc tempus nulla potest protrahere.

Vsq; quo maribus sit generandi facultas & de prolis similitudine cum parentibus uel cum aliis. Caput. Sextum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ares plurimi ad sexagesimũ generant. quẽ si excesserint: ad septuagesimũ
m usq; procedũt. Et iam quidã annos septuaginta nati genuerunt. Euenit sa-
ne multis & mulieribus & uiris & qui coniuncti inter se nequeant procrea-
re: ubi dissociati se iunxere cum aliis queant: quod idem in maris quoq; aut feminæ, p
creatione nimiꝝ euenire certum est: plerũq; enim tum mulieres tum uiri: quãdiu cũ
eisdẽ iungũtur; feminã tantũ marẽue procreant: seiũcti aũt cõtra. Aetatis etiam ratio
ne imutant: ut iuuenes inter se feminas generẽt: seniores facti mares: aut cõtra. Ratio
quoq; generandi: omnino discrimen hoc idẽ recipit: ut iuuenes nihil procreẽt seniores
iam incipiant generare. Aut: cõtra ut q; ante possent: post nihil possint fetificare. Sũt
etiam aliquæ mulieres quæ uix cõcipiant: sed si cõceperint: pficiant atq; ædat. Aliæ cõ
tra. facile quidẽ concipiũt, sed seruare non possunt. Sunt & uiri q nõ nisi feminã pro-
creẽt. Et mulieres q̃ non nisi marẽ: & contra: ut de hercule fabulant: q̃ inter duos & se
ptuaginta liberos feminã unã tantũmodo genuit, q̃ cõcipere nequeãt: si uel cura adhi
bita: aut aliquo casu cõceperint: feminã magna ex parte pariũt potius quã marẽ. Mul
tis ẽt uiris euenit: ut cũ antea possent generare: post nequeant: deinde rursus facultatẽ
recipiãt generandi gignũtur læsi quoq; ex læsis: uerbi causa claudi ex claudis: & cæci
ex cæcis deniq; similes sæpenumero in re quæ præter naturã comitetur: & signa habẽ
tes sibi cognata hæreditaria: ut uerucas: ut neuos: aut cicatrices: aut q̃d aliud generis
eiusdẽ. Iam tale q̃d uel tertia, ple post regeneratum est: ut cũ q̃dam suo in brachio pũ
cti notã haberet: filius nõ id reteulit: sed nepos ea corporis parte nigritiẽ q̃dã habẽs cõ
fusam, pdiit: sed raro hæc eueniũt. Integri aũt ex mancis ne gignãtur: nulla res obstat:
& sæpissime ita agitur: similes etiã aliq parẽtibus: aut auis suisq; maioribus generant.
Aliqui similitudinis nihil referunt. redditur etiam uel post plures eiusdem prosapiẽ: ut
in scicilia: eius quæ adulteriũ cũ æthiiophæ cõmiserat: filia nõ colorẽ patris ethiopis re
tulit. Sed q natus ex hac est is auũ ethiopẽ regenerauit. Fœminæ magna ex parte mã
tri: mares patri proueniunt similes: sed fit etiam e diuerso: ut fœminæ patri: mares ma-
tri similes procreentur. Particulatim etiam similes fiunt ut alia corporis parte similes
sint patris: alia matris: gemini uel dissimiles inter se nati iam sunt: sed plurimi magna
ex parte similes prodeunt. nam & quædã cũ septimo die a partu concubuisset cõcepit
setq; peperit similem superiori quasi geminũ. Naturæ etiã ratione aliæ sibi aliæ suo ma-
rito similes generant ut equa pharsalia cognomine iusta.

Quomodo semẽ genitale informetur. Caput septimum.

Vm semen genitale exit: spiritus antecedit: & quidẽ ipso exitu constat: agit
c cum spiritu: nihil enim procul sine uiolẽtia spiritali proiici potest. Tum in-
sinuatum in utero: diuq; contẽtum mẽbrana obducitur: quippe quod ante
q̃ discernatur: exeat uelut ouũ in sua mẽbranula contectũ: detracto putamine: mem-
brana aũt ipsa uenis referta est. omnia uero tũ natilia: tũ pedestria: tũ ẽt uolatilia siue
animalis siue oui forma proueniũt: simili modo gignunt: nisi quod alia umbilicũ habe
ant uuluæ adherentẽ: uidelicet quæ animalis forma enascunt: alia ouo: alia utroq; mo
do: ut in quodam piscium genere: & alia quasi mẽbranis continẽtur: alia secundis: pri-
mum intra ultimũ inuolucrũ animal gignit: mox altera membrana obuelat: plurima
quidem sui parte uuluæ adhærẽs: sed parte etiam seiuncta: & aquam cõtinẽs. humor
autem inter has cruentus aquosusq; est quem mulieres proferum uocant.

De alimẽto aialis in utero existẽtis deq; hois statu in eodẽ. Caput. viii.

Vgentur animalia omnia q̃bus est umbilicus: per ipsum umbilicum. Hic
a acetabulis uuluæ adhæret si sũt. Sed si læuis sit uulua ipsi uuluæ adhęret ue
na subiecta. situs in utero quadrupedũ omnium extensus est: expedum: aũt
obliquus: ut piscium: bipedum uero inflexus: cõtractusq; ut auium: homo etiam in se-
met conglobatus sic gestatur: ut nasum inter genua: oculos super genua: aures extra
genua hẽat omnibus equæ animalibus caput primũ superius est: sed cũ creuerint etiã
exitũ appetãt: deorsũ deducit. Ita fit ut oĩb9 ptus scdm naturã in caput cõtra naturã
i pedes: aut inflexo circũactoq; corpore agatur: quadrupedes uel excremẽtum iam in
de habent: & alui & uesicæ: alterum in postremo intestini: alterum in ipsa uesica. Qui-
bus in uulua acetabula sunt: fœtu accrescente: acetabula ipsa subinde minuũtur. po-
stremo abolentur omnia: umbilicus autem uelut putamen est circa uenas quaꝝ origo
ab utero est: aut acetabulis si habẽtur: aut uenæ cõmissa est. Sunt fœtui maiori ut bo
ui quatuor uenæ: minori duæ: minimo una: ut auibus. pertinet duæ ad fœtũ per iecur
qua portas appellãt ortæ a uena maiori, reliquæ duæ ab aborta: qua findit: & duæ de
una efficiuntur: Vtrunq; uenaꝝ par mẽbranulæ ambiũt. & membranulas ipsas am-
bit, uelut putamen umbilicus. Collabuntur subinde uenæ. & quo fœtus amplius cre
uerit eo adductus ipse contrahuntur. Fœtus autem grandescens caua uteri subit: ubi
palpitans iam sentitur & circa genitale parentis interdũ uoluit.

De doloribus mulieꝝ in partu: & quæ facile quæue difficulter parturiat. Cap. ix.

Vm mulieres parturiũt: dolores multas quidem in partes incumbunt.
c Sed plurimis ad alterutrum fœmur. Cæterum quibus aluum tormina
uehementer exercent: ociissime pariunt. Quæ lumbos dolent: uix pariunt.
Quæ imum uentrem expeditius: si mas nascitur: profluit sanies diluta pallidiuscula:
sed si fœmina cruenta: uerum ea quoq; præhumida est. sed fieri quoq; potest nonnul-
lis: ut eorum neutrum accidat. Cæteris animalibus partus non laborioſi eueniunt:
minus enim cum parturiunt infestari uidentur. At mulierib9 dolores uehemẽtissimi
incidunt: & præcipue stabilibus & sellulariis: & quibus non bona latera sunt: neq; fa-
cultas retinendi spiritus suppetit: difficilius etiam edunt. si interea dum per uim retinẽt
coactæ eruperint respirationem. primum aqua illa subter cutem fusa: per fœtus motio
nem: ruptis membranis effluit: deinde fœtus inuerso utero & secundis interna euoluẽ
tibus: foras uenit in lucem.

De obstetricis cura: & de infantis exitu: de tarditate durationis ossium & dentium
amissione. Caput. x.

Am uero & obstetricis officiũ pars ingenii ꝑspicacisq; intelligẽtiæ est: non
i solũ enim difficultati ptusopportune expedite q; succurrendũ ẽ. Sed ẽt con
tra ea quæ accidant protinus agendum ingenioſe: & in secando deligan-
doq; umbilico infantis prudẽtia requirit: & peritia: nã si simul secũdæ quoq; excident
uellere ubilicus cũ secũdis alligat: superiusq; præcidit: qua aũt deligatũ est: cohęresçit
& pars cõtinua decidit. si copula amentũq; dissoluat fœtus sanguine effuso emoritur.
Sed si secũdæ nõ statim cũ fœtu exierint: dũ itus ipse foris aũt ifans est: deligato umbi
lico secat: sæpe uisus est puer emortuus nasci: cũ ci ifirmo priusq; deligaret umbilicus
sanguis i umbilicũ & circa effluęret. Sed iã aliquæ obstetrices: factæ pitiores reprimũt
intro de umbilico sanguinẽ: quo facto statim infans q mõ exanguis deficiebat recrea-
tur: uitæq; restituit. Nascunt (ut dictũ est) secundũ naturã cætera ẽt aialia uersa in

Universidad de Deusto
Biblioteca

caput. Sed pueri manus quoq; ad coſtas porrectas extenſaſq; habent: Qui cū exie/rint uocē ſtatim emittūt: & manus in os admouēt: excrementū etiam reddūt: alii ſtatim: alii breui: ſed omnes intra diem: quod excrementum pluris quā pro infantis magnitudine ē. Papauerculū hoc mulieres uocant: colore cruentum atq; admodū nigrū & piceum eſt: mox lacteum iam & albidum redditur. ſuggit enim confeſtim ubera infans: uocem anteq̄ egrediatur nunq̄ emittit etiam ſi cum difficulter egrediē caput extet: corpus intus ſit totum. Quibus purgationes partum anticiparint: difficilius liberantur: ſed ſi a partu purgationes partius ſequantur: nec largius: quam primę neque ad quadrageſimum diem perſeuerauerint: efficiē ut mulier ualidior ſit: & celerius poſſit concipere. Infantes aūt primis q̄draginta diebus: neq; rident cum uigilant: neq; lachrymantur: ſed noctu & per quietem utrūq; interdum faciūt: nec uero ſentiunt magna ex parte cum ſcalpuntur. Plurimam huius temporis partem dormiunt: cęterum indies quo ſubinde auctiores fuerint: eo magis ad uigilandum immutanē. Somniare etiam eos conſtat: ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginum. Cæteris qdem aīalibus diſcrimen oſſium nullū eſt: ſed oīa perfecta iā inde a natiuitate prouenīūt. At pueris ſinciput molle eſt: ſeroq; duratur: & cū cætera aīalia naſcantur cū dentibus: pueri ſeptimo menſe dentire incipiunt. Primū ædunt primores: alii ſuperiores prius alii inferiores: deniq; omnes maturius dentiūt: quoꝝ nutrices lac habent calidius.

De aduētu lactis in mulicre: & malo pilari: deq; lactis duratione. Caput. xi.

Poſt partū purgationeſq; lactis copia excitatur: & nōnullis effluit non ſolū de papillis: ſed etiam paſſim per ubera. aliquibus etiam per alas: edurantq; in poſteꝝ globuli: quotiens humor non conquaē: nec exeat: ſed redundet: ubera enim tota fungoſa ita ſunt: ut ſi poculo pilū forte hauſerit mulier: dolor moueatur in mammis: quod malū pilarem appellant: nec ſedatur donec pilus uel preſſus exeat ſponte: uel cū lacte exuggatur. Seruaē lac donec mulier cōcipiat tum deſinit: atq; extinguitur tam in hoīe q̄ in quadrupedū uiuiparo genere. Quādiu lac emanat purgationes magna ex parte non fiunt magna inquā ex parte: qm̄ iam qbuſdam lactātibus facta purgatio eſt. Sed enim natura ita fert: ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſoleat: nam & mariſcas habenti: deteriores accedūt purgationes: & quod i nōnullis accidit. Cū delapſus humor a lumbis per anū excerniē: anteq̄ uteꝝ ſubeat idem euenit. Quibus dū etiam purgationes non fiunt inciderit, uomitus ſecurius exigunt.

Pueros ut plurimū ante ſeptimū diem conuulſione interire. Caput. xii.

Olent pueri plurimi cōuulſione excipi: & præcipue corpulētiores: & lacte ueſcētes copioſiore craſſioreq;: & nutricē lactētes ſucci plenam & corpulētam: nocet ēt ad hoc morbi genus uinū: magiſq; nigrū q̄ albū. Et quod minus dilutum eſt: atq; ēt ex cibis qui inflent: plurimi obſunt. Et ſi aluus ſubſtiterit: nocuum eſt. Plurimi ante ſeptimū diē intereūt. Vnde fit ut nomina ſeptimo die imponā tur: tanq̄ ſaluti iam pueri magis credamus. plenilunio etiam infeſtantur hoc malo: periculoſius & ſi a ſcapulis conuulſio oriatur: in anguſto ſpes eſt.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER VIII. INTERPRETE THEODORO.

De uarietate actionum & uictus omnium animantium. Caput primum.

GENERATIO ET RElíqua. Animalíum natura ita ſe habet. Actiones autem & uitæ pro moribus uictuq; differunt ſunt enim uel in plurimis cæteroꝝ animalium: ueſtigia morum animi humani; quāquā hæc apertius in homine diſcernantur. Ineſt urbanitas feritas clementia acerbitas fortitudo ignauia metus fidentia ira malitia atq; etiam prndentiæ imago ineſt in multis quemadmodum cū de partib⁹ docerem expoſui alia enim eo quod magis minuſue habeant cōparatione hominis differunt homoq; ipſe cū multis aliis animalib⁹ ita diſſidet. quippe cū aliqua ex his magis in homine habeantur aliqua in cæteris animalibus latius: alia uero differant proportione: ut enim in homine ars ſapientia: prudentia. Sic in nonnullis bruīs ineſt uis quædam eiuſmodi altera naturalis: conſtat hoc ita eſſe plane: argumēto puerilis ætatis in qua futuroꝝ habitum quaſi ueſtigia: & ſemina uideris & tamen nihil per id tp̄s aiam hominis differre a beluaꝝ anima prope dixerim itaq; nihil remotum a rōne eſt ſi partim eadem: partim ſimilia: partim ex proportione in cæteris animalib⁹ habentur: ſed adeo de inanimatis paulatim ſenſimq; ad animata natura tranſit: ut continuatione ipſa lateat: eorum confinium & medium utrius nam ſit extremi. Iam ab animantiū genere primū genus plantarum eſt earūq; alia ab alia differt eo q; magis uitæ particeps eſſe uidetur uniuerſū at gen⁹ plātaꝝ ē earūq; alia ab alia differt eo q; magis uitæ particeps eſſe uī: inanime eſſe uidetur. Sed enim digreſſus hinc ad animalia cōtinuus (ut modo dixi) procedit: ſunt enim maris nonnulla quæ ambiges aīal ne ſint: an planta: hærent enim: & detracta complura id genus intereūt: uerbigratia pinnæ adhęrent: ungues euulſi uiuere nequeunt deniq; genus uniuerſū eorum quæ teſta integūtur plantæ ſimile reſpectu gradientium animaliū eſt. Quin & uis ſentiendi ita habeē: ut aliqua nullū eius inditium præbeant alia leuiter & per obſcure ſentire uideātur. Nō nulloꝝ natura corporis carnoſa eſt ut coꝝ quæ tubera appellantur aut uertice. At uero ſpongia oīno ſimilis ſplantis eſt. Cæterū paruo quodam diſcrimine ſubinde alia prę aliis iam adipiſci uitā motūq; uidentur. Qd' idem in muneribus etiā uitæ pcipere licet plātaꝝ enim nullū aliud munus eſſe uī niſi qd ſimilē quæq; ſibi faciant alterā uidelicet quæ ſemine oriatur: ſic aīalium etiā quorundā nihil muneris præter generationē acceperis unde fit ut eiuſmodi actiōes ſint oīum cōmunes ſed procedēte ſenſu iā uencrei cōitus: uoluptate uita eoꝝ diſcrepat atq; etiam partus: enutriendeq; prolis rōne itaq; alia ſimpliciter perinde ut plantæ officio procreandi funguntur ſuis temporibus: alia i enutrienda etiam prole laborant. Sed cum perfecerint deſiſtunt: nec ullam inſuper ſeruāt ſocietatem. Alia quæ prudentiora ſunt: & plus memoriæ ſortiuntur ciuilius agūt cum prole. Prima igitur pars uitæ animalium in officio procreandi conſiſtit altera in alēdo. In iis enim duobus ſtudium omnium uitaq; uerſatur: cibi autem differunt potiſſimū ratione materiæ ex qua ipſa quæ aluntur conſiſtunt: incrementum enim quibuſq; ſecūdum naturā ex eadē: qua cōſtiterint materia fit. Quod autē ſecūdū naturā eſt id ſuaue contingit ſequunturq; oīa eā uoluptatē quæ ſecūdū naturā eſt. Degūt igitur aīalia locis diſiuncta alia nāq; terreſtria alia aquatilia ſunt quā differentiam trifariā intelligim⁹ aut enim recipiendi aeris aut aquæ ratione altera terreſtria: altera aquatilia dicimus aut qd apta natura ſunt ſeruari temperamento alterutri: quāquam aerē aquamue nō recipiāt aut etiā qd cibū petant uerſenturq; utrobiq; diutius cōplura enim cū recipiāt aerē. partuſq; faciāt in terra cibū tamen a locis madidis petunt uerſanturq; in humore par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem maximam temporis: quæ sola uitam ambiguam agere uidentur quippe quæ eadem: & uelut pedestria: & uelut aquatica statui possint.

De uictu aquatilium animantiũ. Caput secundũ.

a Terrorũ quæ humorẽ recipiũt: nullũ uel pedestre uel uolatile est: nec cibũ sibi ex terra petit: q̃q̃ multa spirabilis pedestrisq; generis humore gaudent: & ita non nulla ut ne uiuere quidẽ discluſa ab aquæ natura ualeant: ut quæ marinę testudines appellantur: & crocodili: & fluuiatiles equi: & uituli marini: atq; etiã ex minori genere testudine lutariæ: siue mures aquatiles dicti & ranæ: hæc enim omnia nisi in aquam diu spirent intereunt: & parere educareq; solent in sicco. Natura omniũ maxime animaliũ superflua peculiarisq; delphino: & si quid aliud tale: uel in cætaceo genere: uel in reliquo aquatili sit ut balæna: & quæcunq; fistulã gerunt: hoc enim genus nec terrestre tantũ: neq; aquaticũ facile dixerim. Si quidem terrestre quod aerem recipit aquatile quod aquã: secundũ naturam est: particeps nãq; est utriusq; cum & mare accipiat: reddatq; per fistulã: & aerem per pulmonem habẽt enim hoc mẽbrum & spirant. Quamobrem delphinus retibus apprehẽsus breui tempore strangulatur ut qui spirandi facultatẽ amiserit & foris uero diutius uiuere potest mutiens: & anhelans modo cæterorũ spirantium: quinetiam dormiens rostrũ exerit supra mare: ut spiret. Sed in utraq; diuisionis tam contrariorum parte collocari hoc genus absurdũ est quamobrem aquatile genus amplius distinguendũ uidetur: ut alia accipiant reddantq; aquam ea causa spirantia aerem: quo refrigerentur: alia propter cibum. Cum enim in humore cibum accipiunt fieri non potest: quũ simul aliquid humoris admittatur quod admissum: quo emittant: instrumentũ habeant necesse est. Quæ igitur proportione spirationis humore utuntur: branchias habent: quibus autem per cibũ humor illabitur iis fistula in sanguineo genere data est. Mollibus etiã & crustaceis hoc idẽ adhibitũ est: nã ea quoq; humorem propter cibũ accipere cogũtur. Sed altero illo modo aquatilia sũt temperationẽ corporis dico & uictũ. Vt quæ accipiant quidẽ aerẽ sed in humore ætatem degant aut quæ accipiant quidẽ humorẽ & branchias habeant sed terram petant unde cibũ accipiant quale unũ adhuc tantũmodo nouimus cordulũ nomine hic enim non pulmonẽ sed branchias hẽt ægressusq; cibũ petit in terra & quadrupes idẽ est ut ad ambulandũ idoneus. Horũ autẽ oĩum natura quasi peruersa uidetur sicut mariũ nõ nullorũ natura fœminã refert fœminarũ marẽ exiguis enim quibusdã ptibus suis natura aialium imutata plurimũ toto in corpore differre ur quod latissime in excisis patet: particula enĩ quadã oblesa totũ aial in fœminã uertit quapropter in prima ẽt ortꝰ cõstitutiõe minime magnitudinis quoq; imutato dũ mõ sit principale efficit ut alterũ mas alterũ fœmina reddatur atq; si oĩo tollat neutrũ prodeat. Itaq; terrestre ẽt & aquatile eẽ mõ utroq; pdicto parte aialis exigua imutata potest ut alia terrestria: alia aquatilia procreentur & alia uitã simplicẽ agant alia ambiguã propterea q; generatione suæ constitutionis materia tali participarint qualem sibi in cibo assumũt. Carum enim cuiq; suaueq; est quod per naturam habetur ut superius diximus sed cũ aialia trifariã in aquatile & terrestre diuidant aut enim recipiendi aeris aquaue necessitudine aut corpis tẽperatione aut tertio uictus rõne uitæ prorsus discrimen pro his diuisionũ mẽbris cõsequetur alia enim temperandi corporis gratia & uictus ratione atq; etiã recipiendi aeris aut aquę necessitate ita degẽt alia tẽperamẽti uictusq; ea tantũ. Igitur eorũ quæ testa operiũtur nõnulla imota aluntur humore dulci: & potulento qui per spissa trãsmittit; cum

tenuior ipse mari concocto aliciatur: quemadmodũ & primo naturæ ortu instituũtur. dulcem autem contineri humorem in mari atq; ita trãsmitti & percolari cõstat eo experimento: quo si ex cæra uas tenui latere finxeris: idq; annexa linea in mare demittas. in ane die ac nocte una: humoris copiã dulcis intra se colliget. Vrticæ pisciculis forte incidentibus uescuntur os in medio habent: quod in maioribus euidentius est. Meatũ etiam ut ostreæ quo excrementũ secedat habent parte supiore. Vrtica enĩ ipsa quasi ostreorum caro esse uidetur inclusa saxo: perinde ut testa patellæ etiam secedũt: absoluẽtes sese ut uescantur. Quæ aũt mobilia eadẽq; carne uescentia sunt: iis uictus ex pisciculis est: ut purpuris: sunt enim carniuore: & quidem æsca huiusmodi capiũtur quaquã iis etiam quæ mari pullulant allicitur. Testudines marinæ conchulas petũt habent enĩ os omniũ robustissimũ quicqd nanq; in os cœperint: siue lapidem siue quoduis aliud frigũt ac deuorant: exeũt etiam in terram & pascũt herbam laborãt plerũq; & interea unt quotiens innatantes siccantur sole deferre enim in gurgitem facile nequeunt. Hic idem uescendi modus crustaceis est: nam ea quoq; omniuora sũt quippe quæ & lapillos & limũ & algam deuorent: atq; etiam stercus ut cancri saxatiles: carnes etiam nimirum appetunt: locustæ uel pisces maiores conuincere possunt euenit usu ut locustis polypi superiores sint & adeo ut si cisdem in retib⁹ senserit locusta polypũ præ mætu emoriatur Congros locustæ conuincũt: nam elabi non queũt propter crustæ asperitatem. Congri polypos superant sed ædere non possunt læue enim & lapsas polipi corp⁹ usũ hostis effugit. Mollia uero carniuora omnia sũt. Pascũtur locustæ uenatu pisciculorũ circa sua cubilia quæ in alto locis asperis saxosis cauernosisq; faciũt q̃quid cœperint ori admouent suo forcipe: ut cancri: incedit locusta sua natura ante cũ nihil metuit demissis in latera cornibus: at ubi metuit fugit retro: longeq; sua cornua porrigit. Dimicant inter se more arietum cornibus: quæ extollentes ubrantesq; feriunt aduersariũ. Sed uni uersæ etiam plerũq; tanq̃ gregis collegium uisuntur. Talis uiuendi modus eorũ est quę crusta operiuntur. In mollium genere lolligines atq; sepiæ pisces uel maiores euincunt Polypi conchulis maxime exeringentes carunculas uescũtur. Vnde fit ut eorũ cubilia cognoscant qui uenantur congerie testarũ. Quod autem nõnulli aiunt polypum seipsum esse falsum est. Sed aliqui sua brachia corrosa habent a congris pisces omnes fœtum suo tempore deuorant. Reliqua uictus ratio non eadem omnibus est alii enim carniuoti tantum sunt: ut cartilaginei ut congri hyatulæ. Thunni: murenæ lupi dentices hamiæ ceruæ. Mulli uero & carne uescuntur & alga & concha: & cæno capitones cæno dasquilli cæno & stercore scarus & oculata alga salpa stercore & alga porrum etiam petit: & cucurbita capitur quod ei ex omnib⁹ uni euenit alter etiam alterum sui generis ædit excepto mugile sed maxime congri capito: & mugilis soli carne omnino abstinent: cuius rei argumentum est: quod neq; in uentre tale quid unquam habentes capiuntur: neq; æsca in eos ex carne utimur: sed offa panis. Vescitur mugilis unusquisq; alga atq; harena. Capito quem aliqui labeonem uocant: littoribus gaudet: alter generis eiusdem translitoranus est qui non nisi mucore uescitur suo: quamobrem semper ipse ieiunus est. Pascuntur limo omnes capitones: quo fit ut graues & sordidi sint: piscem ipsi nullum omnino ædunt. Et quoniam uersari in limo solent: efferunt se urinanturq; sæpe: ut corporis sordes abluant. Oua fœtusq; eorum a nulla belua uiolantur: quapropter copiose existunt: sed cum adoleuerint: tunc a cæteris piscibus corripiunt maximeq; ab archano. Gulosus oĩum maxime mugilis est atq; insatiabilis; quocirca

uẽtre diſtẽtõ grauescit & niſi ieiun⁹ ſit hęret iers. Cũ hic mettuerit caput abſcõdit: q̃ ſi corpus totum occultet: dẽtex ẽt ut dictũ eſt: carne ueſcitur: & mollia appetit euenit plerũq; & huic & hyatulæ: ut cũ piſces minores inſequantur: uenter ꝓcidat: ꝓpterea quod piſciũ uenter iuxta os poſitus eſt: nec gula ſubeſt alia igit᷑ ut dixi carniuora tãtũ ſunt ut delphinus dentex aurata ut cartilaginea: ut mollia. Alia magna ex parte luto uiuunt & alga: & muſco & eo quod caulũ uocant & enaſcente materie ut fuca. Gobio: oẽs ſaxatiles. Fucæ q̃q̃ cætera abſtinẽt carne: tñ ſquillas ſæpenumero appetũt: ſed alter etiã inuadit ut dictũ eſt: alterq; maiorũq; minores ſunt preda: argumẽto ut carne uteſcantur ẽ qđ æſca huiuſcemodi capiantur: hamia thũnus: & lup⁹ magna ex parte carne alũtur: ſed algam etiam tangũt. Sargus nulli reliquias ſequit᷑. Nam ubi ille luto excitato abiit (fodere enī poteſt) hic deſcendit & paſcitur: imbecillioreſq; ne eodẽ adnatẽt arcet: ſcarus unus inter piſces ruminare quadrupedũ ritu uidetur cæteris piſcibus captura minor: a frõte agitur ore: ut ſolẽt meare. At cartilaginei & delphini & oẽs cætacei generis reſupinati corripiunt: habẽt enim os ſubter: unde fit ut periculũ minores facilius poſſint euadere. Alioquin pauci ammodũ ſeruarentur quippe cũ delphini celeritas atq; ædendi facultas: mira eſſe uideatur. Anguillæ paucæ quædã certiſq; locis ueſcũtur limo atq; eduliis ſiquis apponat: ſed plurimæ dulci humore uiuunt idq; qui uiuariis anguillariis dant operam ſeruant ut quã maxime pura ſinceraq; ſit aq̃ affluens ſp & effluens per ripas ubi uiuaria extruũt: nam niſi aqua ſit clara breui aſtrangulatæ itereũt brãchias enī habent exiguas hinc turbare aquam ſoliti ſunt qui eas piſcantur. Et qdẽ ſtrymone amne circa uergilias capiũtur tunc enim aqua & lutũ aduerſis flatibus iturbatur alioqn ſatius eſt quieſcere. Anguillæ nõ ſuperfluitãt mortuæ: nec ſurſum ut cætari piſces maxima parte efferũtur. Sunt enim uentre exiguo pingue in paucis ineſt plurimæ eo carent uiuere exẽptæ aquis uel ad diem quintũ ſextũq; poſſũt & aquilone plures diutius durant auſtro minus & ſi æſtate de lacu in piſcinam tranſferũtur uiuere nequeũt. Sed ſi hyeme facile ſedis mutationem patiũtur nullã denicq; uehemẽtẽ mutationem tolerant & qdẽ æſtate etiã ſi in frigidã aquã trãſfers oẽs plerũq; intereũt. Quin & ſi exigua in aqua ſtabulentur pereũt qđ idẽ & cæteris piſcibus euenit ſtrãgulãtur enī ſi ſemp eadẽ in aqua exigua uerſantur: quõ ſpirantia aialia itereũt ſi in aere exiguo cludantur. Vita anguillis nõnullis uel ad ſeptẽ octoq; annos protrahitur. Victus fluuialibus etiã tũ ex mutua ſui generis præda tum ex herba radice & ſi quid in cerio cõperit nocte potius paſcere interdiu ſecedere in altũ ſoliti ſunt talis piſciũ uictus eſt.

De uictu auiũ & quæ carniuore quæ frugiuore quæue omniuore ſint quæ item cibum e terra quæ ex aquis petant. Cap. tertiũ.

N auiũ genere q̃bus ungues aduncĩ oẽs carniuoræ ſũt fruges aũt ipſe etiã ſi in os idideris nequeũt deuorare ut genera aquilaꝝ omnia miluꝰ accipitres ambo ideſt palũbarius & fringillarius q̃ multo inter ſe magnitudine differũt atq; ẽt Buteo qui miluo eqparata magnitudine ſemperq; ipſe cernitur ad hæc oſſifraga & uultur: & oſſifragæ magnitudo maior quã aquilæ color ex cinere albicans. Vulturũ duo genera ſunt: alterum paruum & albicantius: alterum maius ac multiformius. Nocturnatum etiam nonnullæ aduncis unguibus ſunt ut cicuma noctua bubo ſpecies ſimilis noctuæ bubo eſt ſed magnitudine non minor quã aquila: Item aluco ulula aſio aluco maior gallinaceo eſt, ulula compar picas utriq; uenãtur aſio minor quã noctua eſt, hæc tria ſimili ſpecie conſtant & carne uiuũt. Sunt etiã in genere adũco quæ carne

ueſcantur: ut hyrundo: aliqua uermiculos petunt ut fringilla: paſſer rubetra: luteola: parus: cuius genera tria ſũt: fringillago quæ maior eſt quippe quæ fringillam æquet alter monticola cognomine eſt: qñ in montibus degat cui cauda longior tertius magnitudine ſui exigui corporis diſcrepat: quãqua cætera ſimilis eſt. Itẽ ficedula attricapilla: rubicilla: rubecula ſiluia curuca aſilus: tyrannus cui corpus non multo amplius quam locuſtæ: criſta rutila: ex pluma elatiuſcula: & cætera elegans cãtuq; ſuauis: hæc auicula eſt. Ad hæc florus cui magnitudo quanta fringillæ: & monti fringilla quæ fringillæ ſimilis: & magnitudine proxima eſt: ſed collo ceruleo & in montibus degit. Vnde nomen accepit tũ etiã regulus: & frugilega: hæc & reliqua id genus uermiculis partꝝ ex toto partim magna ex parte aluntur. Spinã appetunt illa ſpinus ſiue ligurinus cardue lus. Itẽ quæ auri uittis appellatur: hæc enim oia uictitant in ſpinis. Vermẽ aũt & quod uis aliud aial aſpernantur: dormiunt hæc & paſcunt eodẽ in loco. Alia culicibus gaudent: nec alio magis q̃ uenatu culicũ uiuunt: ut pipo tũ maior tũ minor: utranq; picũ martiũ uocant: ſimiles iter ſe ſunt: uocẽq; ſimilẽ emittunt ſed maiorem qui maior ẽ. Pascuntur ad maceriem aduolantes. Item galgulus cui magnitudo quãta turturi fere eſt color luteus lignipeta hic admodũ ẽ magnaq; ex parte macerie paſcit᷑ uocẽ emittit magnam: icola maxime peloponeſi auis hæc eſt tũ uero enumerãdus iter hæc eſt culicilega dictus: magnitudine parua quãta ſpinus colore cinereus diſtinct⁹ maculis uoce parua: q̃ & ipſe lignipeta eſt. Alia frugibus uiuunt: ut palũbes colũbus uinago turtur uiſuntur ſemp colũbi atq; palũbes ſed turtur æſtate tãtũ hyeme ſe cõdit: latitat enī ſuo tẽpore. Vinago autũno potiſſimum & cõſpicitur: & capitur: cui magnitudo maior q̃ columbo minor q̃ palumbi eſt. Modus maxime capiendi eã dum ſe in aquã bibendo ꝓpẽdit ueniunt ad noſtra loca cũ iã fecerint ꝓplem cætera uero oia æſtate accedũt nidulantq; apud nos & carne magna ex parte ſuos enutriũt pulos: excepto colũbaceo genere. Oium fere auium aliæ uictum a terra petunt aliæ a fluuio aliæ a lacu aliæ a mari ſed palmipedes in ipſa aqua partẽ maximã tpis uerſantur & aliq; ingurgitantes ſe quærunt qđ comedãt fidipedes circa aquã earũq; nõnullæ terra cõtẽtis alulibus ueſcũtur q̃ ſ. carnẽ nõ tangũt. Petit lacus & fluuios ardeola & albardeola quæ magnitudine minor eſt roſtro lato porrectoq;: Itẽ ciconia: & gauia: cui color cinereus. Ad hæc iũco ciclus. Albicula triga: quæ inter minora hæc maiuſcula eſt. Turdo eni æquiparat oib⁹ his cauda motitat. Quinetiã calidris cui cinereus color diſtinctus uariæ præterea gen⁹ alcedonum aquas adamat quod duplex eſt: alterꝝ uocale: harundinibus inſidens alterꝝ mutum qđ ampliore corpore eſt utriq; dorſum ceruleũ. Throchilus etiã hoc loco ponendus ẽ. Sed apud mare alcedo quoq; uerſatur & carulus necnon corniceſ littora petunt & quæ unda eiecerit aialia tãgunt nã & his natura oiuora eſt tum ẽt gauia alba: & fulitat: mergus & rupex uictitãt apud mare palmipedũ grauiores circa lacus & amnes uerſantur ut anas olor phalaris urinatrix. Ad hæc boſe ſimilis anati ſed minor & q cornus appellatus eſt cui magnitudo quanta ciconiæ ſed crura breuiora palmipes natãſq; eſt colore niger inſidit arboribus & nidulatur in iis hic unus ex hoc genere. Item anſer maior: anſer minor: qui gregatilis eſt uulpanſer: capella penelops aquila deã marina & mare adit: & lacum. Multæ etiam herbis ueſcuntur Alites uncæ tũ cætera quæ ſuperare poſſunt aialia tum aues aggrediuntur ſed non ſui generis carniuoræ ſunt modo piſcium: qui plerumq; ſibi cognatos rapiunt. Genus auium cum oẽ potu exiguo cõtẽtum ſit: tum aduncis nullus oio uſus bibendi eſt: prætereq̃ pauciſſimis q̃buſdam quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipſæ raro utuntur qualis potiſſimū tinnūcul9 ẽ miluus etiã uiſus ẽ bibere: q̃q̃ raro.

De uictu ſerpentum: cæterorūq; aialium cortice intectoꝝ. Cap. iiii.

Enus aialium cortice intectum: ut lacerti: & reliquæ huiuſcemodi quadrupe
g des atq; etiã ſerpentes oiuorum eſt: nam & carnem ædunt: & herbã ſerpẽtes oium maxime aialium uel cupidiæ dediti ſunt ſed deſiderium his quoq; bibendi exiguum & reliquis q̃bus pulmo fungoſus eſt qualẽ oĩa habent quæ oua pariũt: & quibus paꝝ ſanguinis eſt. Serpentes uini incontinẽtes etiã ſunt proinde uiperas aliqui uino cum fictilibus ad ſepes diſpoſito uenantur æbriæ enĩ capiuntur ſed cum ſerpẽtes carniuoræ ſint quicquid ceperint ſucco exucto reliquum totũ per meatum ſui ſeceſſus emittunt: quod idẽ oĩa fere id genus aialia faciunt ut aranei ſed his foris ſuggẽdo euaporare mos eſt ſerpentibus intus in uentre accipit ſerpẽs undelibet quod dat᷑ ſiue auis ſiue belua eſt oua etiã deuorat ſed cũ accepit reducit & uſq; eo retractat quo ad partẽ nactus poſtremã e directo cõſtituat tum colligit ſe in breueq; cõtrahit ut quod inditũ ſupra tenetur in unũ extẽto corpore deducatur. Quod ꝓpterea ita facit quia gulã tenuem habet & longã diu & ſerpentes & phalãgia uiuere poſſunt ſine cibo quod ex iis quæ pharmacopolæ ideſt pigmentarii alunt perpendi poteſt.

De uictu lupi orſi leonis eorumq; quadrupedũ quæ ex lacubus fluuiiſq; uictũ perunt. Caput quintum.

Vadrupedũ quæ aĩal generant: ſilueſtres eædẽq; ſerratæ dentibus carne oẽs
q ueſcũtur niſi quod lupos aiũt terrã quandã cum eſuriunt ædere hoc igit᷑ peculiare lupoꝝ ſit herbas aũt non alio tpe tangunt niſi cũ morbo laborãt quõ& canes herba ingeſta euomũt: atq; ita purgantur. Lupi hominẽ illi potius petũt q̃ inertes & uniperæ quidã ſunt quã q̃ uenatores. Quã aũt alii glanũ alii hyenã appellãt corpore nõ minore qua lupus eſt iuba qua equus: ſed fæta duriore lõgioreq; & per totum dorſum porrecta: molitur hæc inſidias hoi Canes etiã uomitionẽ hoĩs imitãdo capit & ſepulchra effodit humanæ auida carnis ac eruit. Vrſus aĩal oiuoꝝ eſt quippe q̃ & fructus arboꝝ quas conſcẽdũt corpore lubrico ædat: & legumina & apes ꝑfringens alueos & cãcros: & formicas carne ẽt ueſcitur uiribus enĩ ſuis cõfidens inuadit nõ ſolũ eruos ſed etiã ſues feros ſi clam repenteq; potuerit agere tauꝝ aperto marte aggredit᷑: coſerta iã pugna ſternit ſe reſupinũ dũq; taurus ferire conatur ipſe ſuis brachiis amplect᷑tur cornua ore morſum harmis defigit: ꝑſternitq; aduerſariũ. Ingredi uel duobus nitens pedibus erectus aliquãdiu põt carnes oẽs ꝑmaceratas & ꝓpemodũ putres comedit. Leo ueſcitur q̃dem carne ritu cæteroꝝ ſilueſtriũ ſerratoꝝ ſed cibo incontinẽter ammodum utitur. Multaq; deuorat ſolidas ſine ullo diſſectu mox nihil triduo aut certe biduo ædit: ferre enim inediam poteſt ut qui iam ad multam ſatietatẽ repletus ẽ: parum bibit excrementum raro emittit tertio die uelutcunq; accidit egerit. idque durũ aridum & ſimile ut canis. flatum etiam alui accerrimũ emittit. & urinã grauiter olẽtẽ: unde fit ut canes arbores odorentur. mingit enim crure elato ut canes ad ſtipites fœdum quoq; odorem in cibo relinquit ex ſuo halitu. proſciſſo nanq; leone interiora grauiter olent. Sunt inter quadrupedes feraſq; quæ uictũ ex lacu & fluuiis petãt. At ucro a mari nullum preterq̃ uitulus marinus ſunt etiam in hoc genere tiber ſatherium ſatyrium: lutris latax quæ latior lutre eſt dẽteſq; habet robuſtos quippe quæ noctu plerũq; egrediens uirgulta proxima ſuis dentibus ut ferro prȩcidat lutris etiam hominem mordet:

nec deſiſtit ut ferũt: niſi fracti oſſis crepitum ſenſerit. lataci pilus durus: ſpecie inter pilum uituli marini & cerui.

Quæ animalia labendo: quæ ſorbendo: quæue mordendo bibãt: q̃buſq; rebus cornigera oĩa paſcantur: nec nõ de uictu ſuis. Caput. vi:

Ibunt quibus dentes ſerrati aĩalia lambendo: atq; etiã nõnulla ex non ſer-
b ratis ut mures. Quibus aũt continui ſorbendo: ut equi & boues: urſus neq; ſorbendo neq; lambendo ſed morſu. auiũ cæteræ ſorbitu. Sed quibus collũ eſt ſongum intermittũt: caputq; reſupinant. Porphyrio unus morſu. Cornigera animalia tam fera q̃ urbana: & quibus dentes ſerrati nõ ſunt omnia fruge: herbaq; ueſcũtur: niſi uehementer eſuriant: ſue excepto: q̃ minime herbæ frugũuæ appetens eſt: ſed radicum maxime ex omnibus animalibus: quoniã rictu aptiſſimo ad id negocii eſt: ſacillime etiam omnium idẽ hoc animal ad quoduis pabulũ aſſueſcit: & cellerime quoque in pinguedinem proficit pro ſui corporis magnitudine ſexaginta enim diebus pingueſcit: q̃tum aũt profecerit ii cognoſcunt: quibus ea res curæ eſt. Vbi ieiuniumad ſaginam conſtituerint pingueſcit: famæ præfatigatus triduo: & cætera quoq; omnia fere melius præ faticata fame pingueſcunt. ſaginant a triduo iam q̃ ſues obæſant. Thraces per ſaginã cum primo die potum prebuerint: poſt interpoſito uno die præbẽt: tũ duobus deinde triduo atq; ita ſubinde augendo numeꝝ uſq; in ſeptimũ curãt. pingueſcit hoc animal ordeo: milio: ficu: glande: piro: cucumere. Sed maxime tum hoc tũ cætera quibus uenter calidus eſt quiete immotioneq; pingueſcunt: cæteꝝ ſues pinguiores redduntur: etiam cum in luto ſe uolutant. paſcere gregatim pro ætate uelle uidentur. lupo etiam ſus obſiſtere repugnareq; poteſt. Sexta pars ponderis quantum ponderarit uiuus abſumitur occiſo in pilos: ſanguinem & reliqua id genus. Tam ſues q̃ cętera animalia omnia ſolent cum lactentur extenuari: hæc ita ſe habent.

Quibus rebus paſcant᷑ boues & eoꝝ icremẽto. Caput ſeptimũ.

Oues & fruge & herba ueſcunt᷑: pingueſcunt his quæ flatũ ciẽt ut eruo &
b faba: freſſis: atq; ẽt ipſa fabaꝝ herba. Et ſeniores ſi cute iciſa ſpiritũ adigas: deinde præbeas pabulũ: pingues facies. Ad hæc ordeo uel integro uel pinſito: & a gluma ſeparato pingueſcũt: & dulcibus: ut ficu: & paſſa: uino etiã & frondibus ulnũ: ſed præcipue ſole & lotione calidæ aquæ: Cornua. iunioꝝ tepefacta in cera flectũt᷑ ducũturq; facile quo uolueris nec pedũ dolores ſẽtiũt: ſi eoꝝ cornua illinãt᷑ cera aut aleo: aut pice: laborant armenta uehementius pruina ſollicitata q̃ niue. Augentur iuuencæ amplius cum plus tẽporis expertes ueneris degunt. Quãobrem terræ epiri icolæ: quas pirrhicas uocant: annis nouẽ: intactas uenere ſeruãt: ut icremẽtũ ampliter capiãt: & ſetauras nuncupãt. haſ numero quadringentas eſſe: & proprias regis accipimus: nec poſſe uiuere locis aliis: q̃q̃ temperatum ab aliquibus eſt.

De paſtu & potu equi muli & aſini. Caput octauum.

Qui muli & aſini fruge herbaq; ueſcunt᷑: ſed maxime potu pingueſcũt. Iu-
e menta enĩ pro aquę quã bibãt uſu ſuo fruũtur pabulo: & quod minus potũ aſpernatur: id appetẽtius pabuli ẽ: & plenius obæſat᷑. Farrago pilũ expolit cum frugibus grauida eſt. Sed duris iam horrens ariſtis inutilis eſt. herbę medicæ prima falx uitio datur: & cũ fœtida aqua rigat᷑ incõmoda ẽ. Boues clarã bibere geſtiũt. At eq; ut cameli turbulẽtã & craſſã ſuaui9 bibũt: qppe q̃ ne ex fluuio qdẽ pri9 hauriãt quã pedẽ iturbẽt. pũt uel ad q̃tuor dies tollerare ſine potu: mox bibunt quã multum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De paſtu & potione elephãti: deq; ætate eiuſdẽ & Cameli. Cap. ix.

Lephantus eodem paſtu modios macedonicos nouem quod plurimũ edere poteſt. Sed tantum dare periculoſum eſt: ſex aut ſeptem dediſſe modios in uſu frequenti ſatis eſt. ſed farinæ non plus q̃ quinq;. uini etiam quinq; mares quæ menſura eminas continent ſex. Iam quiddam amphoras aquæ menſuræ macedonicæ quatuordecim eodem hauſit potu. & rurſus a meridie eiuſdẽ diei octo. uiuit magna pars camelorũ annos trigita: ſed multo plures nõnullæ. nã uel ad cẽteſimũ annũ facultatẽ uiuẽdi protrahũt. Elephantẽ alii annos ducẽtos uiuere aiũt: alii tricẽtos.

Quibus herbis oues & capræ ueſcantur & de cauſa impinguationis earundem. Caput decimum.

Ves & capræ herba ueſcuntur. paſcere oues ſædulæ atq; ſtabiles ſolent. Capræ loca crebro permutant: ſummaq; tantum contingunt: pingueſcit potiſſimum ouis ex potu. quamobrem æſtate ſalem dare die quinto ſoliti ſunt ſingulis centenis ſingulos modios. Sic enim pecus incolume atq; pinguis redditur frequens igitur ſalis uſus eo pertinet: quando & paleis copiam ſalis admiſcent: ut ſubundæ plus aquæ hauriant: & autumno cucurbitam ſale contactam afferunt: quod lac etiam auget: & agitatæ quoq; meridie: plus poſt meridianis bibũt: fœtis diſtenta ubera pendent qb9 ſalis abũde eſt. opimat pecus. olea: oleaſter aphacã: palea: herba q̃ omnia efficaciora ſunt ex ſalſugine reſperſa. pingueſcunt & hæc plenius præfatigata inedia triduo. Aqua ouibus autumno commodior aquilonia q̃ auſtrina eſt: & paſcua ad ſolem occaſum ſpectantia proſunt: itinera & labores extenuãt. indicãt paſtores ouem ualidiorem cum hybernis temporibus pruinam quam ſuſceperit ſeruat. nam quibus uirum minus parum præ ſua imbecillitate conſtantes diſcutiunt ſuo motu quantum ſuſceperint. caro cuiuſq; quadrupedis deterior eſt cum locis paluſtribus q̃ editioribus paſcit. Sunt porro frigoris patiẽtiores qbus cauda amplior q̃ qbus porrectior: & glabræ exutiores q̃ ueſtitiores: criſpæ ẽt algoris ipatientes ſunt. Valẽt melius oues q̃ capræ: ſed robuſtiores capræ q̃ oues ſunt: ouiũ quã lupus occiderit: pelles ac uellera & facta ex his ueſtis: longe qua cætera aptiora ſunt ad pediculos procreandos.

De paſtione & potu inſectorũ. Caput undecimũ.

Nſecta animalia quibus dentes: omniuora ſunt. Quibus autem lingua tãtum humore undiq; eliquando: ſua lingua ueſcuntur: quorum alia omniuora ſunt quibus guſtus omniũ ſaporum eſt ut muſcæ: alia ſanguiuora: ut urbani: & aſili: alia ſuccis plantarũ: & fructuũ uiuunt. Apis una nullis putidis aſſidet. nec utitur alio cibo quam duci. Aquam etiam libentiſſime inde hauriũt: quã ſinceri clariſſimiq; fontes ſcaturiunt. Talis animalium uictus eſt.

De actionibus aialium: & rebus in quibus eadem uerſantur. Cap. xii.

Ctio autem & omne eorum negotium in coitu procreatione atq; uictus ſollertia uerſatur: nec non ad frigora: æſtus mutationes deniq; temporum pertinet: ineſt enim omnibus ſenſus natiuus mutationis factæ frigore aut colore. Itaq; ut homines alii domicilia hyeme repetũt: alii q amplioris prouinciæ principes ſunt ſedem pro tempore mutant ut moram æſtate locis frigidis: hyeme tepidis trahant. Sic bruta quæ loca poſſunt permutare faciunt: Atq; alia ſubſidium in ipſis cõſuetis ſibi locis comperiunt. Alia peregre proficiſcuntur. Iam ab autumnali æquinoctium ex ponto locisq; frigidis fugiunt hyemem futuram. Auerno autem ex tepida regione ad frigidam ſeſe conferunt: æſtus mœtu futuri: & alia de locis uicinis diſcedunt alia de ultimis prope dixerim: ut grues faciunt: quæ ex ſcythicis campis ad paludes ægypto ſuperiores: unde nilus profluit ueniũt: quo in loco pugnare cum pigmeis dicuntur. non enim id fabula eſt. ſed certa genus tum hominum: tum etiam equorũ pullum ut dicitur eſt. deguntq; in cauernis: unde nomen Troglodítæ a ſubeundis cauernis accepere. plateæ etiam migrant: & de ſtrymone amne ad hyſtrum aduolant: prolemq; ibi faciunt abeunt uniuerſæ ac priores expectant poſteriores: propterea quod ubi montem ſuperarint: uideri priores a poſterioribus nequeãt. Quinetiam piſces modo eodem: alii ex põto: aut in pontum tranant: alii per hyemem ex alto in littora: tepo ris gratia ueniunt. contra æſtate ex littore in altum: uitantes æſtum diſcedunt. Aues quoq; imbecilliores hyberno & gelido tempore diſcedunt in campos: ut tepore potiantur. æſtiuo autem repetunt montes: ut æſtu careant ſemper: quæ imbecilliora ſunt prius utrauis ratione diſcedũt. Iam ſcombri anteq̃ thunni. coturnices anteq̃ grues: altera enim auguſto altera ſeptembri menſe incipiunt. ſunt profecto omnia pinguiora quæ de locis diſcedũt frigidis: quã quæ de calidis: ut coturnices autumno q̃ uere ſunt pinguiores. Fit enim ut ſimul de locis frigidis & tempore calido diſcedatur. Sunt etiã ueneris appetentiora uerno tempore: cum ex tepido diſceſſerunt. Sed auium grues ut dictum eſt: ex ultimis in ultima abeunt: uolant flatu ſecundo: quod de lapide narrãt falſum eſt. lapidem enim eas tenere ſulmento: quem ubi decideriit: accipi utilem ad auri probationem aiunt: Palumbes etiam diſcedunt & liuiæ: nec hybernare apud nos putantur: atq; etiam turtures: & hyrundines. Sed columbæ manent. Coturnices quoq; diſcedunt: niſi paucæ locis apricis remanſerint: quod & turtures faciunt. uolant gregatim: tum palumbes: tum turtures: cum accedunt: & cum ſuo tempore abeunt. Coturnices cum ceciderint: ſi ſerenum ſit: aut aquilonium tempus ſotiantur: & proſpere degũt: ſed ſi auſtrinũ: moleſtæ: propterea quod parũ uolant: humidus enim grauiſq; aufter eſt. Quamobrem qui aucupantur: auſtrũ non aquilonem obſeruant: omnino ægre propter ſui corporis pondus uolãt. ſunt enim corpore grandiore quam ſuis pinnis deferri poſſint: uociferanteſq; ob eam rem uolant: laborant enim quaſi oppreſſæ onere: cum hæc adeũt loca ſine ducibus pergunt. At cum hinc abeũt ducibus lingulata: oto & matrice: proficiſcuntur: atq; etiam cinchramo a quo etiam reuocantur noctu: cuius uocem cũ ſenſerint aucupes intelligũt parari diſceſſum: matrix forma peride ac aues lacuſtres eſt: atq; etiam lingulata quæ linguam exerit prælongam: unde ei nomẽ otus noctuæ ſimilis eſt. pinnulis circiter aures eminentibus præditus: unde nomen accepit quaſi auritũ dicas: nonnulli ululam eũ appellant: alii aſionem: blatero hic eſt & alluci nator: & planipes: ſaltãtes enim imitat̃: capitur intentus in altero aucupe: altero circũeunte ut noctua oẽs deniq; aues uncæ breui ſunt collo: & lingua lata: aptetq; ad imitãdum. Nam & idica auis cui nomẽ pſitacæ quã loq; aiũt: talis eſt & loquatior cũ biberit uinũ redditur. Gregales ex auibus ſunt: grus: olor: platea. anſer minor.

De actionibus piſciũ quorũdamq; terreſtriũ in fugiendis aduerſis. Cap. xiii.

Iſcium alii ut dictum eſt: diſcedunt ab alto ad littus: econtra de littore in altum fugientes exuperantias caloris & frigoris. Sed preſtant pelagicis littorales: quippe quæ cibo copioſiore melioreq; potiantur: qua enim ſol ingruit plura exeũt: ut fit in hortis: nam & littuus niger propius terram oritur: alter ſimilis erraticis eſt. Tum etiam bene ex calido frigidoq; temperata ſunt loca

maris terrena: quo fit ut & caro eoꝝ piſcium magis conſtet: cum pelagiorũ humida mollis ſolutaq; ſit. Littorales ſunt dentex: ſcarabeus: cernua aurata: mugilis: mullus: turdus: dracho: pulcher: gobio: atq; omne ſaxatile genus: pelagii ſunt paſtinaca geꝛnuſq; omne cartilagineũ: & congrorum albicantiũ genus & hyatula: rubellio: glaucus: pagri autem: ſcorpiones: congri nigrantes: murenæ cuculi ambigũt. Sed diſcrimen hoꝝ: diuerſitate etiam locorum ac temporꝝ exiſtere poteſt: ut apud octam inſulam. Gobiões omneq; ſaxatile genus ſatis pingueſcit. Thũnus etiam poſt arctuꝝ melior eſt. Iam enim eo tempore ab infeſtantis aſili agitatione reqeſcit: quæ facit ut ſit in æſtate deterior. Quinetiam maritimis lacubus genera plura piſciũ marinorum gigni apertũ eſt: ut ſalpam: auratam: mullum, alios fere plurimos Hamias etiam in alopecõneſo reperiens: & in biſtonide lacu: plurima genera habentur. Monedulæ magna ex parte non ſubeũt pontũ. ſed in propontide trahũt æſtatem: & pariũt: hyemẽ i ægeo. Sed: thũni: limariæ hamiæ ſubeũt pontũ uere æſtatemq; ibi traducũt: & reliq fere plurimi ſuſanei & gregatilis generis eodem tranſeũt. eſt ſane plurima piſciũ pars gregatilis: nec ullus grex caret duce. petũt aũt põtũ paſtus gratia: q uberior & cõmodior ibi propter aquaꝝ dulciũ admixtionẽ ſuppeditat. Beluæ quoq; magne pauciores ibidem ſunt: nam excepto delphino: & phocena: quã tirſionem interpretor: nihil in ponto maleficũ eſt: nec delphinus hic magnus eſt: quãq; extra ubi aliquãtũ proceſſeris: magni habeantur. Tum itaq; uictus: tũ etiam partus gratia pontũ ſubeũt. Sũt enim ibi loca ad partionem aptiora: & humor dulcior ac potulentior fœtũ melius educat. Sed cũ pepererint: & proles iam adoleuerit: exeũt poſt uergilias ſtatim: & hyems auſtrina ſit tardius: ſi aqlonia citius ꝓpter ſecundi flatus cõmoditatem pleſq; adhuc parua apd bizantiũ capitur: utpote cũ longior mora in ponto non fuerit. Sed de cæteris: & cum adeũt: & cum exeant conſtat. Sarda autem una: cum adit uidetur & capitur. Sed exiens nuſq; uiſa adhuc eſt: quod ſi qua apud bizantiũ aliquando capiatur. piſcatores ſua retia luſtrant propter exitus inſolentiam. cuius rei cauſa eſt: quod ſole ipſe ſubeũt hyſtrũ amnem. Vnde fiſſo flumine per abditũ terræ meatũ: defluũt in adriam ſinũ: argumento eſt. quod ibi contra euenit: q̃ in ponto: exeũtes enim ſemper capiunt. ſubeuntes nũq̃. Thũni dextrorſum terrã cõtingẽtes ſubeũt ſed remanẽt cõtra. læuũ enim latus ſe admouẽt: quod ꝓpterea facere dicunt: qa dextro oculo clarius uidẽt ſua natura: læuo hebetius. ſuſanei de qbus loquor interdiu meare: noctu qeſcere i more eſt: paſcunt etiam nocte: niſi luceat luna: ita enim faciũt iter: nec uolũt qeſcere. Quidam uſu periti rei marinæ nihilo cos moueri ſed qeſcere a bruma ad æqnoctiũ uernũ ubicũque id tẽporis ſint aſſeuerãt. Monedulę ſubeũtes pontũ capiunt: excũtes aũt minus optime in ꝓpontidæ ſunt anteq̃ pariant. At cæteri ſuſanei exeũtes potius capiunt: & optimi p id tẽporis ſunt. Cũ uero adeũt pontũ proxime ægeũ: pinguiſſimi capiuntur quo ſubinde aſcenderint magis eo macilẽtiores fiunt: ſæpe etiam flatu auſterino uehementius occurſante fit: ut cũ monedulis & ſcombris exeant ac mari inferiore magis q̃ circa bizantiũ capiantur: diſceſſum ſediſq; mutationem hoc modo faciũt. Hic idem affectus terreſtribus etiam euenit cum ſe abdunt: & latent. hyeme enim latebras ſubeunt: tẽpore iam tepidiore exeunt. ratio uero & latendi & patendi cõis animaliũ ea ẽ: ut ſibi cõtra utriſq; exuperantiã tpis opitulent. latet aliquoꝝ genus totũ: aliquoꝝ partim latet: partim nõ latet. Teſta enim intecta omnia latent: ut in mari purpura buccinũ omneq; id genus. Sed abſolutoꝝ latibulũ euidentius eſt. condunt enim ſeceſſu: ut pe

ctines facere uiſuntur aliqua leuiore quodã tegmine ſup ipoſito deliteſcũt: ut cocleę terreſtres. i. limaces: & adhærentiũ mutatio icerta eſt. Nõ tamẽ eodẽ tpe oĩa latẽt: ſed limaces hyeme, purpuræ: & buccina: canis exortu dies circiter tricenos condunt. Pectines etiam tpe eodẽ: ſed eoꝝ plurima ſane latent & algore urgent & æſtu.

Quo tpe inſectoꝝ genera ſeſe abſcondãt aut æſtus: aut hyemis ipetu. Cap. xiiii.

Inſecta pene omnia condunt præter ea quæ uitam in domiciliis cũ homínibus agant: quæq; prius intereant quã annuum tempus excedant: latẽt hæc hyeme alia diutius: alia quãdiu algor uehemens eſt: ut apes: nam ipſe etiam ceſſant: & latent: cuius rei argumẽtũ: quod minime cibum ſibi appoſitum guſtare uident: & ſi qua erepſerit: iciuna ſpectatur: uẽtre tranſlucẽte: nulloq; penitus cõtento: quod manifeſtum ſit. Quieſcunt ab occaſu uergiliarum uſq; ad uer. conduntur autem quæq; locis apricis abdita: & ubi ſibi cubile conſtituere tutius ſolent.

De genere ſerpentũ quod hyeme abdit deq; nõnullis piſcibus qui hyeme frigoris cauſa condunt quiq; æſtate propter calorem. caput. xv.

Anguinei quoq; generis multa ſe condunt: ut ea quæ intecta cortice ſunt: ſerpentes dico: lacertos: ſtelliones: crocodilos fluuiatiles. Mẽſibus quatuor frigidiſſimis hæc latent: nec per id tempus quicq̃ cõmedũt. Cæteræ quidẽ ſerpentes cauernas ſubeũt terræ. Sed uiperę ſub ſaxis conduntur piſciũ ẽt cõplures latere nouimus: ſed apertiſſime hippuꝝ quem equiſelem nominaui: & coruulum ſiue graculum per hyemem. nam hi ſoli nunq̃ capiuntur: niſi certis quibuſdam tẽporibus eiſdẽq; ſemp: cũ cęteri oẽs fere ſemp capiant. Murena ẽt latet: & ceruua: & cõger. Saxatiles uero cõiugatim mares cũ fœminis cõdunt: quõ & fœtificare ſolẽt: ut turdi: murulæ percæ. Thũni ẽt latẽt prælatis gurgitibus hyeme: pingueſcũtq; a latibulo maiorẽ in modũ. capi incipiũt uergiliaꝝ ab ortu ad arcturi occaſum ultimũ reliquo tẽpore geſcũt latẽtes. capiuntur nonnulli ex his cęteriſq; latentibus tempore ſui receſſus cum ſe moueant locis tepidis: aut ſi tẽporis inſolite quietes contingãt. Prodeũt enim aliquã tulo de ſuo cubili paſtum & præcipue plenilunio: ſunt magna ex parte ſuauiſſimi: cũ latent. Primadæ in cæno ſe abdunt cuius rei argumentum eſt: quod neq; eo tempore capiuntur & dorſo fœculento penniſq; adductis oppreſſiſq; ſpectantur. Verno aũt tẽpore prodeũt: & appropinquant ad terram coeuntes pariẽteſq; quo tpe fœtu grauidæ capiunt: tempeſtiueq; tantiſper eſſe putantur. Autũno uero & hyeme deteriores ſunt ſimul etiam mares pleni ſemine genitali: lacte appellato: per id tempus cernuntur itaq; preſtãt ad uſum. prole adhuc parua difficile capiunt. Adultiore iam larga captura propter infeſti aſili ſtimulum eſt: latent alia in arena: alia in luto: ore tantum detecto: plurima tempore conduntur ſolũ hyberno: ut cruſtata: & piſces ſaxatiles: & raiæ omneq; cartilagineũ genus: diebus. ſ. frigidiſſimis: quod ita eẽ eo argumẽto cõſtat: q̃ minime cũ algor eſt capiunt: ſed piſciũ nõnulli æſtate ẽt latẽt: ut glaucus. hic enim per id tẽpus ſe abdit circiter dies ſexaginta. Aſellus ẽt latet & aurata plurimũ tẽporis: aſellum latere indicio eſſe uidetur: quod longo interpoſito tpe capiat. Piſces uel æſtate latere documẽto illo probatur: quod temporibus fideꝝ fiant capturæ: & precipuæ caniculæ: mare enim per id tẽpus euertitur: quod latiſſimæ apud hoſphorum patet: limus enim in ſumma effertur: piſceſq; innatant. aiunt etiam ſi gurgitum ima ſæpius terant plures eadem ſagapa capi ſecũdo iactu q̃ primo. Tum etiam magnis hymbribꝰ multa apparent animalium genera: quæ ante uel nunq̃ uel raro uiſa fuerint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De auibus quæ hyeme occultantur. Caput. xvi.

Vium ēt cōplures cōduntur: nō ut aliq putāt paucæ: nec oēs ad loca tepi-
a diora abeūt: sed qbus loca eiusmodi sunt uicina: solite sedis iis eo secedere li
bet: ut & miluos & hirūdines agere aiaduersum ē. Quæ aūt, pcul locis eiusmodi morant: nō mutāt sedē: sed se ibidē cōdunt. Iā. n. uisæ sunt multæ hirūdines i angustiis cōualliū nudæ atq; oīno deplumes. miluī ēt de eiusmodi locis euolasse cū primū apparerēt: uisi sunt. Latibulo genera distingui uel adūca uel rectū guia nō possunt nā & ciconia latet: & merula: & turdus: & alauda: de turture qdē maxime omniū constat. nemo enim prope dixerim uidisse per hyemē uspiam turturem dicitur. latere aūt incipit præpinguis & quāq; pennas in latebra dimittit: tamen pinguedinem seruat: palumborum aliqui latent: aliqui non latent: sed cum hyrundinibus abeūt. Saturnus ēt latet: & ex genere unco: miluus: paucis quibusdam diebus & noctua.

De quadrupedibus quæ hyeme lateant: deq; iis quæ senectutē exuant. Cap. xvii.

Vadrupedum quæ animal generant hystrices conduntur: & ursi: sed utrū
q propter frigus an alia de causa ambigitur. pinguescunt ursi per id tempus:
tum mares: tum fœminæ uehementer ut mouere sese facile nequeant. parit etiam fœmina eo tempore & tamdiu latet quo ad tempus sit: ut suos catulos in apertum producat: quod uerno tempore mense a bruma tertio facit. Sed quod minimum dies circiter quadraginta latet ex quibus bis septem ita sopitur: ut se nihilo moueat: reliquis postea pluribus latet quidem sed mouetur & surgit: fœtu grauida ursa uel a nemine uel a paucissimis capta est. tempore sui latibuli hoc animal nihil ædere certum est: quippe quod neq; exeat: & captum uentre intestinoq; inani uideat'. Narrant eius intestinum per inediam ita conniuere: ut adductum prope cohæreat. Itaq; ursum latebram egressum primum herbam Arum dictam degustare: ut intestinum laxetur: & hiet. Glires etiam latent in ipsis arboribus: pinguescuntq; per id tempus uehementer itidem mures pontici generis. Nonnulla ex iis quæ condūtur exeunt id quod senectū uocat'. quod cutis ultima est: & primi ortus operculum. Sed in pedestri uiuiparo genere de urso: qua de causa lateat ambigitur: ut dictum iam est. Cortice intecta maxima fere sui parte secessu suo tempore latent: & exeunt senectutem ea quibus cutis mollis: nec prædura & testacea quædam est: qualis testudini (nam & testudo inter corticē intecta enumeranda est: & mus aquatilis) sed qualis stellioni: lacerto: & præcipue serpentibus est exuunt enim hæc omnia: tum uere cum egrediuntur: tum etiam autumno. Vipera etiam exuit tam uere quā autumno. Cum serpens exuere incipit: ab oculis primum detrahi aiunt: ita ut obcecari uideantur iis qui rem non intelligūt: tū caput exuitur. glabrum enim hoc omnium anteq; reliquum corpus apparet: atq; una fere nocte & die senectus tota exuitur a capite orsa ad caudam: & cute altera intus subnascente ipsa remouetur. Vt enim fœtus in uolucro secundarum quo contentus prodierit: exuitur: sic ista senectute detracta renouantur. Insecta enim eodem modo exuunt senectutem quibus hoc solitum est: ut silpha & culex: & ea quorum pennę uagina continentur: ut scarabei: sed omnia facto iam quod gigni debuerit exuunt. nā ut partui uiuiparo secūdæ: sic uermiculariæ proli operculum circunrumpitur: æq; & apibus & locustis: cicade ubi eruperunt: oleis aut harundinibus insidunt: & cū rupto operculo exeūt: parū qddam in eo relinquūt humoris: nec multo post uolant: & incipiūt canere; locustæ inter marina: & gāmari exeūt: aut uere aut autūno post partū. Iā ca-

ptæ aliquæ sunt locustæ: mollem habentes partem superiorem: quod crusta iā circum rupta detractaq; esset: inferiorē autē durā: quia nondū esset disrupta non enim similis in his atq; in anguibus exutio fit. latent locustæ menses circiter quinq;. Cancri etiā exuunt senectutē molliores quidē perspicue: sed etiā duriores exuere aiunt ut maias. Cum uero exuūt mollis admodū crusta subnascitur: & qdē cancri præ teneritate nō satis ambulare possunt: exuunt hæ. sæpius anno. Sed quæ nam lateant: & quomodo: & tempore: atq; etiam quæ: & quo tempore exuant senectutem iam dictum est.

Non omnia animalia omni tempore prospere ualere: quod ue tempus auibus conducat. Caput. xviii.

Iuunt autē aīalia prospere non eisdem tpibus nec omnibus æque exuperanti-
u is. Valitudines etiam & morbi per tpa pro generum diuersitate uarie accidunt
& in totum non eadē omnibus ualitudo existit. Iam auibus ,psunt squalores. Tum ad cæteram sanitatem: tum etiā ad partū: & præcipue palumbis. At uero piscibus: exceptis quibusdam paucis himbres conducunt incommodi contra auibus anni pluuii sunt: piscibus sicci. Quippe cum auium talis natura sit: ut ne bibere quidem largius possint sine detrimento. Aduncæ igitur aues ut dictum est: uiuunt prope dixerim sine ullo potu quod hesiodus nescīuit: facit enim in narratione obsessionis nini aquilam augurii præsidem bibentem. Cæteræ aues bibunt quidem: sed parum nec aliud ullum potioni indulget quod pulmonem fungosum habeat aut pariat ouū. Cum aues egrotant: plumæ indicium proferunt: turbantur enim nec posituram eandem seruant quā habent cum recte ualent.

Quæ animantia pluuia gaudent: quibusue noceat. Caput. xix.

Iscium genus maxima ex parte annis pluuis bene: ut dictum est; uiuit ita eni
p non modo plus cibi nascitur uerumetiam omnino pluuio humore iuuatur ut
ea quæ terra gignuntur: olera enim quāuis rigentur tamen non tantū proficiunt quantum hymbre: quod inde harūdinibus etiam lacu prognatis euenit nihil enim fere accrescunt: nisi aquæ pluuiæ incedant. Indicium uel inde accipi potest: quod pisces plurimi petant pontum ut in eo traducant æstatem: facit enim copia amnium loci illius ut mare sit dulcius: & cibus largior habeatur quem iidem fluuii deferant. Subeunt etiam fluuios genera piscium cōplura & prestant in fluentis & lacubus ut hamia mugilis. Gobiones etiam pinguescunt in fluuiis deniq; loca predita lacus cōmoditate pisces possident optimos: ex pluuiis autem ipsis æstiui hymbres commodiores sunt parti maximæ piscium & præcipue cum uer & æstas & autūnus hymbribus abundarint: hyems contra serenior fuerit: ad summam prope dixerim cum bene hominibus annus cedit: tunc & piscibus fœliciter degere contingit: locis autem frigidis parum uigent. Maxime infestantur algore qui lapidē in capite hñt ut chromis lupus pager umbra facit eni lapidis rigor ut per algorē gelent & excidāt. Sed cū plurimis pisciū gñib⁹ hymbres conducant mugili tñ & capitoni & ei qui a nōnullis murin⁹ uocatur nocēt fit enī ut pluuiis multi ex his de facili excæcentur si modū aqua excesserit. Solet enī per hyemem potius capito ita afficī nam oculi eius albescunt & macilentus per id tpis capitur atq; ad postremū malo eodē interit' quod non magis hymbriū copia q̄ algore accidere uidet'. Iam enim cum alibi tum in nauplio agro terræ argiuæ in uadis multi capti sunt cæci cū hiems fuisset asperrima multi ēt albos habentes oculos capti sūt. Aurata quoq;

hyeme laborat: sed archanas æstate: eoq; tempore extenuatur. Prodest coruulis fermę preter cæteros pisces annus squalens: quod his quoq; ob eam rem cōmodior est: quia persiccitatē potius tepor accidit. loca pro sua natura genera quæq; sibi habent ad incolumitatē cōmodiora: quod enī natura littorale: aut pelagium est: huic suo loco pro nature desiderio uersari cōmodius est quod autem ambigit id cōmode utroq; degere potest. Sed sunt etiam loca quædam singulis propria in quibus rectius ualeant. Cōmodiora (quod simpliciter dixerim) loca sunt ea quæ algarum copia scatent: pinguioris enī locis his capiuntur qui multis & uariis locis solent pabulari: nam & quibus alga in cibo est abunde pascuntur: & quibus caro appetitur: plures pisces sibi reperiunt. Interest etiam aquilonia sint: an austrina: genus enim longum aquiloniis melius uiget: & q dem æstate loco eodem aquiloniis plures longi q̄ lati capiuntur. Thunni & gladii agitantur asilo canis exortu: habent enim utriq; per id tempus sub pinna ceu uermiculū quē asilum uocant: effigie scorpionis: magnitudine aranei infestat hoc tanto dolore ut non minus interdum gladius: quā delphinus exiliat: unde fit ut uel in nauigia sæpenumero incidat. Thunni omnium maxime piscium gaudent tepore & ob eam rem arenam & littora adeunt: per sūma etiam maris innatant quo teporis potiantur. Pisciculi autem seruari propterea possunt quia spernuntur: maiora enim magni sequuntur sed ouorum: & prolis pars magna proinde absumitur. Cum enim pisces desiderio teporis loca fœture adeant: liguriunt quicquid attigerint capiuntur maxime pisces nō multo antequam sol oriatur ut postq̄ occidit: deniq; circa solis ortum aut occasum tempestiue enim iaci tantis per putatur quamobrem eo tempore piscatores solent retia tollere tunc enim maxime uisus piscium fallitur quippe cum noctu quiescant luce autem iam clariore melius uideant. Morbus pestilens nullus incidere piscibus uniuersis uidetur qualis plerumq; hominis & quadrupedum: equis & bubus & reliqui generis nōnullis accidit tum feris tum urbanis ægrotare tamen & ipsi putantur: & quidem piscatores pro morbi indicio capiunt cum aliquot extenuatos languētibus similes & colore imutatos iter multos pingues ac ualidos eiusdē generis cœperint. Marinum genus ita se hēt.

Quæ fluuialibus & lacustribus piscibus noceant: quoue ingenio iidem capiuntur. Caput. xx.

Luuiatile & lacustre peste quidē & ipsū immune est sed nōnullis morbi incidūt

f ppriī silurus enī canis exortu potissimum (quod sublimis innatet) sideratur: & tonitruo sopitur magno quod: & cyprino accidit sed leuius. Silurus uel a dracone angue gurgite pax alto ictus interit. Balero: & tiloni: lōbricus: canis exortu innascitur q debilitat cogitq; ad sūma stagni efferri: qua æstu intereūt chalcis quam æricam appello uitio infestatur diro: ut pediculi sub branchiis innati quā multi interimant quod nulli ex cæteris accidit moriuntur pisces uerbasco herba quamobrem cæteri fluuiatiles & lacustres ea inficientes capiunt: sed fœnices marinos etiam ita piscantur. Sūt qui duobus quoq; illis capiendi generibus utantur quod enim altos gurgites amnium pisces per hyemem uitare solent. (Cum enim alias dulcis aqua frigidior sit tum uel maxime eius ima algent) iccirco fossam influuium ducūt quam macerie iungentes operiunt & ferro atq; lapidibus stipant: ut quasi cuniculum faciant aditu patente ad fluuiū uñ ipleatur: tū facto gelu nassa inde piscantur. Alterum genus capturæ tale est cuius usus & hyeme ē & æstate medio amne fruticibus & lapidib⁹ circū sæpiūt uno aditu dato mō oris. Tū in eo ore posita nassa piscant motis lapidib⁹. Testaceo gñi ānī pluuii p

sunt: preterq̄ purpuris: cuius rei indicium est: quod si amnis in mare fluentis aquā gustarint: moriuntur eodē die: uiuit purpura extra mare quæ capta est: dies circiter quinquaginta: Alit altera alterā eo quod sua testa gnatū ueluti algā muscūue gerit quæ autem pro cibo iis afferūt pōderis cā adhiberi aiūt ut in libra sint grauiores. Cæteris squalor incōmodus est nam & pauciora reddunt: & deteriora & quidē pectines tunc magis trahunt rufum colorem: iam in pyrrheo euripo pectines aliquando defuerunt: nō modo propter ferramentum quo piscatores abradendo ubertim caperent uerumetiā propter siccitates. Cæteris etiam testatis hymbres conducūt propterea quod mare dulcius redditur sed frigus facit profecto ne uel in ponto uel in fluuiis gigni possint exceptis biforibus paucis genus nanq; unifore potissimum rigore indurat & interit. Aquatile animalium genus ita se habet.

De moribus suum eorumq; remediis. Caput. xxi.

Vadrupedum sues tribus morbi generibus laborant: quorū unū raucedo uocatur: quo maxime fauces maxillæq; inflāmantur: sed idem malum uel quali

q bet alia corporis parte cōtrahi potest. Iam enī plerūq; in pedem alias in aurē decūbit: Putrescit protinus mēbrū: & ulcus serpit donec ad pulmonē deueniat: quo tacto mors sequitur crescit hoc uitium celeriter: nec potest sus quicq̄ edere cū ita ægrotat etiam si quantumlibet sit morbi incremētum: curatur a porcariis cū malū incipere senserint: haud alio modo q̄ tota parte abscissa qua ceperit. Reliqua duo genere eodem uocabulo nominantur struma. quorū alterū dolor capitis & grauitas est quo plurimi laborare solent alterū alui profluuiū est: quod irremediabile incidit: alteri succurritur exuino adhibito naribus: coq; ipso dilutis: sed difficulter eo quoq; periculo subtrahitur: bidui enim aut quatriduo interitus obuenit. Rauce scunt potissimū eo anno quo mōtes abunde tulerint & pinguissimi sunt. Iuuat mora celsi dedisse in cibatu: & balneū multum & calidū: & uenæ sub lingua sitæ cultello adacto sanguinē detraxisse. Grandinosi autem fiunt sues quorū crura & collū & armi carne constant humidiore: quibus partibus uel grandines plurimæ innascuntur caro dulcior est si grandines habet paucas sed si multas humida ualde & insipida est. Facile qui grandent cognoscuntur parte enī linguæ inferiore grandines habentur & si setam dorso euellas cruorem in radice pili cuusi uideris. Pedibus etiam posterioribus constare non possunt: qui gaudent carent grādine cum adhuc lactent tolluntur grandines tipha: quæ uel in cibatu utilis est. Sed precipue alunt & opimant ficus & cicer: cibus deniq; non simplex sed uarius sagina optima est gaudent enim sues pabuli mutatione quēadmodum & cætera animalia tum etiam fieri aiunt cibi uarietate ut partim infletur partim ipleatur carne partim opimetur. Glandes suauiter quidē a suibus comeduntur sed carnē faciunt si solæ dantur & si grauidæ glandē copiosius æderint abortum faciunt ut oues quibus cōstātius hoc glandibus ælitatis accidit unū ex oibus quæ nouimus animalibus sus grandinē concipit.

Quibus morbis infestentur canes. Caput. xxii.

Anes tribus laborant uitiis: rabie: angina: podagra facit rabies furorem & q̄

c momorderint: omnia rabiunt excepto hoīe. Intereunt canes hoc morbo: & q̄ morsa sunt excepto homine. Angina etiam interimit & podagra temptati pauci euadere possunt. Rabies camelum etiam prehendit. Elephantos cæteris malis immunes aiunt inflatione autem aluī acrius infestari.

Morbi boum gregalium. Caput. xxiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oues gregales morbis duobus tẽptantur: podagra: & ſtruma: facit podagra
b ut pedibus intumeſcant & quãuis non intereant tamẽ ungulas amittat ualent
melius cornibus pice illitis calida euenit ſtruma: ut calidius frequentiuſq; ſpiretur quod deniq; in homine febris idem in boue ſtruma eſt, indicium morbi: ut demiſſe aures flacceant: & ut comedere nequeant; breui moriuntur adapertiſq; pulmo inſpicitur putris.

Quibus morbis laborent æqui gregatiles: domeſticiq;: & de morboꝝ indiciis & remediis: nec nonde hippomane & potu equoꝝ & bouum caput. xxiiii.

Quorum gregales morbo imunes ſunt: excepta podagra: hoc enim uno labo
e rant & plerunq; ob id ungues amittunt. Sed amiſſis alii ſtatim enaſcuntur ſit enim ut altero ſubnaſcente ungue alter amittatur. Indicium morbi ut alter teſtium dexter palpitet: uel ut paulo citra nares cauum quiddam rugoſumq; gignatur. At uero equi domeſtici morbis plurimis obnoxii ſunt: laborant ileo dicto ideſt tenuioris inteſtini morbo cuius mali indicium: ut crura poſteriora attrahant ad priora: & ita ſummoueant ut propemodũ collidant. Si ubi antea diebus aliquot ſponte ieiunarint: mox in furorem uertantur: ſanguine detracto iuuantur. Capiuntur etiã rigore neruoꝝ cuius indicium: uenæ ut omnes neruiq; intendantur: & caput ceruiceſq; imobiliter rigeant: rectiſq; eruribus gradiantur. Suppuratione etiam equi infeſtantur uitiũ quoq; eorum eſt quod hordeatio dicitur cuius indicium: ut palatum moleſtat & feruẽtius ſpiret equus q̃ ex conſueto nullum huius mali remedium eſt niſi ſponte naturæ emendetur. Quod autem lymphari dicitur tale eſt ut equus ab tibiæ ſonum quieſcat & demittat frontem: cum uero conſcenderis citetur contentius donec retineas demiſſus etiam ſemper triſtiſq; eſt ſi rabie tenetur. Cuius indiciũ ut auriculas demittat ad iubã rurſuſq; protendat idq; uiciſſim factitet irremidiabile etiã malũ ſi cordis dolore uexatur cuius indicium ut latera ſubſidant & alia præſtringãtur & ſi ueſica dimoueatur de ſuo ſitu: cuius indiciũ ne urinam reddere poſſit & ut ungulas cluneſq; trahat & ſi peſtinacã deuorarint cuius magnitudo quæ uerticilli beſtiolæ eſt. Nam morſus muris aranei uel cæteris iumentis moleſtiſſimus eſt: puſtulæ hoc excitantur & periculoſior quem defixerit grauida puſtulæ enim rũpuntur ex quo interitus ſequitur ſed ſi non grauida eſt nõ interimit: quinetiã ea quã alii chalcidã alii dignidã uocant: ſuo morſu aut interimit aut uehementem dolorem mouet ſimilis hæc paruis lacertis eſt ſed colore ſerpentis quam ocyciliam nominant deniq; homines uſu periti totidem fere morbis equũ atq; etiam ouẽs feſtari quot hominem referunt interit ueneno ſaudaracæ & equus & quoduis iumentũ ſiue ueterrimũ datur in aqua percolatũ abortũ etiã facit equa odorẽ ſentiẽs fumigi fumigantis lucernæ extinctæ qđ & mulieꝝ nonnullis accidit hactenus de equorum morbis. Quod hippomanes uocant hæret quidẽ frontí naſcẽtis pulli ut narratur. Sed equæ plãbentes abſtergenteſq; id abrodunt quæ autẽ de hoc fabulantur figmenta mulierculaꝝ & profeſſoꝝ carminis incantamentoꝝ eſſe credendũ potius eſt. Emitti etiam ab equa priuſq̃ pullũ qđ puliũ dr̃ certũ eſt equi uocẽ quoq; agnoſcũt equoꝝ qbus cũ pugnauerint. Gaudent pratis riguis & paludibus bibunt enim aquas libentius turbidas quod ſi clara eſt inturbant eã ungulis ſuis & cũ biberint lauant ſe totos limphiſq; potiũtur balneum enim oĩno hoc animal adamat & aquæ deditum eſt quãobrem natura etiam equi fluuiatilis ita conſtat ut uiuere niſi in humore non poſſit. Bos contra quam equus nili aqua ſit clara frigida atq; limpida bibere nolit.

Aſinos uno morbo laborare frigoriſq; impatientes eſſe. Caput. xxv.

Sini uno maxime morbo laborant quem malidã uocant: qđ uitium in capite
a oritur: facitq; ut p nares pituita multa ruffaq; effluat: q̃ ſi ad pulmonem deſcẽderit: moriũtur ſed ſi in capite eſt nõ inſert interitũ. Impatiens frigoris maxime hoc animal eſt: quapropter pontica & ſcythica terra aſinis caret.

De elephantorum morbis & eoꝝ curatione. caput. xxvi.

Lephãti morbis iflatiõe cõtractis laborat: quo fit ne poſſint excremẽtũ uel ue
e ſicę uel aluí redderc. Egrotant etiã ſi comedãt terrã: niſi ea frequẽter utãtur nã ſi frequẽter: nihil ſẽtiũt mali. lapides etiã iterdũ deuorãt: necnõ fluore tẽptantur: quo cũ uires lãguerint: curãtur potione aquæ calidæ: & cibo fæni melle ibuti utrũq; eni id ſiſtit profluuiũ aluí ſi p inſomniã feſſi ſũt: armis pfricatis ex ſale oleo & aqua curãtur: cũ humeri dolẽt: carnibus ſuillis aſſis appoſitis iuuãtur. Oleũ alii bibũt: alí non & ſi ſpiculũ in corpore ineſt: eiicitur eo quod biberit oleo ut aiunt qui autem oleum nõ bibunt: iis radix tyrtami decocta in uino datur. Quadrupedum res ita ſe habet

De morbis inſectoꝝ & precipue apũ. caput. xxii.

Nſectoꝝ maxima pars eo tpe ualet quo gignitur uidelicet cũ annus talis: qua
i le uer humidus & tepidus eſt. Apibus beſtiolæ quædã i alueis inaſcũtur: quæ fauis officiãt. Vermiculus itẽ ſpecie aranei nocet fauis quẽ alii cleꝝ: alii pyraustam uocãt: hic ſibi ſimilẽ forma aranei parit in fauo: & facit ut examen ægrotet: obeſt etiam alia quedam beſtiola ſimilis hepiolo papilioni qui lucernaꝝ luminibus aduolat: hæc puluerẽ ſpirando in alueo parit: nec aculeo ab apibus ſtimulatur: ſed tantũ fumo abigitur. Erucæ quoq; naſcuntur in alueis teredines dictæ quas apes nõ infectãtur egrotant potiſſimum: cum ſilua flores eruginoſos tulerit: atq; etiã temporibus ſiccis. Intereunt inſecta oĩa tacta ex oleo ſed cellerime ſi capite illito exponantur ſoli.

Animalium differentia pro locoꝝ uarietate. Caput. xxviii.

Iuerſitate etiam locorum differentia oritur: ut eni locis nonnullis gigni omni-
d no aliqua nequeũt: ſic aliis generantur quidẽ: ſed pauciora: & uita breuiore: nec ꝑpera: locis etiã uicinis diſcrimen huiuſmodi exiſtit: ut agri mileſii locis ſibi propinquis cicadæ alteris gignuntur: alteris nõ. Amnis in cæphalenia inſula dirimit cuius citra alteꝝ latus eſt cicadarum copia: ultra alterum nullæ. In pordoſelena uia interiacet cuius ultra alteꝝ latus gignitur cattus: citra alteꝝ gigni nõ poteſt. Terrę boetiæ in orchomenio agro talpe habentur multæ. At in lebadico uicino nullæ ſunt: neq; ſi aliunde portatæ eo fuerint nolunt infodere. In ithaca inſula lepores ſi aliunde illati dimittantur: uiuere nequeunt: ſed eodem reuerſi unde maris introierint inſulam moriuntur: in ſicilia formice quæ equites appellantur non ſunt in cyrenenſi agro ranæ uocales præterito tempore deerant. In africa non aper non ceruus nõ capra ſilueſtris eſt. India teſte Cteſia quamquã non fide digno ſuem nec ferum nec manſuetum habet. Quę autem ſanguine carent & quæ ſeceſſu tẽpore conduntur grandiora nimirum illa poſſidet. in ponto neq; mollia ſunt neq; teſtata niſi locis quibuſdam pauca in mari rubro teſtata omnia mira quadam magnitudine augentur. in ſyria oues ſunt cauda lata ad cubiti mẽſurã. Capræ auriculis mẽſura palmari & dodrantili: ac nõnullæ demiſſis ita ut ſpectẽt ad terrã. Boues nodos ſcapulaꝝ flectũt ut cameli i cilicia caprę tõdent ut alibi oues. in africa arietes ſtati cornigeri gñant nec ſolũ mares ut Home. ſcr. ſed ẽt fœmiæ Cõtra i põto p puicią ſcytica nullis cornua enaſcũt. in ægypto aliq̃ maiora q̃ i grecia

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt ut boues & oues: aliqua minora ut canes: lupi: lepores: uulpes: coruí: accipitres: aliqua magnitudine pari: ut cornices & capræ: cuius rei causam attribuũt cibo: q̃ aliis large: aliis parce sit ut lupis & accipitribus carniuoris. n. pax cibi suppeditatur: ꝓpter raptus quo uiuũt penuriam. aues enim minores paucæ ibi habentur. lepori uero oiq̃ non carniuoro generi uictus ieiunior ob eam rẽ est: quod neq̃ nuces nec poma sũt diu turniora. Tum etiã multis locis cœli & situs conditio causæ est: ut in terra illyrica & in epyro: asini parui habentur. In scythica & gallica nulli ꝓpter imodicum frigus. In arabia lacerti magnitudine cubitũ excedunt. Mures etiã multo soricibus auctiores: qbus crura priora uel palmi mensura posteriora ad primũ digiti nodũ habetur in africa magnitudo anguiũ mira: sicut & fertur. Iam enĩ nõnulli ubi triremi applicuissent ossa bouum multox uidisse narrãt quos absũptos esse ab anguibus nõ dubitarent: cũ triremes ꝓductas in altũ q̃primũ angues isectarentur & nõnulli aggressi triremem euerterẽt. Item leones in europa potius sunt: & ea europæ parte quæ inter acheloũ amnẽ & nesũ est: pantheræ in asia. In europa autẽ nullæ: bestiæ deniq̃ omnes fere efferaciores i asia sunt fortiores in europa: multiformiores in africa. Vnde ꝓuerbio quodam dicitur semper aliquid noui africam afferre: facit enim illius situs aquax penuria: ut feræ eodem cõ currant bibendi cã: quo quidem loco etiã quæ alienigenæ sunt coeunt & generãt. quorum tẽpora eadem ferendi uteri sint & magnitudines non multo inter se discrepent reddũtur mitiora desiderio fluuii: nam & contra quam cætera potũ quærunt tẽpore enĩ hyberno magis q̃ æstiuo: insuetũ nãq̃ his est bibere æstate ꝓpterea quod hymbres sieri per id tp̃s non soleant: & mures quidẽ cũ biberint moriuntur. Sed uel alibi coitu alienigenarũ procreari apertũ est: ut in cyrenensi agro: lupi cũ canibus coeunt: & laconici canes: ex uulpe & cane generantur indicos etiã canes ex tigride & cane gigni cõfirmant uex non statim sed tertio coitu primo enĩ beluinos adhuc catulos procreari aiũt alligantur canes locis desertis: & nisi belua incensa libidine sit: sæpe lacerantur.

Mores etiam animalium pro locorum qualitate differre uenenaq̃ serpẽtũ uel mitiora uel asperiora effici. Cap. xxix.

Orum etiã diuersitatem loca efficiunt: ut mõtana. & aspera suas bestias redm dunt & aspectu efferaciores: & uiribus robustiores q̃ plana & molliora argumento uel sues athi montis acceperim quox ne fœminas quidem spectare mares situs inferioris audent. Morsus etiã beluarum ex locox diuersitate plurimum differunt ut in pharo locisq̃ aliis scorpiones non ledũt. At aliis & p̃cipue in scythia multi & magni & nocui sunt & si uel hoiem uel quãuis bestiã percusserint interimũtur: nec fures euadere possunt q̃q̃ cæteros uirulentos ictus minime sentiũt & nigri eox potissimũ interimũtur: quisq̃ tñ celerrime interit si ictus adierit aquã. Anguiũ quoq̃ ictus p loca plurimũ differunt. Aspis enĩ anguis ex quo medicamentũ putrificũ illud cõponũt: in africa gignitur cuius ictui nullũ remediũ est: nascitur eodẽ in agro i quo lasser serpẽs quidã pusillus cuius remediũ lapis est quem ex sepulchro cuiusdã regis antiqui accipiunt eoq̃ perfuso ex uino bibunt. Italiæ locis quibusdam morsus etiã stellionũ exitiales sunt. Sed oium uenatox morsus grauiores sunt si altex æderit altex ut scorpinũ deuorari a uipera certũ est. Plurimis uero eox aduersatur saliua hois. Serpens quidã minutus est quẽ aliqui sacrũ appellant quem angues p̃magni fugiunt magnitudo huic ad cubitum species hirsuta quicqd momorderit continuo circiter putrescit. Est præterea i indica regione serpens paruus cuius unius remedio carent incolæ.

Quo tpe pisciũ genera prestantiora in cibum reddantur. Caput. xxx.

Iscrimen animaliũ ut prospere cõtraue exigant uel utero pleno existere nod uimus. Testa enĩ intecta ut pectines oẽq̃ ostrearii siue cõchariũ genus atq̃ ẽt crusta itecta: tũc optima sunt cũ grauida ut in locustis & reliqs huiusce modi patet: sed q̃q̃ testa itecta grauida dicim⁹: tamen nullũ eox uel coitũ uel partũ uidemus: crusta intecta nimiq̃ & coire & parere percipiũtur. Mollia ẽt prestãt: cũ grauida sunt ut lolligines sepiæ: polypi: pisces cũ impleri icipiũt coitu: boni oẽs fere sunt. Sed procedẽte uteri tpe alii prestant: alii nõ. Alec siue mena utero grauis melior ẽ: forma rotũdior fœminæ porrectior mari: & latior. Euenit ut cũ fœtu ipleri fœmina incipit: maris color in nigriorẽ plusq̃ uarietatis mutet: & caro deterrima cibo efficiat: uocantur a nõnullis per id tp̃s hirci mutant pisces: q̃ merulæ & qui turdi appellantur atq̃ etiam squillæ: uere enim nigrescũt: post uer albedinẽ suam recipiũt. Fuca etiã mutat colorẽ: cũ enim cæteris temporibus candida sit: uerno uaria reddit sola hanc ex marinis piscibus nidum sibi cõsternere atq̃ in stragula parere aiũt. Alec ẽt mutat ut dixi: & cerrus: ut ex albedine rursus æstate ad nigredinẽ redeant: quod maxime suis pinnis & branchiis declarant. Coruulus etiã cũ utero fert optimus est: pinde ut alec: mugilis uero & lupus & reliqui fere oẽs squama intecti deteriores sunt: cũ ferũt similes sibi ferẽtes & nõ ferentes pauci sunt ut glaucus. Vitiant etiam senectute pisces: & qdẽ thũni uel ad rẽ salmentariã senes iprobi sunt: multũ enim carnis absumit quod idẽ uel in cæteris piscibus euenit: declarat eox senectus duritie magnitudineq̃ squamax. Iam captus est thũnus senex: cuius pondus erat ad talẽta qndeci & caudæ iteruallum ad cubita duo & palmũ. Fluuiatiles & lacustres pisces optimi sunt post partũ & seminis genitalis emissionẽ. Sed nõnulli ẽt cũ ferunt cõmeudantur: ut saperdes: alii dãnantur: ut silurus: cũ cæteri omnes mares suis fœminis sint præstantiores. Silurus fœmia prestat suo mari: & in genere anguillax quoq̃ meliores sunt quas fœminas nominãt quæ nomen fœminæ temere acceperunt. Non sunt enim fœminæ: sed quia aspectu a cæteris discrepant: fœminæ appellantur.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER .IX. INTERPRETE THEODORO.

De affectibus animorum omnium animaliũ deq̃ iis quæ perpetuas inter se inimicitias gerunt & earum causis. Caput primum.

ORES Animalium obscurior parũq̃ uiuentiũ tp̃s minus sensu p̃cipiuntur uiuacioxm euidentiores sunt. Habere enim uim quandam naturalem animantes in quauis animi affectione uidentur: hoc é prudẽtia stultia fortitudine: ignauia: clæmẽtia: acerbitate & reliqs habitibus generis eiusdẽ. In nõnullis etiã cõe aliqd disciplinæ eruditiõisq̃ habet. Alia enĩ uicissim iter se: alia ab hoie (quę. s. auditu nõ carẽt) nõ mõ strepẽdi: uex ẽt significandi differẽtias possunt dignoscere. In oibus uero quox procreatio est. Fœminã & marem simili fere mõ natura distinxit moribus: qbus mas differt a fœmina: quod præcipue tum in homine: tum etiam in iis quæ magnitudine p̃stent & q̃drupedes uiuiparæ sunt p̃cipitur: sunt enĩ feminæ moribus mollioribus mitescũt celerius: & manũ facilius patiunt discũt ẽt imitãturq̃ igeniosius: ut in genere canũ laconico: feminas esse sagaciores q̃ mares aptũ est. Molotici ẽt genus uenaticum

nihilo a cæteris discrepat. Ad pecuariū longe & magnitudine & fortitudine cōtra beluas prestat. Insignes uero aio: & industria q ex utroq; moloticū dico & laconicū prodierint. Sed feminæ oēs minus q̄ mares sunt aiosæ: excepta panthera & ursa: fœminæ enim in his generibus esse uidēt aiosiores: cum in cæteris sint proculdubio molliores ueꝝ malitiosiores astutiores: insidiores fœminæ sunt: atq; in enutriēda prole sollicitiores. Mares contra aiosiores: ferociores simpliciores minusq; insidiosi. Quoꝝ uestigia moꝝ cū in oibus fere insunt: tū uel maxime in perfectioribus: & præcipue in hoie Hic enim natura pfectissima est: & ob eam rē habitus isti cōspectiores in eo ipso cōtinētur: Ita q; mulier misericors magis & ad lachrymas propēsior q̄ uir est. Inuida ité magis & querula: & maledicentior: & mordatior: præterea anxia & desperās magis q̄ mas: atq; impudentior & mendatior. Quinetiam facilior decipi meminisseq; aptior. Ad hęc uigilātior: segnior: imobilior deniq; ē: & minus cibi desiderās. Mas uero iuuātior (ut mō dixi) & fortior est. Nā & in molliū genere cū sæpia icta ē tridēte: mas fœminā adiuuat: fœmina mare pcusso: fugā arripit. Pugnāt inter se ipsa aialia: quæ loca eadē incolūt: atq; isdē uescunt cibis: nam si uictus penuria sit: fit certe ob eam rem ut uel eiusdem generis animantes pugnam inter se conserant. Et quidem marinos uitulos situs eiusdem pugnare inuicem aiunt: & marem cum mare & fœminā cum fœmina: donec alter ab altero occidat uel eiiciat. Idēq; eoꝝ catulos facere. Carniuora ēt & oppugnātur a cæteris oibus: & ipsa cū cæteris pugnant: quoniā uictus his ab aialibus est: unde augures sua dissidia & cōsidia colligūt dissidio bella oēmq; discordiā statuūt: considio pacē oēmq; cōcordiā. Quod si cibi copia suppetat haud scio: an ea quæ nūc metuunt & ferociūt intersecant: mansueteq; tum iter se eunt cū hoie ēt agant: cuius rei idicium facit: citra quā egyptii aiantibus impedūt: q; enim apud illos cibo nō carent, sed copio se alunt. Ideo collegio uel ipsa efferatissima degunt mansuescunt enim sui cōmoditatione: quale se genus crocodili exhibet sacerdoti: locis quibusdam: propter cibi curam quæ ibi isumitur: quod idē fieri cæteris ēt locis itelligi licet. Dissidet aqla cū dracōe: uescitur enim aqla anguibus. Ichneumo cū phalance: uenatur enim phalāces ichneumo: Auium uariæ dictæ: cum alaudis: pipo cū lutea: oua enim inuicē exedunt. Cornix cum noctua: cornix enim meridie oua surripiēs noctuæ absunt. Cū non clare interdiu noctua uideat: noctua contra oua cornicis noctu exædit: estq; altera iterdiu: altera noctu potētior. Itē noctua cum orchilo: nāis quoq; oua exædit noctuæ. sed die uel cæteræ auiculæ omnes noctuam nimiꝝ circūuolant: quod mirari uocatur: adolescēteseq; percutiunt: quapropter aucupes ea cōstituta auiculaꝝ genera multa & uaria capiūt. Quinetiam q; rex auiū appellatur: priuatas contra eādem inimicitias gerit: mustela inimicus cornicis est: quippe qui eius oua & pullos uiolet. Turtur cum ingnaria pugnat locus enim pascēdi uictusq; idem eoꝝ est. Galgulus cum libio: miluus cum coruo: erpit enī miluus a coruo quicquid tenet: ut qui & unguibus sit prestantior & uolatu: ita fit: ut eos quoq; uictus ratio faciat inimicos. Ad hæc iter ea quæ cibum sibi a mari petunt anas: gauia: & harpa: iuicem dissident. Buteo in alio genere hostis ranæ: & rubetæ: & anguis: est: rapit enim eos atq; exædit. Turtur & luteus pugnāt: occidit a luteo turtur: & a cornice tympanus nomine clarē ulula cæteriq; adūci rapiūt: unde his orit bellum: inter stellionē etiam & araneum bellum est: deuorantur enim aranei a stellioe pipo inimica ardeole est: oua enim & pulli ardeolæ uiolantur a pipone: salo prelium cū asino est: propterea q; asinus spinetis sua ulcera scabendi causa atterat: tum igitur

ob eam rē: tum ēt quod si uocē rudentis audierit oua abigat per abortū: pulli ēt mœtu labant in terrā itaq; ob eā iniuriā aduolans ulcera eius rostro excauat: lupus asino tauro & uulpi est hostis. Cū enī carne ipse alat boues iuadit & asinos & uulpes: hac ea dē de causa & cū circo accipitre uulpi inimicitiæ sunt: circus enim qa unguibus ē adūcis: & carne uiuit: uulpem iuadit ac uulnerat: coruus tauro & asino aduersarius est qp pe qui aduolās feriat: & eoꝝ oculos laceret. Aquila etiam cum ardeola pugnat unguibus etenim ualens aggreditur. hæc autem repugnando emoritur. æsalo cum uulture Crex cū glaculo & merula: & uireone: quem ex flagratione procreatū qdā fabulant nocet, nis & eoꝝ pullis. sitta enī & trochilus cū aqla: sitta, n. oua aqlæ frāgit: aqla tum ob eam rē: tū etiam qđ carniuora est: aduersat. Florus odio equū habet. pellit enī ab equo pabulo herbæ q̄ uescit: nubeculans hic nec ualēs acie oculoꝝ est: qppe q uocē qdem eq imitet: atq; aduolans equū fuget. Sed iterdū excipiat: occidaturq; ab equo colit hic paludes & ripas: coloris est pulchri: & uictus facilis. Colotæ hostis asinus est: dormit enim colota in presepibus: & narē subiens asini ne comedat impedit. Ardearum tria sunt genera: pella: alba: stellaris piger cognomine: pellæ coitus difficilis est uociferat enim & sanguinem ex oculis ut aiūt emittit: cum coit perit: etiam ægre sum moq; cū dolore: preliū cum iis init: a qbus ledit: hoc est cū aquila a qua rapit: cū uulpe a qua noctu capitur: cum alauda a qua oua eius deripiūt: serpens mustellæ suisq; aduersarius est. mustelæ qđ eadem in domo uersant. uictus enim ex eisdem appetatur necesse est suis uero qa ab ea deuorat esalo uulpi est inimicus. fuerit enim pilosq; eius euellit: occiditq; catullos: uncis nāq; unguibus ē. Coruus uulpi amicus ē: pugnat enī cū æsalone unde fit ut huic cū ab illo pcutiat: auxiliet. Vultur ēt & æsalo iuicē inimici sunt, ungues. n. utriq; unci habent. Aqlæ etiam pugnat uultur: & olor: nutritq; eā sæpius olor. Oloribus uero ut alter alteꝝ deuoret in more est maxime in uolucꝝ genere: sunt porro alia semp iter se ifesta alia hoium ritu: cū res ita tulerit. Asinus ité & spinus inimici iter se sunt: uictus enī spino a uepribus quas asinus tenellas adhuc pascit florus spinus: Egithus: quem salū: uoco odiū inter se exercēt: & nimiꝝ sanguinē egithi & flori misceri nō posse dr: amici cornix & ardeola. iunco & alauda galgulus & lædus. Colit enī galgulus fruteta & nemora: lædus saxa & mōtes: suisq; locis uterq; contētus degit pacifice. amici ēt pisex: harpa: miluus. Vulpes etiam cū serpēte amice uiuit. Ambo. n. cauernis gaudēt & merula quoq; turturem amat. leo & lupus ceruarius inimici sunt. Cum enī carne alant uictū ex eisdē petant necesse est. Elephanti etiā pugnat inter se uehemēter: & dētibus alter alteꝝ ferit: q̄ aūt uictus fuerit adeo animū amittit: ut nie uocem qdem uictoris toleret differūt iter se elephātes miꝝ i modū robore atq; aio. Sunt apud indos in usu rei bellicæ nō solū mares sed ēt fœminę. uerum tamē fœminæ pauciores sunt & longe timidiores: euertit ædificia elephātus: dētes admouēs magnos palmas uero sua fronte ipellit: donec declinet tū pedibus iculcās prosternit in terram: Venatio talis elephantoꝝ est: conscendūt mites aliquos aiososq; elephātos: q uenantur cursuq; insequūtur feros quos cum occuparint ferire præcipiūt suis: dum fatigent uiresq; dissoluant. Tum rector inde fatigatū illum insilit regitq; falce: post breui tpe feramitescit: atq; obtēperat. Quamdiu insidat rector: mitem se qsq; exibet. Cum descenderit: alii mansuetudinem seruant alii suam repetunt feritatem: itaq; inmitescentium cura priora prepediūt uinculis: ut quiescant. capiuntur & natu iam grandes & pulli sed amicitiæ atq; inimicitiæ in hix beluis: uictus uiteq; ratione ita existunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De iis piſcibus q̄ gregatim amiceq̄ uiuūt: que nō gregati inimici: & ſunt. Cap. ii.

Iſcium aūt alii gregati degūt amiciq̄ ſūt: alii nō gregatim inimiciq̄ uiuūt.

P Quí amici ſunt cōgregant᷑: parti cū utero ferūt: parti cū fœtū ædiderint.

Gregales deniq̄ ſunt Thūni aleces: gobiōes: uocæ: lacerti: coruuli: ſiue gra culi. dētices mulli malleoli: elegini ſacri: ariſtulæ: ſargíacus: lolii papauere: iuliæ: limariæ ſcombri: monedulæ: hoꝝ nōnulli mō gregales ſunt ueꝝ etiā cōiugales. Reliq oēs cōiugia agūt qdem ſed greges ſtatis tēporibus: ut mō dixí conſtituūt. ſ. aut cū uterū gerunt aut poſt partū: lupus & mugilis quāq̄ inimici ſunt capitales: tñ ſtato tempore congregant᷑: coeūt enim in gregem ſæpius non ſolū quæ eiuſdem generis ſunt: ſed ēt qbus ídem aut ſimilis paſtus appetit᷑: dūmodo ſit abūde: cibari ſæpe mugiles cauda abſcíſa uiuūt: atq̄ etiam cōgri meatu tenus excremētario. Abſcinditur mugilis cauda a lupo: congri a murena. Ineunt prælīū maiores contra minores: maior᷑ enī quíſq̄ atq̄ robuſtior minorem infirmioremq̄ deuorat: ſed de marinis generibus ſatis.

De genere ouílí amente & ſtulto. Caput tertium.

Ores aūt animaliū ut dictū iam eſt: differūt iter ſe fortitudine: ignauia: mā

m ſuetudine: ferocitate: mēte: demētia. Iam enī genus ouile amēs: & moribus ut dici ſolet ſtultiſſimis eſt qppe quod omniū quadrupedū ineptiſſimū ſit repetít in deſerta ſine cauſa: hyeme obſtante ipm ſæpe egredit᷑ ſtabulo occupatū a niue: niſi paſtor compulerit abire non uult: ſed perit deſiſtēs: niſi mares a paſtore ducantur: ita enim reliquus grex conſequtur. Capraꝝ ex grege ſi qs unam uíllo mēto dependentē: quem aruncū uocant: apprehenderit, Cæteræ ſtant uelut ſtupidæ ſuos in unā íllam oculos coniícientes. Cubant difficilius oues quam capræ: magis enim capræ quieſcūt: accedūtq̄ ad hominē familiarius: ſed ſunt frigoris impatiētiores quam oues docēt paſtores ſuas oues gregari: facto ſtrepitu: nam ſi cū tonui erit aliqua relinquat᷑: quæ non concurrerit: abortū ſi eſt grauída facit: unde fit: ut ſí quem domí ſtrepitū mueris omnes concurrant propter conſuetudinem. Cubant oues capræq̄ uniuerſæ pecognationem. Cum primum ſol conuerſus deſtiterit: capras non aduerſis præterea inter ſe oculis ſed auerſis cubare accepimus:

De ſocietate bouū: æquarūq̄ mutuo inter ſe amore. Caput quartum.

Oues & paſcunt per ſocietates: atq̄ conſuetudines: & ſi unus aberrauit: re-

b líqui ſequuntur quapropter Boarii niſi præuenerint: totum armentum requírant neceſſe eſt. Equæ ſocietate coniuncte ſi altera forte perierit: altera pullum parente orbatum enutrit. Equarum deniq̄ genus miro quodam amore ſuæ prolis teneri putatur: cuius rei indicium eſt. Quod ſæpius ſteriles auferunt pullos a matribus: quos ipſe amore proſequentes tueantur: ſed quoniam lacte careant deprauant eos quos dilígunt.

De ceruæ prudentia in pullis: ædendis deq̄ maris cornuum amiſſione & reparatione. Caput quintum.

Erarum quadrupedum cerua maxime prudentia præſtare uidet᷑: tum qa

f circa ſemitas pariat quo ſcilicet beluæ propter homines minus accedunt: tum etiam quía cum peperit in uolucrum primum exedit: mox' ſeſelim herbam petit quam cum ædiderit: redit ad prolem. Præterea hinulum ducens in ſtabula aſſuefacit: quo refugere debeat ſaxum hoc eſt abruptum uno auditu quo loco eam ſi quis inuadit: ſpectare repugnareq̄ affirmant. Mas item cum pinguerit quod ualde tē-

pore fructuū ſit: nuſq̄ apparet: ſed longe ſecedit: ut quí pondere ſue corpulētiæ capi ſe poſſe facilius ſentiat. Cornua ēt locis difficilibus amittit & qua iueniri nequeāt: unde illud prouerbiū ortū. Qua ceruí amittūt cornua. Quaſi enim ſua amiſerit arma: cauet ne inermis reperiat᷑. Cornu finiſtrū compertū eſſe a nemine adhuc fertur: occulit. Id enim tanq̄ quodam medicamēto prædituū. Anniculis nondum cornua naſcunt᷑: niſi quoad iudicii gratia ſit initiū quoddā prætuberās: quod breue hirtūq̄ ē bimis cornua primū oriūtur ſimplicia: & recta ad ſubulaꝝ ſimilitudinem: quamobrem ſubulones p id temporis eos uocant. Trimis biſida exeunt: quadrimis triſida atq̄ deinceps adhuc modū procedit numerus uſq̄ ad annū ſextū. Ab hoc ſimília ſemper prodeūt: ita ne ſit dignoſcere: ætate ramoꝝ numero ſed ſenes cognoſcimus maxime indicio duplící illo: dentes enim aut nullos: aut paucos habent atq̄ adminículis carent: uocantur adminícula rami quí ímis cornibus prominent ante frontem: quibus in pugna utunt᷑ iuniores: ſenes autem carent: amittūt ſingulis annis cornua menſe aprilí: quæ cū amiſerint: occultant ſeſe interdiu: ut ſuperius dixi. Idq̄ opacis faciunt locis: ut muſcaꝝ tedío uacent: paſcuntur per id tp̄s noctu: donec recipiāt cornua: quæ primū quaſi cute ueſtita & hirtiuſcula emittūt: ſed cū creuerint: ſoli exponūt ut excoquant᷑ & ſicceant: ubi iam nihil attritu arboꝝ: cum ea ſcalpant indolent: tunc ea relinquunt loca: conſiſi habere iā quo repugnare poſſint cum res exígit: captus iam ceruus ē hederā ſuis enatā cornib⁹ gerēs uiridē q̄ cornu adhuc tenello forte iſerta: q̄ſi ligno uiridi coaluerit ceruí morſi uel a phalāgio: uel a quouis gñis eiuſdē cacros ædūt qd idē hoi ēt, pdeſſe putat᷑: ſed nō caret faſtidio. Ceruæ ſtati a ptu exædūt iuolucrū: ut dictū eſt: nec fieri pōt: ut id accipías prius enī q̄ in terrā demittāt: ipe arripiūt: uis i eo medica eē credit᷑. Ceruí ſibilo & cātu uenātiū capiūtur: mulcent᷑ enī allíciūturq̄ ea uoluptate: itaq̄ alter uænantiū cātat palam aut ſibilat: clā ferit a tergo: ubi ſocius tp̄s iā eē ſignificarit ſed ſi ceruus erectas auriculas teneat acerrime ſentit: nec latere iſidiæ poſſunt: ſin demiſſas facile iterimitur.

De quibuſdam animalibus quæ prudentia quadam natura inſtituit. Caput. vi.

Rſæ cū fugíunt: ſuos catulos propellūt: ſuſceptoſq̄ portant: cū ab inſectan-

u te iā occupant᷑: arbores ſcandūt. Solent urſi Arū herbā comedere: cū e latibulo egrediūtur: ut dictum eſt: lingua ēt mandicāt: q̄ſi dentiāt. Sed ex cæteris quoq̄ quadrupedibus multæ prudenter ſibí opitulari uidētur. Nā & in creta iſula capras ſilueſtres ſagítta tranſixas dictamū herbā q̄rere aiūt hoc. n. ſpícula ex corpe eíici. Canes ēt ægreſcētes herba q̄dā comeſa uomitāt. Panthera cū uenenū pardalianches dictū ab angore æderit quo leones ēt intereūt: ſtercus hoīs q̄rit: eo enī ipſo iuuat᷑ quocirca uenatores ſtercus ibí ppinquū ſuſpēdūt ex arbore alíq̄: ne ꝑcul belua abeat petēs ſuū medicamētū: itaq̄ iſiliens ibidē. Et ſpe capiēdi pſeuerās in ſe efferēda: emoritur. Eandē ſeſe abſcōdentē uenarí ferūt: ppea qd ſuo odore belua delectarí ítelligat: ꝑpius enī ita accedūt: q̄s corripiat. Ichneumo egyti ubi aſpidē anguē ſuū hoſtē aſpexerit: nō prius aggredit᷑ q̄ ſocios uocet: & límo obducto cōtra ictus morſuſq̄ ſeſe loricet. Modus armandi ut primū madefaciat corpus & in terra ſe uolutet. Crocodilís hiantibus Throchili aues inuolantes depurgāt dētes: quo munere & ipſi alunt᷑: & crocodilus ſentiēs ſecū cōmode agí: nihil nocet ſed cū egredí auē uult: ceruíces mouet: ne cōprimat. Teſtudo cū uíperā ederit: mox cunilā ædit: qd cū ita ſæpius factū aīaduertiſſet qdā: ut guſtata cunila uíperā teſtudo repeteret: herbā euulſit: quo facto teſtudo interiit: muſtela quotiēs dimicatura cū ſerpēte ē: rutā comedit odor enī eius herbæ inſe

ſtus ſerpentibus eſt: draco cum per uſum pomoꝝ nauſea ifeſtatur: ſuccum ſilueſtris lactucæ exorbet: quod ita facere uiſus ſæpius eſt. Canes cū lumbricis infeſtantur: herbam tritici comedunt. Ciconiæ cæteræq; aues cū uulnus per pugnam acceperint: cui nilam plagæ apponūt: locuſtam etiam complures uiderunt quotiens cū ſerpente pugnat collū eius præhendere. Quin & muſtela prudenter capere aues uidet: iugulat enim q̄s ceperit: ut lupus ouem. Serpētem quoq; impugnat eū præcipue q mures uenatur: uidelicet ea cauſa: qa ipſa ēt mures perſeqtur. De herinaceoꝝ ſenſu locis multis ꝓpenſum eſt: ut q in cauernis ſunt cōmutēt ſua cubilia: aqlonum & auſtroꝝ mutatione: q aūt intra tecta alūtur: ad parietes diſcedūt quod ita fieri cū bizantii qdam animaduertiſſet cōſecutus exiſtimatiōne eſt: ut tp̄s futuꝝ poſſet p̄ſagire. Ictus genus muſtelæ ruſticæ: qd uiuerrā iterp̄tor: magnitudine eſt: q melitēſius catellus mior ſed pilo forma albedine: ptis iferioris: & moꝝ aſtutia muſtelæ ſimilis: māſueſcit maiorē in modū officit aluearibus: mellis. n. auida ē: aues ēt petit: ut fælis: genitalis eius oſſeū eſt ut ante dixi: & medicamento urinæ ſtillationibus eſſe putatur: datꝰ per ramenta ex uino.

De ea itelligētiæ parte qua aialia q̄dā hoīum rōnem reꝑſentant: ut hyrundines & oē colūbaceū genus deq; ætate columbaꝝ perdicū & paſſeꝝ. Caput. vii.

Mnino ratio brutorum magnam refert uitæ humanæ ſimilitudinem: magiſq; in minore genere q̄ in maiore uideris intelligentiæ rationem: quod primum in auium genere hirundo in effingendo conſtituendoq; nido oſtendit: conſingit implicito luto feſtucis: ad normam lutariæ paleationis: & ſi quando luti inopia eſt ſeipſa madefaciens uolutat in puluere omnibus pennis: ſtragulū ſibi etiam more hominū facit duriora primū ſubiiciens: & modice totū conſternens pro ſui corporis magnitudine: atq; in enutrienda prole mira tam mas q̄ fœmina æqtate laborat. Imp̄it pullis ſingulis cibū obſeruans cōſuetudine q̄dam ne q accepit: bis accipiat: extremēta etiam pulloꝝ parentes eiiciūt. Poſt adultiores iā natos circūagi foraſq; ipſos egerere edocēt. Ad hæc colūbi pleraq; contemplationis huiuſmodi afferūt: neq; enim cū pluribus adoleſcere aut coire patiūtur: neq; cōiugiū iam inde a primo ortu initum deſerūt: niſi cælebs. aut auida. Quinetiam fœminæ parturienti mas adeſt: & cultu omniq; officio fungitur: ſæpe etiā fœmina pigrius euntem ad nidū ꝓp partus laborē mas percutit: cogitq; intrare: excluſis iam pullis terram ſalſuginoſam potiſſimū p̄emandu catam in eorum os inſerens: ſuum ingerit: atq; ita p̄eparat ad cibum recipiendū adultos iam cum tempus prodeundi ex nido eſt: mas ſubigit. Ita magna ex parte colūbæ mutuo degunt amore: ſed interdū nonnullæ ēt ex maritatis cū aliis coeūt: pugnax hoc aial eſt: alter alteꝝ ifeſtat: nidūq; alter alterius ſubit: ſed raro: nam & ſi ex lōginquo minus tñ apud ipſum nidū ſummo certamine dimicatur propriū colūbaꝝ & palūbiū & turtuꝝ eſſe uidetur: ne collū cū bibunt reſupinent: niſi ſatis hauſerint: mare uno cōtenta & turtur & palūbes uiuit nec alteꝝ recipit. Incubat ambo: & mas & fœmia: dignoſci mas ne an fœmia ſit haud facile ē niſi iteriorū aſpectu: uita palūbibus lōga: nā ad ui geſimū q̄tū: & ad trigeſimū ānū ꝓtrahit nōnullas q̄dragita ēt ānos cōpleuiſſe exploratū habet: ætate aūt ꝓuectis ungues accreſcūt: quos recidere ſolēt: q alunt: niħil quo lædant apte alid his ſceneſcētibus accidit. Turtures & colūbæ uel ad annū octauū ui uūt. ſ. q excæcatæ allectatrices alūtur: pdicibus uita ad q̄nq; & uigīti annos. Nidulā tur & palūbes & turtures ſp locis eiſdē: & cū mares i totū diuturniores q̄ femiæ ſint in his marē priuſq; feminā mori nōnulli aiūt: uidelicet docuīto caꝝ q domi allectatrices

aluntur. Sunt qui paſſeꝝ etiā mares anno diutius durare nō poſſe arbitrētur: argumēto quod ueris initio nulli mentum habere nigrū ſpectētur ſed poſtea tanq; nullus anni ſuperioris ſeruetur: fœminas uero hoc in genere eſſe uiuaciores uolūt: capi enim hascū nouellis: cognoſciq; labroꝝ callo aſſeuerat. Degunt æſtate turtures locis frigidis: hyeme tepidis: fringillæ contra æſtate tepidis hyeme frigidis.

De iis auibus quæ nidum non edificant: deq; perdicis aſtutia. Caput. viii.

Ves grauiores nidos ſibi nō faciunt: ut coturnices: ut perdices: & reliquæ ge-
a neris eiuſdem quibus enim uolandi facultas deeſt iis nidus non prodeſt ſed ſa
cta in aprico area (alibi enī nuſq; pariunt) atq; materia ut uepribus quibuſdā congeſtis quoad accipitrū & aquilaꝝ iniuriam deuitare poſſint oua ædunt & incubāt. Mox cū excluſerint protinus pullos educunt ꝓpterea quod nequæunt ſuo uolatu iis cibum adminiſtrare refouent ſuos pullos ſub ſe ipſe ducendo more gallinaꝝ & coturnices: & perdices nec eodē in loco & pariūt & incubant ne quis locū percipiat longioris tēporis mora: cū ad nidum quis uenādo acceſſerit: ꝓuoluit ſeſe perdix ante pedes uenātis quaſi iā poſſit capi atq; ita allicit ad ſe capiendā hominē: eo uſq; dum pulli effugiāt. Tum ipſa auolat: & reuocat prolē: parit oua nō pauciora q̄ decē ſed læpiſſedecim. Malitioſa aſtutaq; auis hæc eſt ut dixi ſecernūtur uerno tp̄e de grege per catū & pugnā cōiugatim mares cū fœminis quancūq; ſibi quiſq; forte acceperit oua mares quæ cōperit ꝓuoluunt & frangūt p̄ ſua ſalacitate ne fœmina incubet: quod ne accidat fœmina emoliens: clanculo diffugiens parit ſed fit ſæpius ut præ turgore parturiendi quolibet loco ædat: & mare præſenti uerū ut oua ſeruentur nunquam ex eo quo peperit loco diſcedit: & ſi ab hoīe uiſa eſt ita ſe ab ouis aſtute quēadmodum a pullis ſubtrahit: labans ante hoīs pedes dum dimoueat. Sed cū diffugerit fœmina ut icubet mares tumultuāt clamitant pugnāq; iter ſe cōſerunt quos cælibes uocant q aūt uictus i pugna fuerit ſequitur uictoris uenerē patiēs: nec ab alio niſi a ſuo uictore ſubigitur: ſed ſi a cōite principis aut quouis uulgari uincatur: clam a principe ac furto ſubigitur. Verum hoc non ita ſi eri ſemper: ſed certo tempore anni planū eſt: hoc idem a coturnicib⁹ quoq; agi animaduertimus. Gallinacei etiam idem interdum faciunt. In tēplis enim ubi ſine fœminis munerarii dicatiq; uerſantur non temere eū qui nuper dicatus acceſſerit omnes ſubigunt necnon perdices manſueti iam & domeſtici: ſubigunt feros & ſpernunt cōtumelioſeq; tractant perdicem uenatorem dux ſilueſtrium primus inuadit: pugnamq; obuiam cōſerit: quo capto cōpage: alter occurrit tum alius atq; ita ſingulis dimicatur ſi mas ſit: q uenatur. Sed ſi fœmina eſt: ubi dux ad eius uocem occurrerit cæteræ uniuerſæ eum inuadunt: feriunt: fugant ab ea fœmina inuidentes quod non ſibi ſed illi acceſſerit: hic tacitus ob eam rem ſæpe accedit ne uoce percepta oppugnetur nōnunq̄ marem adeuntem efficere ut fœmina omnuteſcat ne re cognita pugnare cum cæteris maribus cogatur periti referunt: perdices non modo canunt uerum etiā ſtrident & uoces alias quaſdam emittunt ſæpe & fœmina icubans exurgit: cum marem fœminæ uenatrici attendere ſenſerit occurenſq; ſeipſa præbet libidini maris ut ſatiatus negligat ucnatricem uſq; adeo. Tum perdices: tum etiam coturnices copia libidinis gaudent ut in aucupantes corruant: & ſepenumero capitibus eorum reſidant talis perdicum coitus: & morū aſtutia eſt: nidulantur humi: ut dixi tum coturnices tum perdices atq; etiam aliæ quædam eiuſdem parum uolantis generis ex his item alauda & gallinago & coturnix nunquam in arbore conſiſtunt ſed humi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pico martio & tribus gñibus eiusdem. Caput. ix.

Ontra atq; martius picus: qui humi nūq; cōsistere patitur. tūdit hic q̄rcus uer
c miū & culicū cā: quo exeant. recipit eni egressos lingua sua: quā maiusculam
& latiusculā habet: scādit p arborē oibus modis nā uel resupinns more stellio-
num īgreditur. Vngues etiā habet cōmodiores q̄ monedula ad tutiorē arboꝝ reptatio-
nem hiis eni affixis ascendit sūt pici martii cognomine tria gña: unū minus q̄ merula:
cui rubidæ aliqd plumæ ineſt alteꝝ maius q̄ merula tertiū nō multo minus q̄ gallina:
nidulatur ut dictū est in arboribus: cū aliis tū oleis pascitur: formicis & cossis cū cossos
uenatur: tam uehementer excauare ut sternat arbores dicitur. Iam uero mitescentes q
dam amygdalum: quod rimæ inseruisse ligni ut fixum constanter ictum reciperet ter-
tio ictu pertudit & nucleum ædebat.

De prudentia gruum. Caput decimum.

Rues etiā multa prudenter faciunt loca. n. lōginqua petūt sui cōmodi grā:
g & uolāt alte ut ꝓcul prospicere possint: & si nubes tēpestatis uiderint cōferūt
se in terrā & hūi quiescūt ducē etiā habēt & eos qui clamēt dispositi in extre-
mo agmine ut uox pcipi possit. Cum cōsistunt cæteræ dormiūt capite subter ala con-
dito: alternis pedibus insistentes dux detecto capite ꝓspicit: & quod senserit uoce signi
ficat. Plateas fluuiatilis cōchas maiusculas: leueſq; deuorat quas ubi sua in æluuie co-
xerit euomit: ut hiantibus iam legat testis exuens atq; ædat.

De domiciliis agrestiū uolucrū. Cuput undecimum.

Omicilia uero agrestes uolucres aptissime ad uictū: & ꝓlis salutē moliūtur:
d Sūt aliæ parētes fœliciores: & suoꝝ gnatoꝝ diligētiores: aliæ minus: & aliis in
geniū ad uictū acutius: aliis obtusius ē. Colūt aliæ loca fragosa: & saxa & ca-
uernas: ut quē a ꝓruptis torrētiū alueis charadriū appellamus q̄si hiaticolā dixeris pra
ua hæc auis: & colore & uoce & noctu apparet die aufugit. accipiter etiā locis saxosis
& arduis nidulatur auiū quas cœperit cor nūq; comedit. Idq; nōnulli in coturni e & tur
do: alii ī aliis obseruarūt: quinetiā uænādi dria adnotatur ne simili mō æstate ut hyeme
rapiat. Vulturis uel pullū uel nidū a nemine uisū adhuc nōnulli aiūt & nimiꝝ ob eā rē
herodorus brysonis rhetoris pater aliū de situ eminētiore quodā uenire dixit argumen
tumq; afferebat qd breui tpe multi apparerent: & tamen unde cōstaret nemini. Sed cā
huius rei est: qd rupibus in accessis pariat neq; locoꝝ pluriū incola auis hæc est ędit nō
plus q̄ unū ouum: aut duo cum plurimū. Sunt quæ mōtes colāt: & siluas ut upupa:
& Brēthus: cui & uictus probus: & uox sonora est. Trochilus & fruteta icolit: & fora-
mina capi difficile potest fugax atq; infirmis moribus est. Sed uictus probitate & inge
nii solertia ꝑditus uocat idē & senator & rex. Quāobrē aquilā pugnare cū eo referūt.

De generibus auiū q̄ apud aquas degūt deq; chalcide aue & eius natura nec nō de
cōcertatione eiusdē cū aquila & gruum pugna. Caput. xii.

Vnt aliæ quæ uitā apud mare traducāt ut cinclus qui astutus & capi difficilis ē
s sed captus oium maxime miteſcit: læsus hic est incōtinēs eni parte sui poste-
riore uiuūt apud mare & fluuios & lacus palmipedes oēs natura enim ipsa q̄
rit qd sibi cōmodius sit. Sed multæ etiā fidipedes circa aquas paludesq; degūt ut flor⁹
apud amnes q color pulcher: & uita cōmoda. Cataracta mari uictitat & cum se alto i-
gurgitarit manet nō minus tēporis q̄ quo spatiū trāsieris iugeri: minor q̄ accipiter auis
hæc est. Olores etiā palmipedes sunt: & apud lacus paludesq; uiuūt nec ꝓbitate ui-

ctus moꝝ prolis senectutis uacant. Aquilā si pugnam cœperit repugnantes uincunt
ipsi aūt nunq; nisi ꝓuocati inferūt pugnā canere solīti sūt & p̄cipuæ iā iam morituri uo-
lant etiā in pelagus longius: & iā quidā cum in mari africo nauigarēt: multos canētes
uoce flebili: & mori nōnullos cōspexere: chalcis raro apparet montes eteni incolit: ni-
gro colore est magnitudine accipitris quē palūbariū noiant forma lōga: ac tenui: Io-
nes cymindē eā appellāt. Cuius homerus etiā meminit in iliade cū dicit: chalcida dii ꝓ
hibent: hoies dixere cymindē. Sūt qui eandē hanc auē nō aliam eē ac ptōgē uelint in-
terdiu minus apparet quia nō clare uidet sed noctu uenatur more aquilæ & pugnat uero
cum aquila adeo acriter ut sæpius ambæ iplexe deferātur in terrā & uiuæ a pastoribus
capiātur. Parit hæc oua duo & saxis spelūciſq; nidulatur. Grues etiam pugnant iter
se tam uehemēter ut dimicantes capiātur hominem enim expectare potius q̄ pugna de
sistere patiuntur: pariunt oua non amplius quam bina.

De partu & nidificatione picaꝝ: meropis: luteæ argatilis: & cinnami arabi deq; ci-
coniarum & meropū prudētia in alendis parentibus. Caput. xiii.

Ica uoces plurimas cōmutat singulis eni fere diebus diuersa emittit uocē. Pa-
p rit oua circiter nouē numero nidū in arboribus facit ex pilis & lana glādes cū
deficiūt colligit & ī repositorio abditas reseruat. Ciconias genitoꝝ senectutem
iuicē educare iuulgatū est. Sed sūt qui meropes quoq; idē facere confirmēt uicēq; red-
di ut parētes nō mō seneſcētes ueꝝ etia statim cū iam datur facultas alātur opa libero-
rum nec matrē aut patrē exire: sed ī cubili manentes pasci labore eoꝝ quos ipsi genue-
runt enutrierūt educarūt pēnæ huius auis inferiores pallidæ sūt superiores ceruleæ: ut
halcyōis postremæ pinnulæ rubræ hēntur parit sex aut septē æstate in p̄cipitiis molli-
oribus intro uel ad quatuor cubita subiēs: lutea dicta a colore partis suæ iferioris palli-
do magnitudine alaudæ ē parit quatuor aut qnq; nidū sibi ex alo herba euulso stirpit⁹
facit sed stragulū subiicit ex uillo & lana hoc idē & merula facit & pica. Interioraq; ni-
dis ex eisdē cōsternūt. Solerti porro ingenio argathylis ī ripariaꝝ genere suū istruit ni-
dum. filis enim intexit lineis specie pilæ aditu arcto. In arabia cinnamus auis appellat
quā surculos cinnamomi portare ac nidū ex his conficere aiūt nidificat excelsis arbori-
bus: & ramis sed incolæ sagittis plumbatis nidum petunt atq; ita discussio in terram cin
namomum legunt.

De specie nidulatione & partu halcedonū. Caput. xiiii.

Alcædo nō multo amplior passere ē colore tū ceruleo: tū uiridi tū etiā leuitet
h purpureo insignis: uidelicet nō pticulatim colore ita distincta sed ex indiscreto
uarie refulgēs corpe toto & alis & collo rostrū subuiride lōgū & tenue. Talis
spēs eius ē nidus marinæ similis pilæ & iis q̄ a flore maris halosachne dicant. Sed colo
re leuiter rufo: figura ꝓxima cucurbitis medicinalibus iis qb⁹ collū porrecti⁹ ē magni-
tudo maximis amplior qua spōgiæ: sūt eni alii maiores: alii minores cōseptus stipatus
q; undiq; est & crebro tū inani tū solido cōstat renitit ferramēto acuto ut uix possit di
scindi. Sed si una & ferro tundis & manu collidis facile perinde ut flos aridus maris (ha
losachnā dico) confrangit. Os eius angustū quoad sit exiguus aditus ut etiā si uertat
mare influere nequeat habet sua inania proxima cauis spongiarū. Ambigitur ex qua
nam materia componatur. Videtur tamē e spinis potius acus piscis constitui piscibus
eni alcedo uiuit. Sed amnes etiā subit ascēdens longius partus huic ouis maxime qnq;
consumitur fœtificat toto suæ ætatis tpe parere nata mēses quatuor incipit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De partu & nidificatione upupe parí: atricapillæ: ſali & uireonis. caput. xv.

Pupa nidum potiſſime e ſtercore hominis facit: mutat faciẽ tẽpore æſtatis: & hyemis: ſicut cæteraꝝ quoq; agreſtiũ plurimæ. Parus oua plurima ædit: ut aiunt. Atricapillã etiã plurima ædere aliqui referunt ſed poſt africam ſtrucionem. Iam uel decẽ & ſeptẽ oua atricapillæ reperta ſunt. Sed plura etiã quam uiginti parit & numero impari ſemper: ut narrant nidificat ea quoq; in arboribus: & uermiculis alitur: propriũ huius & luſciniæ præter cæteras aues ut linguæ ſũmæ acumine careat. Salus uitæ cõmoditate & partus numero cõmẽdatur. Sed alterius pedis claditate cedit. Vireo docilis & ad uitæ mũera ingẽioſus notat' ſed male uolat nec grati coloris ẽ.

De uelia aue & eius colore & ſtatura. Caput. xvi.

Elia cum primis uitæ cõmoditate nota eſt: conſiſtit eſtate in umbra & aura: hyeme in ſole: & apricis inſpectat paludes ab harundinibus ſummis: paruo corpore eſt: ſed uoce proba: colore etiam pulchro necnon ingenio ualet in uitę officiis: & ſpeciem præ ſe fert decoram peregrina hæc auis eſſe uidetur quippe quæ raro noſtris locis appareat.

De moribus & natura cregis: ſittæ: ululæ: certhiæ: & ligurini. Cap. xvi.

Rex moribus pugnacibus eſt ingenio ualens ad uictum. Sed cætera infœlix. Sunt & ei quæ ſtta dicitur: mores pugnaces ſed animus hilaris cõcinnus: cõpos uitæ facilioris rem maleficam ei tribuunt: quia rerum callet cognitione plem hæc numeroſam fœlicẽq; progignit uiuit maceriem contundens. Vlula nocte uagatur ac paſcitur: die raro apparet. Colit hæc etiam ſaxa & ſpeluncas uictus enim gemini eſt pollet ingenio ac induſtria in uitæ muneribus. Nouimus auiculam quandã exiguam nomine certhiam: cui mores audaces domiciliũ apud arbores uictus ex coſſis: ingenium ſagax in uitæ officiis: uos clara. Ligurini & uita & colore ignobiles ſunt ſed ualent uocis amenitate.

De tribus ardeolarum gñibus & eaꝝ uita deq; phoicis natura. Cap. xvii.

Rdeolaꝝ pella difficulter coit ut dictũ eſt: ſed ſagax & cæne gerula eſt: & operoſa. Agere interdiu ſolet colore tamen eſt prauo: & aluo humida. Reliquaꝝ duaꝝ (tria enim ſunt genera) cãdida colore eſt pulchro & coit & nidulatur & parit probe paſcitur paludibus lacu cãpis & pratis. Sed ſtellaris piger cognominata in fabula eſt ut olim e ſeruo in auẽ tranſierit: atq; ut cognomen ſonat iners ocioſaq; eſt talis ardeolaꝝ uita eſt. Phoici appellatæ peculiare præ cæteris eſt: ut oculos potiſſimũ appetat inimica eſt harpæ uictus enim earum ſimilis eſt.

De duobus merularum generibus. Caput. xix.

Erularum duo ſunt genera nigrũ & uulgare alterũ cãdidum magnitudine quidem compari & uoce ſimili: ſed circa cyllenã arcadiæ familiare ne uſq; alibi naſcens. Eſt enim ex hoc genere quæ ſimilis nigræ ſit ſed fuſca colore: & magnitudie paulo minor uerſari hæc i ſaxis & tectis ſolita ẽ nec roſtrũ rutillũ ut merula hẽt.

De tribus turdoꝝ generibus Caput. xx.

Vrdoꝝ tria ſunt genera unũ uiſcinoꝝ quod niſi uiſco atq; reſina nõ ueſcitur & magitudine picæ eſt. Alteꝝ pilare quod ſonat acute & magnitudine merulę ẽ tertium quod iliacum quidam uocant minimum inter hæc minuſq; maſculis diſtinctum.

De aue quadam ceruleo nomine & eius forma, Caput, xxi.

Ouimus & ſaxatilem auiculam quandã cui nomen ceruleo quæ maxime iiſyra colit ſaxa amans: magnitudine minor quam merula maior paulo quam frigilla pede magno eſt: ſcandit q; ſaxa colore ceruleo: roſtro tenui & longo crure breui ſimiliter ut pipo eſt.

De uireone & mollicipite auibus. Caput. xxii.

Ireo totus uiridans ex obſcuro eſt hyeme hic non uidetur: ſed eſtiuo ſolſtitio potiſſimum uenit in conſpectum: diſcedit exortu arcturi ſideris: magnitudine turturis eſt Molliceps eodem in loco ſemper ſibi ſtatuit ſedem atq; ibidem capitur grandi & cartilagineo capite eſt: magnitudine paulo minor quam turdus ore firmo: puo: rotũdo colore totus cinereo depes & pene iualens eſt. Capit' maxime noctu.

De pardalo & Collurione: deq; auibus cæteris quæ ſemper conſpicua ſunt. Caput uigeſimumtertium.

Ardalus etiam auicula quædam perhibetur: quæ magna ex pte gregatim uolat nec ſingularem hanc uideris colore tota cinereo eſt magnitudine proxima ſuperiori ſed pennis ac pedibus bonis uocem frequẽtem nec grauem emittit. Collutio eiſdem quibus merula ueſcitur magnitudo eius quoq; eadem quæ ſuperioribus eſt capitur hyberno potius tempore. Hæc omnia ſemper apparent atq; etiam ea quæ in urbibus ſolent præcipue uiuere ut coruus ut cornix nam ea quoq; ſemper conſpicua ſunt nec loca mutant aut latent.

De tribus generibus monedularum. Caput. xxiiii.

Onedularum tria ſunt genera unum quod graculus uocat' magnitudine quãta cornix roſtro rotundo rutilo. Alterum lupus cognominatũ paruum & ſcurra. Tertium quod familiare lydiæ ac phrygiæ terræ idẽq; palmipes eſt.

De duobus alaudarum generibus. Caput. xxv.

Laudarum duo ſunt genera alterum terrenum criſtatum galerita a criſta appellatum alterum gregale nec ſingulare more alterius ueꝝ colore ſimile: quãquã magnitudine minus & galero carens cibo uero idoneum.

De gallinagine & ſturno earumq; forma. Caput. xxvi.

Allinago dicta per ſepes hortorum capitur magnitudine quanta gallina ẽ roſtro lõgo colore attagenæ currit celeriter: & hominem mire diligit. Sturnus niger albis diſtinctus maculis eſt magnitudine merulæ.

De ibe & duorum earum generibus. Caput. xxvii.

Bes ægypti duplici genere diſtinguuntur. ſunt enim aliæ candidæ aliæ nigrę candide apud peluſium tantũ non ſunt cum in reliqua tota ægypto habeantur nigræ cõtra apud peluſium tantum in cætera ægypto nullæ.

De duobus aſionum generibus. Caput. xxviii.

Siones aliqui omnibus anni temporibus patent & ob eam rem perennes & ſempaſiones uocabulo cõpoſito appellantur qui æſui non ſunt propter uitiũ carnis. Aliqui autumno interdum apparent nec plus uno aut altero die imorantur. Qui & ęſui ſunt & ualde probantur differunt hi nullo fere alio a perẽnibus illis niſi corpulentia pingui & quod uox his deeſt illis non deeſt de generatione eorum quę nam ſit nihil adhuc exploratum habemus niſi quod fauoniis flatibus apparent certum enim hoc eſt.

De cuculi fœtu & eius prudentia. Caput. xxix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vculus ut antea dictū est nō nidificat: sed in nidis parit alienis: & præcipuæ in
c palūbiū: & curucæ & alaudæ humi atq; etiā in nido luteolæ appellatæ super
arborē parit hic unū ouum nec ipse incubat. Sed auis in cuius nido peperit
ea incubat: excludit atq; enutrit: quæ cū ipse alienigena pullus accreuerit: suos eiicere
dicitur ita ut pareant. Alii eos a genitrice occidi & dari in cibo cuculi pullo aiunt uidelicet improbatos ꝓpter speciē cuculi elegātiorem: sed quāq; plurima ex iis uidisse nōnulli
confirmant: tū de pullox interitu non conuenit inter oēs. Alii enim cuculū ipsum repe
tere nidū cui suū ouum mandarit pullosq; deuorare nutricis uolūt. Alii pullum cuculi
q; magnitudine præstet posse percipere cibū oēm oblatum atq; ita cæteros fame pe-
rire autumant. Alii ipsum ut fortiorem cæteros pastus consortes occidere auctores sūt
sed prudenter sane prolis suæ procreatiōem moliri uidetur cuculus. Cum enim se igna
uum minimeq; opitulandi potentem nouerit facit quasi supposititios suos pullos quo
seruari possint timiditate enim hæc auis excedit quippe quæ ab auiculis uellatur & pre
metu earum fugiat.

De apodum nidulatione & caprimulgi forma. Caput. xxx.

Podes quos aliqui cypsellos appellant: similes esse hirūdinū dictum iam est:
a Haud enim discerni ab hirundine possunt nisi quod tibiis sunt hirsutis nidum
specie cistellæ producte longius fictæ ex luto uno aditu dato arctissimo faciūt.
Idq; locis angustis intra saxa & specus ut & beluas deuitare possint & hoies. Quem
caprimulgū appellant auis montana est: magnitudine paulo maior q̄ merula minor q̄
cuculus moribus mollior parit oua duo aut tria cum plurima suggit caprarum ubera
aduolans unde nomen accepit. Cum suxerit uber extingui captamq; excæcari aiunt.
Parum clare interdiu uidet sed noctu perspicax est.

De coruorum nidificatione & fœtu. Caput. xxxi.

c Orui locis arctioribus & ubi nō satis cibi pluribus sit duo tantū incolūt & su-
os pullos cū iā ptās uolandi ē primū nido eiiciūt deinde regiōe tota expellunt
parit coruus quatuor & qnq;. T pe quo apud pharsala hospites mediæ pericre: corui
locis athenax peloponensiq; defuerunt: quasi sensum haberent aliquem quo iter se re
rum euenta significarent & mouerentur.

De sex aquilarum generibus earūq; nidulatione & uenatione. Cap. xxxii.

Quilax plura sunt genera unū quod pigargus ab albicante cauda dī ac si al-
a bicillā nomines gaudet hæc planis & lucis & oppidis hinularia a nōnullis uo
cata cognomine est montes etiā siluaq; suis freta uiribus petit reliqua genera
plana & lucos adeūt. Altex genus magnitudine secundū & uiribus planta aut clauca
nomine saltus & cōualles & lacus incolere solitū cognomie anataria & morphna a ma
cula pennæ quasi neuiā dixeris. Quā homerus etiā meminerat in exitu priami. Terti-
um genus colore nigricans unde nomē accepit: ut pulla & fuluia uocet magnitudine
minima. Sed uiribus oium præstātissima hæc est. Colit mōtes ac siluas & leporaria co
gnominatur una hæc fœtus suos alit atq; educit pernix cōcina polita apta ītrepida stre
nua liberalis nō inuida est: modesta etiā nec petulās: quippe quæ non clangat neq; li-
piat aut murmuret. Quartū genus percnopterus ab alax notis appellatū capite albi-
cante corpore maiore q̄ cæteræ adhuc dictæ hæc est. Sed breuioribus alis cauda lōgio
re uulturis speciē hæc refert sub aquila & mōtana ciconia cognominat incolit lucos de
gener nec uitiis cæteraq; caret & bonoq; quæ ille optinent expers est quippe quæ a cor

uo cæterisq; id genus alitibus uerberetur: fugetur capiatur: grauis est enim uictu iners
exanimata fert corpora: famelica semp est: & quærula: clamitat & clangit. Quintum
genus est quod haliætus hoc est marina uocatur ceruice magna & crassa: alis curuā
tibus cauda lata: moratur hæc in litoribus & oris accidit huic sæpius: ut cū ferre quod
ceperit nequeat in gurgitem demergatur. Sextum genus gnesium idest uerum ger-
manumq; appellant: unum hoc ex omni auium genere esse ueri incorruptique ortus
creditur: cætera enim genera & aquilarum & accipitrum & minutarum etiam auiū
promiscua adulterinaq; inuicem procreant. Maxima aquilarum omnium hæc est ma
ior etiam quam ossifraga: sed cæteras aquilas: uel sexquialtera portione excedit: colo-
re est rufa: conspectu rara: more eius quam cymnidem uocari diximus. Tempus aq-
læ operandi uolādiq; a prandio ad meridianum: mane enim quiescit usq; dum forum
frequens: & prandendum iam sit: senescentibus aquilis rostrum superius accrescit icur
uaturq; subinde magis magisq; ut demum fame intereant: cui rei data ē fabula: ut hoc
ita accidat aquilæ quoniam cum olim homo esset hospiti iniuriam intulerit. Condunt
reseruantq; suo in nido quātum cibi pullis superfit. Quod enim die quaq; facultas ue-
nandi non datur: fit interdū ne quod portent extrinsecus habeant: si quem deprehēde
rint uiolantē nidū: uerberāt suis alis: & unguibus lacerant. Nidulantur locis nō planis
sed celsis p̄cipue quidem arduis saxis & præcipitibus: sed arboribus ēt. Alūt suos pul-
los donec potestas uolandi fiat: tum nido eos expellūt: post regione quam ipsi genito
res incolunt: tota exterminant. T enent enim singula aquilax paria longū tractū: unde
fit ne ullo pacto uicinos habere patiant. Venantur locis nō suo nido propinquis: sed
longe distātibus. Rapta non protinus ferūt: sed cum corrupuerint: & sustulerint: de-
ponunt: experteq; iam pondus reqescunt: leporem etiam non statim rapiūt: sed expe
ctant dum prodeat in plana: nec protinus de alto in terram ruūt: sed paulatim descen-
dunt: quæ ideo faciūt. ut tutiores ab insidiis sint: confidūt etiam locis æditioribus: quia
difficulter a terra tollūtur: uolant sublimes: ut per quam maxime procul aspiciāt: qua
propter homines solā auiū omnium aquilam eē diuinā perhibēt. Oēs profecto qbus
ungues aduncī minime in saxis cōsistunt: quoniā saxi durities impedimento curuaturæ
unguiū est. Venatur Aquila lepores: hinulos: uulpes: & reliqna q̄ uincere ualeat. Vi
uit tempore longo: quo diuturnitate nidi eiusdem declaratur.

De aue quadam scythica & eius nidificatione. Caput. xxxiii.

Cythiæ terræ incola auis ē magnitudie otidis: hoc ē auis tardę q̄ duos ꝓcreat
f pullos: & quæ pepit ouā nō incubitu fouet: sed cōdita i leporina: aut uulpi
na pelle relinqt: atq; ita obuoluta in sūma arbore collocat: cūq; a uenatione
uacat custodit: & si qs scādit: ipugnat: & uerberat alis pinde ut aqlæ faciūt.

De noctua & cicunia siue ossifraga. Caput. xxxiiii.

Octuæ: cicuniæ: & reliq̄ quæ ītrdiu nequeūt cernere noctu uenando cibū
n sibi acqrunt. Verum non tota nocte id faciunt: sed uesptino: & matutino.
Venantur autem mures: lacertas: uerticillos & eiusmodi alias quasdam be
stiolas: quæ ossifraga appellatur: probe: & fœtificat. & uiuit cænæ gerula & benigna
est: nutricat bene & suos pullos: & aquilæ: cum enim illa suos nido eiecerit: hęc recipit
eos: ac educat: mittit namq; suos aqla: anteq̄ tempus sit: adhuc parentis operam desi-
derantes: nec uolādi adeptos facultate: quod per inuidiam ita facere creditur: natura
enim inuida & famelica est: nec copiosa uenationis: magnū tamē qd nascitur cum ue

Universidad de Deusto
Biblioteca

hãtur: iuidet igitur suis liberis: iam maiusculis: atq; edaciusculis: & ob eam tẽ unguibus secat. Pulli ẽt ipsi inter se pugnare incipiũt de sede ac pastu. Itaq; a parente eiiciũtur: & pulsantur: deiecti uociferant: periclitanturq;. Sed ossifraga recipit eos benigne & tuetur & alit: dum q̃tum satis sit adolescãt. Parum hæc oculis ualet: nubecula enim oculos habet læsos. At uero marina illa clarissima oculoꝝ acie est: ac pullos adhuc implumes cogit auersos intueri solẽ: percutit eũ qui recusct: & uertit ad solem. Tũ cuius oculi prius lachrymarint: hũc occidit, reliquum educat. Vagatur hæc per mare & litora: unde nomen accepit. Viuitq; auiũ marinaꝝ uenatu: ut dictũ est. Agredit singulas: cũ emergẽtem obseruarit, refugit auis: ut euolans uidit aqlam & metu perculsa se rursus igurgitat. ut in diuersa prolapsa emergat. Sed hæc aciæ oculoꝝ ualens: sedulo aduolat donec uel strãgulet in humore uel per sũma corripiat. Vniuersas nũq̃ inuadit arcent enim frequentes: respergentesq; suis alis repellũt.

Fulicaꝝ aucupatio. Caput. xxxv.

f Vlicæ spuma capiũtur: appetũt enim eam auidius: quo circa spuma ispersa eas uenari in usu est: caro eaꝝ probi odoris ẽ excepta parte posteriore ultima quæ sola littuum olet pinguescunt satis & æsui sunt.

De accipitrũ generibus numero decem. Caput. xxxvi.

a Ccipitrum genus precipuũ: buteo est Triorcha a numero testium nuncupatus: secundũ æsalo: tertium circus: stellaris autem palũbarius: & pernix differunt appellantur Sumbuteones qui latiores sint alii porcæ: & frungillarii uocantur. Alii leues & rubetarii: qui ab unde uiuunt: atq; humiuolæ sunt genera non pauciora quam decem esse accipitrum aliqui prodierunt: quæ modo quoq; uenandi inter se dissident. Alii enim columbam humi consistentem rapiũt uolantem non appetunt. Alii super arborem aut tale quid conscendentem uenant. Sin humi est aut uolat non inuadũt. Alii neq; humi: neq; in sublimi manentem aggrediũtur: sed uolãtẽ capere conant. Fertur etiam a colũbis quodq; accipitrũ genus cognosci: itaq; cũ accipiter prouolat: si sublimipeta est manẽt quo consisterint loco: sed si humipeta q prouolat est: nõ manent: sed cõtinuo auolãt. Thraciæ parte: q̃ olim cedripolis uocabat hominesq; societate accipitrũ per paludes aucupant. Cũ enĩ ipsi lignis q̃ tenẽt harũdines & fruteta mouerũt: quo aues euolarẽt: accipitres desuper insectant: quoꝝ metu aues perculsæ terram repetũt. Mox homines percutiũt baculis itaq; capiũt. tũ partem earum quas cœperint auiũ accipitribus impartiũtur. Quinetiam apud mœotidam paludem lupos esse piscatoꝝ familiares aiũt: & nisi partẽ suam a piscatoribus acceperint: retia cũ in terra expansa reliccantur lacerare. Ratio auium talis est.

De ingenio maritimorum & fluuiatilium piscium pro ratione commodioris uitæ. Caput. xxxvii.

f Ed in marinis quoq; animantibus permulta intelligi possunt: nõ sine soleriti ingenio effici ratione uitæ commodioris. Nam & inuulgata illa de raia quę piscatrix cognominata est: & quæ de tropedine uera omnino certaq; sunt. Raia enim his quæ gemina ante oculos suos dependent. Quorum fila capilli speciem referũt: sed posttema rotundis quibusdam præpilantur: quasi escæ causa additis: his inquã ubi locis arenosis aut feculẽtis obturbato solo: se abscõderit: piscatur attollẽs illa sibi pendentia fila: dum enim piscículi occurrunt: & capita machinamenti pensilis pulsant: ipsa subtrahens fila allicit: donec eos suum in os adducat. Torpedo pisces quos

appetit afficit ea ipsa quam suo in corpore continet facultate torpẽdi: atq; ita retardos præ stupore capit & uescit: abdit se in harena & limo: tum pisces q adnatantes obtor puerint corripit: quam rem pleriq; conspectam a se retulerũt. Pastinaca etiam se ipsa occultat: sed non simili modo: argumentum: sic uiuere hos pisces adduci potest: quod sæpius habentes in uentre mugilem capiunt uelocissimum piscem cũ tardissimi ipsi sint. Tum etiam raia quæ caruerit præpilatis uilloꝝ illis capitibus macilentior capitur: torpedinem aũt uel hominibus ispirare torporem certũ est. Obruũt harena se & aselli: & raiæ: & passeres: & squatinæ cũq; nullam sui corporis partem intectã relinquerint: uerberãt radiolis sui oris: quos piscatores urgulas uocãt: q̃s piscículi cũ aspexerint: adnatãt q̃si ad algas: qbus uesci soliti sunt. Quo in loco anthias sit: nullam ibi beluam esse confessum est: quo iam indítio secure spongiatores urinant: & sacrũ hũc piscem obeã rem nominant: sed íd casu sic euenire dixerim: quomodo & ubi sit limax neque sus est: neq; perdix: omnes enim limaces ab his ædunt. Serpens marina colore & corpore congro proxima est sed obscurior: atq; acrior: hæc si capta admittat foris: i harenam rostro quamprimũ adacto terebrat: subitq; tota: est ore acutiore hæc quam terrestres. Qui aũt cẽtipeda appellat: ubi hamũ deuorarit: euomit foras sua iteriora: donec hamũ eiiciat: tũ recipit intro ac ualet eadem qua ante salubritate: appetitus his quoq; nidorulentoꝝ ut terrestribus est: mordent non ore: sed tactu totius corpis simíliter: ut q̃ urticæ uocant. Pisces q uulpes nuncupant: cũ se deglutisse hamũ senserit sibi opitulãtur: ut cẽtipedæ: longius nãq; sese efferẽtes hami lineã abrodũt: capiũtur enĩ locis nõnullis hamo: multiplici gurgite: prælto & fluctuoso. Quinetiã hamiæ cũ beluam uiderint aliq̃ colligunt sese: & quæ magnitudine præstant: lustrantes gregem circũuallant: & si qua uiolatur: defendũt: dentes his ualidi: & iam cum aliæ beluæ: tũ lamia agressa uulnera accepisse acrius uisa est. Fluuiatiliũ silurus mas plurimũ curæ proli impendit: fœmina ut peperit abit: sed mas quo in loco plurimis fœtus constiterit: perseuerans oua custodit: nec aliũ præbet usum: nisi ut piscículos ne dirípiant fœtum arceat: idq; uel ad quadragesimũ & quinquagesimum diem facit: donec satis iam aucta soboles se tueri a cæteris piscibus ualeat: prænendit sæpe a piscatoribus ubi oua custodit: dũ enim arcet piscículos: quatit prosilit: & ictũ: sonũq; mouet: manet apud oua tam ardente animo: ut cũ sæpe a piscatoribus oua si prælatis gurgitibus subfidũt: educantur quo ad magis fieri potest in uadũ. Ipse tamen eodem studio fœtum sequatur: neq; deserere usquam patiatur: tunc si minor sit natu: minusq; usu exercitatus facile hamo capit: sed si peritus & hamifraga est: morsu dẽtis sui durissimi rũpit hamũ & fœtũ assidue custodit: omnia uero tũ nãtia: tũ stabilia: locis eisdem q̃bus orta sint: aut similibus degunt. suus enim quisbusq; cibus in is est: uagantur maxime & oberrant: quæ carne aluntur: præter pauca ut mugilem: salpam: mullũ: æricam. Quæ aũt pholis appellat: mucorem quem ipa emittit: sibi obducit: ita ut eo quasi cubili q̃escat. Generis testati: & expedis: pecten potissimũ plurimũq; se mouet uolatu: nam purpura & eius similia: paꝝ admodũ progrediuntur De euripo pyrrheo pisces per hyemẽ oẽs excepto gobione foras enatãt propter frigus: locus hic enim frigidior est: sed ineũte uere eodẽ redeũt. Vacat euripus scaro: & alosa: & reliqs spinosioris generis oibus: mustelis etiã & spinaces in eo mari nequaquã gignuntur: necnon locustæ: polypi: bolitenæ: atq; alia quædã genera: gobionem albũ euripi non posse pelagium certum est: uigẽt pisces ouipari ueris tempore; donec pariant: uiuipari autumno: atq; ẽt mugiles: mullí:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& reliqui generis eiusdem. Apud lesbum insulam omnia tam pelagia quam euripicā parere solent in euripo: coeunt autumno: pariūt uere: cartilaginea etiam autūno: mares cū fœminis circa coitū congregantur. Sed uere subeunt euripum disiuncta: neq; coniugium reperitur ullum: donec pariant: cū coitus tempore complura ex his sibi adhærentia capiantur. Mollium astutissima sæpia est: sola hæc suo utiq; atramento nō modo cum metuit: uerū etiam abscondendi causa polypus atq; lolligo attramentū p metu mittūt: sed accrescit denuo postq; miserūt: ut nūquam copia desit atramenti: cæterum sæpia ut dixi sæpe uel sine pauore suo utiq; atramento: ad se occultandā: & cū p gressa paululū se ostenderit: redit in atramentū: uenaq; etiam suis illis prælongis prætenturis non solum pisciculos: sed mugiles etiam sæpius: polypus fatuus quidem est: cum ad manum demissam hominis accedit sed prudens rei familiaris: cū omnia colligat & suo in domicilio recondat: cumq; consumpserit quantum utile sit: abigit testas: & cancroꝝ crustas: & putamina conchulaꝝ & spinas pisciculoꝝ: sui etiam mutatione coloris uenaq; pisces: trahit enim sibi colorem similem iis qbus appropinquarit saxis: quod idem etiam cū metuerit facit. Sunt q sæpiam quoq; facere hoc idem autument colorem nāq; eam sibi contrahere similem loco in quo uersaq; confirmant. Sed pisciū sola squatina ita affici solet. mutat enim hoc more polypi suū colorem. Genus polyporum magna ex parte biennio uiuere non pōt: sua enim natura tabi obnoxiū est: cuius rei indiciū cū præssus polypus aliquid subinde humoris emittat demūq; absumat totus quod fœminis a partu potissimum incidit: stupent etiam fœminæ: ut neq; undis iactatæ sentiant & manu urinantis de facili capiantur: sordescunt etiam nec præterea assidendo uenari possunt. mares uero alueo tument: & in mucorem lentescūt. Indiciū ne bimatum compleat esse uideq; quod ab ortu eorum qui æstate sit ad autūnū: non facile grādem polypū uideris: cum paulo ante id tempus prægrādes spectentur: a ptu ita senescere debilitariq; tā marem quā feminam ferūt: ut uel a pisciculis deuorentq; & facile a suis detrahātur cubilibus. Cū antea nihil tale iis usu euēiat: tū uero paruos nouelloscq; quis recens natos: tamen nullo eiusmodi malo affici narrāt. Quinimo ualidiores esse quā grādes confirmāt. Sæpias etiā bimatu nō uiuere apertū est. Molliū unus polypus exit in siccū: gradiq; per asperiora: uitat læuia. ualidū cum cæteris suis partibus hoc animal sic collo tamen imbecille cū præmitur est. Mollia ita sese habent: conchas tenuiores scabrasq; efficere circū se: uelut loricam durā: eāq; eo ampliorem quo ipse sunt ampliores: atq; de ea quasi latibulo aut casula quadā prodire aiunt. Nauta quoq; polypus natura: & uitæ muneribus singularis est. nauigat enim per maris summa elatus: de imo gurgite: effert se concha inuersa: ut ascendere possit facilius: & inani scapha enauiget. Vbi uero emersit: concham reuertit: habet inter sua brachia membranulam q̄dam annexā similem iis quæ digitis insertæ palmipedū auium continent ueꝝ illæ crassiusculæ sunt: hæc prætenuis est: & araneæ speciem imitatq; hac uelificat cū aura inspirat: cirros pro gubernaculis utroq; demittit latere: si qd metuerit conchā protinus mari replet: atq; ita demergit: de generatiōe incremētoq; eius conchę nihil adhuc exploratū habeo: uidetq; tamē non ex coitu gigni: sed sponte ut cæteræ conchæ prouenire: nec uero an concha solutus uiuere possit: certū adhuc est.

De ingenio insectoꝝ & formicæ studio. Caput. xxxviii.

i Nsectoꝝ officiosissimū: & præ cæteris fere omnibus animalibus genus formicarū & apū est. Crabrones item ac uespæ: prope dixerim omnia huius cognata ge-

neris: aranei etiam lautiores & strigosiores: ingeniosiores in uitæ muneribus sunt. Iam formicarum negocia omnibus in promptu habentur: utq; eadem semita semper ambulant: & cibaria recondunt: & celsas promptuarias faciūt. nec interdiu solū: sed etiā noctibus plena luna laborem exercent: nemo est qui non uideat.

De generibus araneorum: eorumq; industria in uenatione & tela conficienda. Caput trigesimum nonum.

Raneorum aūt & phalāgiorum plura sunt genera: mordax quod in duo
a distinguitur: alterum simile iis quæ lupos appellant est paruum. uariū. pro
cax. salax pulex nuncupatum. Alterum maius coloris nigri cruribus prioribus nigris tardum: & lente ambulans nec uiribus ualens neq; saliens. Cætera quæ medicamentarii proponūt. aut nullū aut certe exilem inferunt morsum: genus secundum quod lupi nomen accepit. partim exiguum est quod non texit partim maius qđ asperam paruamq; telam apud terram. aut sepes orditur bucculis intexere solitum primordiis intus positis obseruatur. dum aliquid in tela offendens commouerit mox accurrit ut capiat: partim uarium est quod paucam uilemq; telam sub arboribus facit. Tertium genus quod sapientissimum lautissimumq; omnium est. Texit enim primum filis quoquo uersus distendens in orbem: dum stamina ducens initio a medio accepto: nec inscite medium ipsum accipit deinde sub temina inferens: atq; stipans cubile & repositorium alibi sibi constituit: sed uenationem in medio sui operis obseruando exercet: Cum eni bestiola eo inciderit motu medii excitus occurrit: deuincitq; primum obuoluens araneis dum defatiget. infirmamq; faciat: tum tollit ac defert & si forte fame tenetur: exugit: hæc enim fruitio eius est: sin minus: recondito quod cœperit in repositorio: repetit uænandi negotium. Sed prius consarcinato quod per uenatum lacessitum est: si quid inter medium & extrema inciderit: primum ipse in medium currit: inde ad id quod inciderit uelut a stato initio properat. Si quis telam lacerarit texere iteꝝ incipit: uænatur oriente sole: aut occidente: quoniam bestiolæ temporibus his potissimum offendant. Fœmina & texit & uenatur: mas comes fruendi non laborandi ē.

Araneorum lautiorum & telam spissiorem texentium: duo sunt genera: alterum minus: alterum maius: pendens hoc subtus obseruat: ne bestiolæ præ formidine sibi cauteant. Sed incaute incidant in partem superiorem: ineptius enim propter sui corporis magnitudinem est. At alterum quod moderatius est superne obseruat latens in quodā exiguo suæ telæ foraminæ. Aranei statim cum æditi sunt fila mittūt: non intrinsecus tā quā excremētū: ut democritus ait sed extrinsecus de suo corpore ueluti corticē aut amore eorū quæ suis uillis: iaculantur: ut histricis: maiora etiam animalia inuadit: irretitq; suis filis. Nam & lacertos paruos agressus circūdat os: & filis obducit donec cohibeat mox adhærens: morsum defingit: hæc ita se habent. idem plinij libro. lxxiij.

De generibus apum earumq; studio in edificandis fauis: deq; iis herbis qbus apes aluntur. Caput. xxxx.

Enus est insectoꝝ quoddam nomine adhuc uacās: quo uno compręhēdat.
g Sed formā suaꝝ partiū cognatā omniū referēs: uidelicet: ea q̄ fauos faciūt:
ut apes: & reliq̄ similis formæ insecta: quoꝝ genera nouē numero sunt. Sex illa ex his gregalia: apes: reges apū: fuci q; inter apes degūt. Vespæ annuæ: itē crabrones: & teredines: Solitaria uero reliq̄ tria sirenis minor: q fuscus totus est. Sirenis maior niger: uarius. Tertiū quē bombicē uocāt: q maximus iter hæc est: formicę nihil ue

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantur: sed facta ab aliis colligũt. Aranei nihil conficiũt neq; recondũt sed cibũ solũ ueq; natu sibi acqrũt: ex nouẽ iis q̃ modo enumerauí generibus apes (nã de cæteris post) nihil uenant̃: sed ipse sibi cibaria faciũt atq; recondũt: nec enĩ cibus eaꝝ est: cuius rei indiciũ faciũt: cum apiarii eximere incipiũt fauos: quis enim suffiant̃: uehemẽterq; ex fumo laborent: tamen plus mellis tũc ædunt quam prius: quod enim cibi causa sibi recõdiderint: partius eo temporibus cæteris utũtur: sed habẽt etiam quo altero cibo alant̃ quod qdam ceraginen: alii cereũ uocant uerum hoc deterius est: & dulcedine prope ficus. Congerũt id quoq; ut cæram suis cruribus. Per quam uaria in eaꝝ operatione & uita: ratio est. Cũ enim alueũ recœperint mũdum: construere incipiũt fauos deferẽtes ex floribus: atq; etiam arboꝝ lachrymis salicis & ulmi: & reliquaꝝ quæ glutinũ pariunt: his pauimentũ quoq; illinũt: ne bestiolæ nocuæ subeant: uocant hoc opus apiarii tectorum imum. Aditus etiam si ampliores sunt: fabrica obstruẽtes coartant.

Effingũt fauos primum in qbus ipse gignant̃: deinde in quibus reges dicti: & fuci: suos certe semper componũt: sed regum: cum fœtus largior est: fucoꝝ aũt cum copia mellis seperatur: fauos regũ minores faciũt iuxta suos: fucoꝝ iuxta regũ minores quã suos. Exordium operis a tecto aluei: textusq; ad pauimentum perpetuo stabilimento agitur: pluresq; ad pauimentum teliæ deducũtur: cellæ autem & mellariæ & sobolariæ geminæ omnes sunt: immo enim eodemq; interspto: duæ sibi iungũtur cellæ: modo poculi gemini: altera intus, altera foris compages: qua parietibus faui adhærent anteriores: & melle uacuæ relinquuntur: gemino aut triplici uersu pleniores enim sunt faui quibus plus ceræ obducit̃: pars aditus aluei prior illita est ex commosi: sic enim conuocant: quod uelut excrementũ purgamentumq; ceræ est: bene nigrũ: acriscq; odoris medentur hoc plagis: & huiuscemodi suppurationibus: proximum ab eo tectoriũ: picatus: cereus præbet leuius id quam commosis medicamentum est. Sunt qui fucos & per se fingere fauos eodẽ in alueo: & cum apibus negociũ coficiendi faui partiri dicant: ueꝝ mellificandi nullam habere facultatẽ: sed uestitum eos: tum eoꝝ pullos melle quod apes fecerint: manẽt fuci magna tẽporis parte intus: cũq; exeũt: efferũt sese fursum in sublime: gyroq; uolitant: & quasi exercitiũ faciũt: quod ubi satis iam fecerint: redeũt domũ: & epulis perfruũtur. Reges nũquam prodeũt foras: uel ut pascant̃: uel alia causa nisi uniuersa cum plebe: & si cũ pergunt: rex ipse forte aberrarit omnes inqrere: odoratuq; sagaci persequ: donec inueniant accepimus: gestari etiam eũ a plebe cũ uolare non potest: & si perierit: omnes discedere: uel si aliquandiu manserint: fauos quidem conficere. Sed mel nullum nec fieri posse quin breui omnes discedant. Ceram apes: perreptando flores capiũt: prioꝝ acumine pedũ mox priores in medios abstergũt: & medios in blesa posterioꝝ atq; ita honustæ discedũt: & quidẽ grauari premiq; onere cernũtur: quotiens redeunt. Mos apibus ne floꝝ plura gña petãt: uno eodẽq; profectu: sed singulis singula: uerbi gratia: a uiola ad uiolã aduolãt: nec aliud attigũt: quousq; suũ in alueũ redeant: hic sequatiunt: & singulas res aut q̃tuor sequũtur. Sed qd accipiant: haud facile uideris: nec uero quẽadmodũ opantur uisum adhuc est. Cære congestio notari potuit in oleis cũ diutus in eodẽ morent̃: pp frondẽ eius arboris spissiorẽ. Post hæc fœtificare incipiũt: nec prohibet qcquam: quo minus eadẽ i cellas sint & pulli & mel & fuci. Gigni fucos seorsum dr. si dux uiuit. Sed si obiit: in apũ loculamẽtis oriri ex ipsis apibus. atq; hos fieri animosiores. quocirca aculeatos uocari q̃uis aculeo careãt. Animo naq; feriẽdi nõ potestate nomẽ hoc meruerunt. Sunt loculi

ipsi fucorum ampliores & finguntur seorsum quoq; per se faui fucoꝝ. Sed magna ex parte fauis apum inseruntur: quapropter secandum est. Genera apũ plura ut dixi: duo principum: alteꝝ rusum: quod præstantius est: alterum nigrum: magisq; uariũ duplo amplius ape utili. Tertium genus quod optimũ: breue hoc in rotunditatem cõpactile & uariũ est. Quartũ longum crabronibus simile. Præterea quod fur appellatur nigrũ hoc aluoq; ampliore est. Quinetiã fucus qui oium maximus est: sed sine aculeo & ignauus. Differunt inter se apes parẽtibus nate urbanis: & quæ rustico montanoq; uictu educatis, prodierint sunt enim hæ siluestres horridiores aspectu & iracundiores & minores: sed opere ac labore pstantiores. Genus frugi fauos suos æquabiles construit: supernũq; totũ operimentũ politum apponit: & ad singulos usus fauũ singulatim effingit uidelicet partem alia ad mella aliam ad prolem: aliam ad fucos accõmodatam qd̃ si acciderit: ut eodem in fauo oia hæc recipiantur loculus alter deinceps dispositus habetur inanis. At uero illæ porrectiores fauos in æquales conficiunt & operimentum retumidum. Perinde & crabrones imponunt fœtum etiam & reliqua sine ordine statuũt: duces improbi ex his oriuntur: & copia tum fucorũ: tũ etiam eoꝝ quos fures uocant. Sed mellis aut nihil aut ammodum parũ: opera eorum conficitur. Incubant apes suis fauis & concoquũt: quod nisi fecerint uitiari ex aranea fauos aiunt: quod si de cętero se continere potuerint: ut incubitu perseuerẽt: partis quasi abortus sit: sin minus: toti pereunt: fauí gignuntur in iis quæ uitiantur. Vermiculi qui mos pennis subnatis euolant. Curant etiam apes ut faui recti: stent quod si qui corruerint erigunt: & pilis fulciũt fornicatis ut subire possint. Cũ enim uia qua accedãt non datur: cessant incubitu: unde fit: ut faui araneent̃: furis & fuci nullũ est munus. Sed cæteris qbus cũ uiuũt iniuriam faciũt non tñ impugne sp nam deprehensi interdũ a bonis apibus occidũtur. Enecãt nimiq; ipse etiã duces: qui plures quam satis sit habeant̃: & potissimũ improbos ne principiũ multitudo seditiones in examine faciant: necãt præcipue cum non ampla sobolis copia extitit nec hñt tanq̃ coloniam mittãt fauos etiã regũ eo tpe si parati sunt diruunt ut pote cum desinit quibus mittendis duces ipsi pficiantur necnon fauos tollũt fucorũ: si mellis penuriam coniectant̃ nec aluei annona superioris anni abũdant. Et apiarium eximentẽ tũc præcipue de melle ipugnant ac pntes fucos expellũt. Et quidem sæpe uisuntur foris in alueo residentes exules flagrant odio breues cõtra longas: easq; alucis pellere conantur: qua in pugna si ille uicerit optimum ita fore examẽ putatur sed si hæ solæ remanserint ociose uiuunt: & nihil boni integre faciunt. Pereunt etiam ipse antequam autumnus sit studeant bonæ apes quoad fieri potest nequam intra alueum interimant: & si qua interierit intus statim foras cadauer educunt. Qui autem fures uocantur: & suos inuicem fauos offendunt: & alienos si latuerint subeunt sed si capiantur: capite puniuntur: nec sa. ile aut latere aut aufugere possunt: sunt enim in quoq; aditu custodes: & fur ipse si quando furripere ingressum potuerit adeo in sacietatem repletur ut nequeat euolare: sed ante alueum uolutetur itaq; fuga perquam difficilis ẽ. Reges nũquam foris uisuntur: nisi cum migratur: & tunc ita ut reliquæ omnes circa ipsum principem suum glomerentur. Cum uero migrandum est: uox solitaria & peculiaris quædam aliquot ante diebus intus mittitur: & biduo aut triduo paucæ circum alueum uolant. An rex etiam iter eas sit nondum exploratum habemus quoniam difficile cognitu est: collectæ iam auolãt & per singulos reges diuiduntur & si forte paucæ ppe multas consistũt. Concedũt paucæ ipsæ ac plures ad regem quem reliquerint si sequatur

si sequatur interimunt: discessus & migratio ita agitur: singulis aũt muneribus se distri
buũt: ut aliæ flores cõuehãt: aliæ extruant: aliæ poliat fauos & dirigãt. Aquã tunc por-
tant cũ plem nutriũt. Carnẽ nullius aialis tangũt: nec obsoniũ appetũt: nullũ his tpe
certũ cõsuetũq; est: quo operari incipiãt. Sed cibariis nõ carẽt: beneq; degunt: æstiuo
potissimũ tpe opus aggrediuntur: & quandiu serenũ sit: assidue operantur. Nouellæ
etiã tertio quã prodierint die: statim negociũ ineũt si cibus non suppetit cũq; incubant:
digrediunt nõnullæ ad pastũ: sed breui redeunt: ples fœlicis examinis quadraginta di
ebus intermittitur tantũmodo a bruma cum satis iam concreuisse pullitiem senserint ci
bo appositio derelinquũt ipsa uero cum datur facultas rupto operculo exit Bestiolas q̃
in alueis nascuntur: & fauis officiunt: apes notæ melioris tollũt: & rem familiarem tuen
tur: sed alteræ p suo uitio negligũt: & perire patiũtur. Cum aũt fauos apiarii eximunt ci
bi tantũ relinquũt quantũ per hyemem sufficiat: quod si satis sit seruatur examen si mi
nus uel moritur ibidẽ: si ne discedat hyems obstat: uel deserit sedẽ si serenũ nãcisc̃itur:
mel apibus tum æstate: tum hyeme in cibo est: sed recondũt: alteq; quoq; cibarii gen⁹
cui duritiei ceræ proxima quod sandrachã nõnulli appellant. Inferũt iniuriam apibus
maximæ uespæ: & auiculæ quas paros uocant atq; etiã hirũdo: & merops qui apiaster
est: tũ uero ranæ lutariæ eas ubi ad aquã accesserint: rapiũt quãobrẽ eas apiarii per pa
ludes & stagna unde apes aquãtur uænari solent & uespaq; & latibula & hirundinũ ac
meropũ nidos propinquos alueis tollunt nullũ aial nisi sui generis apes fugiunt preliã
tur eni inter se & cũ uespis sed cũ rurí sunt nec sibi inuicẽ neq; ullis aliis iniuriantur. At ue
ro apud suos alueos pugnant acerrime & hostes quos uicerint enecant. Intereunt que
pcusserint q̃n sine intestini eruptione aculeus infixus iunctus cum aluo extringat ali
quí apis interit. Necãt uel maxima animalia ictu sui aculei. Iam equus occisus ab api
bus est sed principes minime irritantur & feriunt efferunt foras apes uita in alueo defũ
ctas & cætera mundissimũ omniũ hoc aial est. Quãobrem sæpenumero cũ alui neces
sitas est auolant & in secessu reddunt excrementũ q̃n male oleat oderunt nõ solum fœ
dos odores sed etiam unguentoq; delicias ex quo fit ut hoies his delibutos percutiant p
eunt apes tũ aliis casibus tũ uero cũ multi principes orti partem quisq; secum quo libũ
it abducat rupeta etiã apes interimit subiens eni aditus alueí afflat & obseruãs rapit euo
lantes nulllo hæc affici malo ab apibus potest sed ab apiario facile interimitur. Genus
aũt apũ quod improbũ esse ac fauos fingere asperos diximus nouellis maxime tribuũt
apiarii nõnulli peccareq; ita p iperitiã eas arbitantur nouellæ autẽ sunt ãniculæ omnici
quaq; examina quot ãnis auolare solitũ ẽ. Nec uero nouellæ ipsæ perinde ac ueteranæ
pungunt cũ copia mellis nõ suppetit. Apiarii fucos depellunt & ficus ac reliqua id ge
nus dulcia in cibo apponunt. Apũ seniores intus operantur hircioresq; more domesti
cæ ratione sunt. Adolescentes roris negocium exercent & ea quæ res exigit portũt leui
oresq; sunt labore hirsutiæ detrita fucos ẽt ipse interimũt quotiens nõ satis loci operib⁹
est tenent eni aluei locum penitiorem. Cum morbo examẽ quoddã laboraret agmen
peregrinũ inuasit & pugna cõserta adeptaq; uictoria mella dirípiebat quod cum apia-
rius prosterneret uictũ examẽ statim egressum ulciscebatur nec hoiem ipsum ullo pa-
cto ipetebat. Morbo examina ualẽtiora potissimũ infestantur clero (sic enim uocãt uer
miculos q̃ in pauimẽto nascũtur) equibus crescentibus uelut aranea alueo totí obducit̃
& fauí carie pereũt. Alterum morbi genus quasi ocium quoddã & ueternitas apũ inci
dit. Cũ fœdo alucí odore pastus gratissimus apibus thymũ est. Sed turbido albidũ p-

fertur: locus æstate nõ feruidus hyeme tepidus: ægrotant eo potissimũ tpe cũ per eru-
ginosam materiẽ operantur. Quotiẽs uero flatu uehemẽti iactãtur lapillũ gestãt quo
se quasi fulcro & fundamine quodã stabilitãt cõtra flatũ bibũt si fluuius sit propinqui
us: nõ alíunde q̃ ex eo posito onere sin minus aliunde humore hausto pgunt ire ad mel
cuomendum: confestimq; negociũ repetunt. Mellis conficiendi tpa duo sunt uer atq;
autũnus. Sed uernũ suauius cãdidius oino p̃stantius autũnali est cõficitur profecto me
lius ex noua cera nouelliscq; stirpibus rufũ uero atq; deformius fauí uitio redditur quip
pe quod perinde ut uinũ a uase uitietur qua ꝓpter coquendũ id reficcãdũq; ẽ. Cũ autẽ
ex thimo florẽte fauí replentur fit ita ut minus mel coeat & duretur: probatur cui exau
reolo color: quod aũt albicat nõ sincero thymo cõfectũ ẽ: sed id oculis & ulceribus cõ
modius applicatur. Mellis exilior pars fluuitat quæ eximenda est. Pura uero & ualida
subsidit cõficiũt cerã cũ stirpes florent quãobrem eximẽda per id tps cera de alueo est.
Continuo eni reparatur hæc sunt unde accipiũt thymus susus: agrestis: sertula capa-
na: albucũ: myrthus: flans: uitex genesta. Cum ex thymo conficiunt aquã admiscent
anteq̃ fauus occupet̃. Egerunt aluí excrementa oẽs aut uolates ut dictũ est aut certa ĩ
parte fauí minores officiosiores maioribus sunt ut dixí: pennæ his detritæ color niger:
dorsum repandũ illæ nitidæ uenustæq; sunt more ociosaq; mulieq; gaudere etiã plausu
atq; sonitu apes uidentur quapropter tinitu æris aut fictilis cõuocari eas in alucũ aiunt
q̃q̃ incertũ est: an audiat & uoluptate ne an formidine ita faciat qn & socias ociosas ac
desides aut minus parcas pellere in more apibus ẽ patiunt̃ inter se opera ut ante dixi: &
aliæ fauos conficiũt aliæ mella: aliæ erythacam & aliæ fauos expoliunt aliæ aquã ipor
tant ad cellas & mella tẽperant aliæ munus extrariũ subeũt. Tempore matutino oẽs
silent donec una gemino aut triplicí bombo excitet omnes. Tum uniuersæ ad opus p
uolant cũq; redierint primum itẽ tumultuant: paulatimq; minus subinde strepunt dũ
una circũ uolitando susurret quasi dormiendum precipiat. Tum repente oẽs contice-
scunt: dignoscitur examen ualere susurrí frequentia & exeundi ingrediendiq; uertigi-
nosa agitatione. Tunc enim nouellæ operantur esuriunt ab hyeme potissimum: cum
opus incipiunt. Redduntur ociosiores si in eximendis fauis: plus mellis relinquatur ita
q; pro examinis numero relinquendum est. Agunt etiam anxius si plus demetatur: q̃
ut residuum cibo sufficiat: atq; etiam si alueus iusto amplior sit desidiosiores redduntur
ægrius enim quasi desperent: operí incumbunt. Castrantur fauí singulis sextariis aut
ternis semisextariis: sed si exuberant: binis sextariis castrari: aut quinis semisextariis
possunt: pauci ternis sextariis. Impugnantur apes a uespis: ut ante dixí: quamob-
rem apiarii eas nenantur: constituta olla & carne in ea posita ubi enim multæ iam ad
carnem accesserint appositio operculo super ignem aulam ponunt fuci autem si pauci
assunt iuuant: reddunt enim apes in opere sollicitiores præsagiũt apes & hyemem &
hymbres. Cuius rei iudicium est quod non auolant sed sereno adhuc in alueo uolutan
tur: quo apiarii hyemem expectant tum uero mutuo inter se annexu alia ex alia depẽ-
det in alueo: indicium deserendi cubilis est: quod ne eueniat apiarii alueis afflant ex ui
no dulcí. Expedit conseuisse apud aluearia piros: fabas: medi am herbam: furiã crui-
lium. Myrthum: papauer: Serpillum amygdalam. Cognoscunt suas apiarii nonnulli
farina in prato respersa. Minus apes fœtificant si uer serotinum sit: aut squalor aut rubi
go inciderit. Ratio apum ad hunc modum est.

De duobus uespaq; gñib⁹ & eaq; studio in fauis construẽdis. Cap. xlí.

Esparum duo sunt gña alterꝝ ferum quod rarꝝ est: nascens in montibus & pa
u tiens non sub terra sed in quercu specie grandius porrectius: nigrius. Variũ
etiã aculeatũq; est: & robustius: ictuq; acerbius q̃ alterꝝ est. Aculeo enim ma
iori q̃ es ꝓportione sui corporis spiculatur: uiuit hoc toto anno & quidem tpe hyberno
quercu cæsa euolare spectatur exigit hyemẽ in latebra: & sp in materie diuersatur: sunt
eius aliæ matrices: aliæ operariæ: ut & in altero gñe quod placidius est. Quæ aũt sit na
tura operariæ ac matricis: in eo ipso placidiore gñe percipi facilius potest: sũt enim hu
ius quoq; duo gña: alterum duces quas matrices appellant alterum operariæ. Maio
res mitioresq; duces sunt ætas operarium annũ non complet: sed omnes hyeme inuale
scente moriuntur: quod ea re cõstat: quia hyeme incipiente stupescant bruma autem
nullæ omnino appareant: duces uero q matrices uocantur tota hyeme uisuntur atq;
sub terra latitant: plericq; enim cum per hyemẽ ararent: aut foderent: matrices uiderũt
operarias nemo: ortus talis uesparum est. Duces ubi iam iocum sibi opportunũ dele
gerunt: fauos opere æstiuo confingũt & uespeta (Cellulas dico) constituũt quaternis
foriculis: aut prope in quibus uespæ non matrices nascuntur quæ cum increuerint rur
sus altera ampliora effingunt: quorum item proles cum creuerit alia faciũt ita ut postre
mo autumno pluríma amplissimaq; uespeta condita habeantur: in quibus dux quæ
matrix uocata est nõ insuper uespas sed matrices iam procreant: quæ quidem superne
per summa uespeti uermiũ specie multo grandioꝝ gignunt in cellulis continuatis qua
tuor numero aut paulo pluribus alioquin increscendi ratio ducibus eadẽ quæ uespis ẽ.
Sed cum uespæ operariæ sauis affuerint nõ preterea duces operant. Sed operariæ ipæ
cibum suis ducibus summinístrant: quod ea re cõstat quia duces non item euolant: sed
intra tecta quiescũt. Cæterum utrum duces anni superioris nouellis iam procreatis du
cibus interimantur a uespis nouellis idq; simili modo eueniat. An plus etiã tpis possint
uiuere: nondũ exploratum est nec uero senectutem & uespaꝝ generis ferí aut aliquem
huiuscemodi affectum annotare adhuc quisq̃ potuit. Est autem matrix latior pondero
sior crassior: & maior q̃ uespa uolatuq; haud plurimũ ualet prepondere enim sui corpo
ris uolare longius nequit: quo fit ut semp in uespariis sedeãt effingẽtes fauos & mũere
fũgẽtes cellario isũt porro mrices nũcupatę i uespariis plurimis. Sed aculeatæ sint nec
ne ambigitur. Videntur tamen & ipsæ ut apum duces gerere quidem aculeum sed nõ
extringere aut ferire: uesparum autem aliæ carent aculeo ut fuci aliæ habent minores i
becillioresq; sunt quæ carent neq; repugnant: contra quæ habent maiores robustæ at
que pugnaces quas nonnulli mares appellant fœminas uero eas quæ carent. Plereq;
ex iis quæ aculeũ gerunt amittere eũ putantur hyeme instante sed hoc ex nemine qui
uidisset accepimus uespæ temporibus siccis locisq; asperis potius oriuntur: ortus sub
terra agitur fingunt suos fauos ex congerie ac terra & ab eodẽ primordio quasi stirpe
unũquẽq; ædificant cibũ uel ex floribus quibusdã & fructibus petunt sed quẽ plurimũ
ex carne coire nonnullæ etiã ex cæteris uisæ sũt sed an ambæ aculeo careant aut habe
ant uel altera habeat altera careat nondũ exploratum est. Ferarũ etiam nõnullæ coire
uisæ sunt: & alteram gerere aculeũ constitit sed de altera incertum est fœtus non partu
prouenire uidetur statim enim auctior quam partus uespæ patiatur existit. Si uespã
ex pedibus cæpis bõbilareq; seueris aduolãt quæ aculeo carent qd nõ faciũt q̃ aculeatę
sunt. Itaq; argumẽto quidã hoc utuntur: ut alteræ mares sint alteræ fœminæ. Capiũt
hyberno tpe in speluncis: & quæ aculeũ habent: & quæ carent: cõdunt aliæ sua uesꝑ

paria pauca & exigua aliæ plura & ampliora: capitur magna matricum pars a sostitio
apud ulmos colligunt enim hinc lentam & gũmosam materiam prodiere locis quibus
dam matrices ortu admodũ numeroso cũ superiori anno uespaꝝ atq; hymbriũ copia
precessisset: capiũtur per precipitia & terre rimas: præruptaq; directiora oẽsq; uisuntur
aculeũ gerere: talis uespaꝝ ratio est.

De crabonibus uictuq; eoꝝ & alueis. Caput. xxxxii.

Rabrones non floribus ut apes: sed carne magna ex parte uiuunt: unde fit ut
c uersari uel in stercore sæpe soleant uenantur enim muscas maiusculas quas
ubi cæperint: abscisso capite reliquũ corpus gestantes auolant. Sed pomum
etiã dulce appetunt: cibus his talis est duces more apũ uesparũq; habent: qui proporti
one ad crabrones maiores q̃ uesparũ ad uespas: & apũ ad apes sunt degunt hi quoq; i
tus ut uesparũ duces: faciunt sibi alueũ sub terra crabrones terra egesta ut formicæ ex
cauant: missio enim ut apũ nullaue coꝝ uel uespaꝝ fieri solet sed qui subinde oriantur
nouelli ibidem manẽt: & alueum terra egesta faciunt ampliorem amplificant maiorẽ
in modũ: & iam ex ualentiore quodam examine qualli tres: & quatuor fauoꝝ pleni ex
cepti sunt: nec uero cibũ ritu apum sibi recondũt: sed iciunii latent per hyemẽ quo tem
pore plurimi moriũtur: an etiam omnes nondũ certũ est: duces non plures uno singu
lis coꝝ examinibus oriũtur ut inter apes gignũtur plures qui examina distrahũt. Sed
si qui crabrones suo alueo aberrarint colligũt se ad aliquã arborẽ fauosq; ibi cõficiunt
qui uel sæpe conspicui apparent in quibus unũ procreant ducem qui cũ adoleuerit:
agmẽ adducit & secũ in alueo collocat. De coitu crabronũ nihil adhuc exploratũ ha
beo nec unde fœtificent. Sed cũ in genere apũ carent aculeo & fuci & reges atq; etiam
uesparum nõnullæ maculeatæ sint ut ante dixi: crabrones omnes armari aculeo uiden
tur. Sed de coꝝ duce considerandũ accuratius est: an aculeũ habeat.

De genere bõbicum & teredinũ earũq; fœtibus. Caput. xliii.

Ombices sub saxis apud ipsam terram fœtificant binis aut paulo pluribus cel
b lulis mellis etiam prauí cuiusdam inchoatio in his reperitur. Teredo nõ absi
milis crabronibus est. Sed uaria & latitudine proxima apibus cupediosa hæc
est & ad culinam & pisces & huiuscemodi delitias singularis aduolat fœtum sub terra
ædit ut uespæ: multiplex huius quoq; teredinarium est: & longe amplius quam uespę
atq; porrectus. Muneris uitæq; ratio apum uesparum & reliquorum generis eiusdem
ad hunc modum est.

Mores animantium differre & mansuetudine & feriate deq; leonum generibus &
natura & lupi ceruarii. Caput. xliiii.

Aeterũ i moribus aiantiũ (ut dictũ iã est) percipi drias licet precipue quidem
c ad fortitudinem: & timiditatem. Sed ad mãsuetudinẽ quoq; & feritatẽ etiã i
ipso siluestrium genere: leo enĩ quãuis in ædendo ferocissimus sit tamen past?
& famæ iã uacans facilis mitisq; maiorẽ in modum est: nihil sic suspicatur nullius suspi
cios⁹ est festiuus: ludibundus beniuolus ammodũ suis cum sociis & familiaribus est:
in uenatu dum cernitur nunquam fugit: aut: metuit. Sed etiam si uenantium multitu
dine cedere cogitur sensim pedatimq; discedit crebro subsistens atque respectans: na
ctus uero opaca: fuga qua maxime potest ueloci se subtrahit: donec in aperta deueni
at: tum rursus lente incedit. Sed si quando locis nudis: atque patentibus cogitur fu
gam aperte arripere currit contentus nec salit cursusq; eius continens ut canũ itẽdẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum tamẽ ipſe inſectatur ubi iam ꝓpinquarit inſilit. Vera etiã illa de eo narrãtur ignẽ præcipue formidare: ut homerus quoq; teſtatur cũ dicat. Ardẽteſq; faces quas q̃uis ſe uiat horret: & pcuſſorẽ agnoſcere atq; ex obſeruato inuadere. Si qs etiã non pcuſſerit ſed infeſtet hũc ſi cæpit nõ unguibus lacerat: nec ulla iiuria afficit: ſed quatit ſolũ: atq; ubi ita pterruit dimittit. Adeũt urbes: & iniuriã hominibus iferunt potiſſimũ tpe ſuę ſenectutis tũc enĩ per corporis ibecillitatẽ: & dentiũ defectionẽ uænari nequeũt. Viuere annos multos putant & quidem qui captus eſt claudus: dẽtes cõplures fractos habebat: quo argumento quidã lõgã eſſe leonũ ætatem exiſtimarũt haud enĩ hoc accidere: niſi lõgo tpe potuiſſe: leonũ duo ſunt genera quoꝝ alteꝝ breuius criſpioreq; pilo quod ignauius eſt: alteꝝ longius piloq; probiore quod generoſius eſt fugiũt interdũ leones demiſſa inter crura cauda ut canes. Iam uiſus aſt leo qui cũ ſuem aggederetur ut ſetis horentẽ aſpexit fugeret. Infirmus parte iliũ eſt contra ictus ſed reliquo corpore multas patitur plagas: & capite ualidiſſimo ẽ. Quæcũq; uel momorderit uel unguibus lacerarit: ſanies pallens admodũ de his ulceribus effluit etiam per faſcias atq; ſpongias nec re primi ullo pacto poteſt: curãtur eodẽ mõ quo morſus canini ulcera. Thoes etiã quos lupos ceruarios diximus hoiem diligunt: & neq; offendũt neq; metuunt ualde pugnãt cum canibus & leonibus quo fit ne eodem in loco ſint ceruarii & leones optimi ceruarii qui minores ſunt genera huius alii duo alii tria ſtatuunt: plura iis eſſe non uidetur. Sed ut piſciũ auiũ quadrupedũ genera aliqua: ita ceruarii quoq; per tpa imutantur & colorẽ diuerſũ hyeme æſtateue trahũt. Atq; æſtate nudi hyeme hirti redduntur.

De natura ſpecie & partu bonaſi. Caput. xxxv.

Onaſus gignitur in terra pæonia: monte meſſapo: qui pæoniæ & mediæ terrę
b collimitiũ eſt: & monapios a pæonibus appellatur magnitudine tauri ſed corpore q̃ bos latiore breuior enim & in latera auctior eſt. Tergus diſtentũ eius locũ ſeptẽ accubantiũ occupat. Cætera forma bouis ſimilis eſt: niſi quod ceruix iubata armoꝝ tenus: ut equi eſt ſed uillo molliore q̃ iuba eqna & cõpoſitiore color pili totius corporis flauus iuba ꝓlixa & ad oculos uſq; demiſſa: & frequens colore inter cinereum & ruſum: non qualis equoꝝ quos partos uocant eſt ſed uillo ſupra ſqualidiore ſubter lanario: nigri aut ammodũ rufi nulli ſunt: uocẽ ſimilẽ boui emittũt: cornua aduncа in ſe flexa & pugnæ inutilia gerunt magnitudine palmari aut paulo: maiora amplitudine non multo arctiore q̃ ut ſingula ſemiſextariũ capiant nigritie proba anciæ ad oculos uſq; demiſſæ ita ut in latus potius q̃ ante pendeant caret ſuperiore dentiũ ordine ut bos & reliqua cornigera oia crura hirſuta atq; biſulca habet caudã minorẽ q̃ pro ſui corporis magnitudine: ſimilẽ bubulæ excitat puluerẽ & fodit: tergore contra ictus preualidoẽ. Carnem habet guſtu ſuauẽ: quãobrem in uſu uænandi eſt. Cũ percuſſus eſt: fugit niſi defatigatus nuſq; conſiſtit repugnat calcitrans & proluuiem alui uel ad quatuor paſſus proiiciens quo preſidio facile utit: & plerũq; ita adurit ut pili inſectantiũ canũ abſumantur ſed tunc ea uis eſt in ſimo cũ belua excitatur & metuit nã ſi quieſcit: nihil uere poteſt. Talis natura & ſpecies huius aialis eſt tpe pariendi uniuerſi montibus enitũtur. Sed priuſquã fœtũ ædant excremento alui circiter eũ locũ in quo pariãt ſe quaſi uallo circũdãt & muniũt largã enim quandam eius excrementi copiam hæc belua egerit.

De ingenio & ſagacitate elephanti. Caput. xxxvi.

Lephantus oĩum feraꝝ mitiſſimus & placidiſſimus eſt quippe qui per multa
e officia & erudiatur: & intelligat quando etiam regem adorare condiſcit: ualet

ſenſu: & reliqua ſagacitate ingenii excellit quam impleuerit coitu: eam rurſus non tangit uiuere elephantos mares: alii annos ducẽtos: alii centũ & uiginti aiunt fœminas ẽt fere totidẽ ſed florere ętate circa ſexageſimũ narrant: hyemis ac frigoris impatiẽs hoc animal eẽ dicit: amat amnes: & q̃q̃ non fluuiatile ſit: tamen riparii dici põt: incedit ẽt per aquã: & eatenus mergit: quatenus eius pro muſcis ſupat: reflat enĩ per eã & ſpiritum accipit: & reddit: ſed natare ſatis pondere ſui corporis nõ poteſt.

Camelũ matrẽ nunq̃ ſupuenire deq; prudentia eq regis ſcytaꝝ. Caput. xlvii.

Ameli matres nunq̃ ſuperueniũt ſuas: ſed ẽt ſiqs cogat: ipſi nõ patiũtur: iã
c cũ aliquãdo admiſſarius nõ haberet: curator pullũ matri operte admiſit: q dũ coiret delapſo operimẽto agnouit matrem: & q̃uis coitũ abſoluerit: memor tamẽ cõmiſſi ſceleris paulo poſt camelariũ illũ morſu defixo iteremit. Ferũt ẽt regi ſcytaꝝ fuiſſe equã egregiã: ex qua mares generoſi oẽs gignerent: quoꝝ unũ q preſtãtior haberet: cũ ut ex matre ꝓcrearet: placeret: admiſſum oĩno recuſaſſe: opertam deinde latuiſſe matrẽ: ut iprudẽs ſupueniret: ueꝝ ubi a cõcubitu faciẽ matris detectã agnouerat: fugam properaſſe: atq; ſeipſum actũ præcipitẽ interemiſſe.

De manſuetudine amore & celeritate delphinoꝝ. Caput. xlviii.

N marino ẽt genere: plurima de delphinis narrant: indicia moꝝ placidorũ
i ac mitiũ. Amores quoq; in pueros & affectus libidinis. Cũ circa tarentũ: & cariã: tũ etiã locis aliis referunt: ferẽt etiã delphinos apud cariã capto atq; ſaucio: ingentẽ reliquoꝝ multitudinẽ cõueniſſe ad portũ: imoratãq; donec piſcator dimiſerit eũ quẽ ceperat: tum oẽs ſimul recepto captiuo rediiſſe. paruos itẽ delphinos magnus aliqs ſemp comitat cuſtodiæ cauſa. Iam cõſpectus eſt delphinoꝝ grex maioꝝ: & minoꝝ ꝓmiſcuus. poſt quem duo q̃dam paulo poſt uiderent delphinulũ defunctũ lãbentẽ in imũ: & in ſũma pelagii dorſo euehere: quaſi miſerantes: ne ab aliq̃ belua deuorarẽt. Quinetia de uelocitate huius aialis mira & icredibilia quædã accepimus: oĩum enĩ uelociſſimũ eſſe credit aialium: tum aquatiliũ: tum terreſtriũ: ſupſiliũt ẽt malos nauigioꝝ maioꝝ: quod tũc potiſſimũ euenit: cũ aliquẽ iſectant piſcẽ: quẽ deuorẽt tũc enĩ ſi quẽ impetunt: longius fugit: ad ima gurgitũ pſequunt pp famis neceſſitatẽ quod reditus lõgior ſit: retinẽt ſeſe quaſi ſpaciũ cogitantes conuerſiq; ferunt pinde ac ſagitta pnices: ut celeritate oportuna longo trãſmiſſo itinere ad locũ ſpirãdi deueniant quo ipetu ſit: ut ſe eiaculẽtur in aerẽ: & ſupſiliant malos nauigioꝝ: quæ forte affuerint: hoc idẽ urinatores faciũt: cum ſe in profundũ demiſerũt: pro uiribus enim cõuerſi: enixius efferunt: ut ſpirẽt: degunt coniugatim mares cũ fœminis. Quæriẽ quamobrẽ in tarrã erumpant hoc enim interdũ eos facere incerta de cauſa dicitur.

De iis aialibus quæ pro actionibus afficiuntur: moribuſq; imutant. Caput. xlix.

Ed ut quoq; animalia pro ſuis affectib⁹ agere: ſic pro ſuis quoq; actionibus
f affici imutariq; moribus ſolẽt: partes etiam corporis nõnullæ ſæpenumero ratione agendi imutantur ut in auium genere cuenit. Gallinę enim cũ mares uicerint: cucurriũt: & exẽplo matiũ temptant ſuperuẽtu coire criſta etiam caudaq; erigitur: ita ne facile præterea ſit. an fœminæ ſint cognoſcere. nõnunq̃ ẽt calcaria parua iis enaſcunt: iam uero & mares uiſi nõnulli ſunt: q cum forte fœmina interiiſſet ipſi officio matricis fungerẽtur in pullos ductando fouẽdo educando. ita ne decætero uel cucurrire uel coire appeterẽt: quinq; & iam inde a primo ortu naturæ: ita nõnulli mares effœminati proueniũt: ut ne cucurriãt: neq; p coitũ agere uelint & ucnerẽ eoꝝ qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

temptent ſupuenire patiantur. Cuculus ẽt immutatur colore & uocẽ minus explanat cum ſe abditurus eſt: quod facere exortu caniculæ ſolet. Patere aũt incipit ab ineunte uere ad eius ſideris ortum. Abditur & ea quam enantham quidam appellant: ac ſi uitiſloram dixeris: exortu eiuſdem ſideris; occaſu uero apparet: uitat enim interdum frigora: alias æſtum. Necnon upupa cum colore: tum uere ſpecie immutatur: ut æſchylus poeta ſatis carmine ſuo expoſuit.

Quin fert ſui ſpectantem & epopem mali.
Colore ſpeciẽ multimodo pingens ſuam.
Saxícolamq; improbum arma geſtantem alítem
Adulti infantis forma hic ſeſe refert
Nam uere candicans ubi extitit nouo
Aeſtate tum deinde ut recanduit ſeges
Alas repente uarius maculatas quatit
Vagatur hic ſemper faſtidiens locos
Deſerta quærit nemorum & inuias plagas.

Complures etiam aliæ aues immutantur per tempora: & colore: & uoce: ut merula quæ ex nigra redditur rufa: & uocem mittit diuerſam: ſtrepitant enim per hyemem cum per æſtatem tumultuas cantent. Mutat & turdus colorem: quippe q collo æſtate uarius, hyeme murino diſtinctus ſpectetur, uoce tamen eadem eſt. luſcinia canere ſolet aſſidue diebus ac noctibus quindecim, cum ſilua fronde incipit opacare. deín canit quidem, ſed non aſſiduo mox adulta æſtate, uocem mittit diuerſam non inſuper uariam aut celerem modulatamq; ſed ſimplicem colore etiam immutatur. & quidem in terra italia per id tempus alio nomine appellat. Apparet non diu: abdit enim ſeſe & latet. Rubeculæ & quæ rutícillæ appellantur inuicem tranſeũt. Eſtq; rubecula hyberni temporis ruticilla æſtiui: nec alio fere inter ſe differunt: niſi pecturis colore & caudæ ſic & ficedulæ: & atricapillæ uicibus cõmutantur. fit enim ineunte autumno ficedula: ab autumno protinus atricapilla: nec inter eas diſcrimen aliquod: niſi coloris & uocis eſt. Auem autẽ eẽ eandem conſtat: quia dum immutaretur: hoc genus utrũq; conſpectum eſt: nondũ abſolute mutatũ: nec alterutrum adhuc propriũ ullum habens appellationis. Nec mirum ſi hæc ita uoce aut colore mutantur quando & palũbes hyeme nõ gemũt: niſi quod aliquando ex aſperrima hyeme placidũ: tps ſucceſſiſſet gemuerit quod apud peritos in admiratione habitũ eſt: cæteq; ineunte uere gemere incipit. Deniq; aues tũc maxime plurimaſq; emittũt uoces cũ coeunt. Mox auiũ & ut aliæ ſeſe i puluere uolutent: aliæ ſeſe lauẽt, aliæ nec puluere neq; balneo utant. Sũt pulueratrices q non altiuolæ: ſed terræ propinquæ: ut gallina: pdix: attagena: alauda: faſiana: lotrices: nõnullæ rectũgues: & q circa fluuios: aut paludes: aut mare uerſãt. Aliæ utrũq; tũ lauare: tũ puluerare ſolẽt: ut colũbus: ut paſſer. Adũcaq; pars maior neutrũ facit hæc ita ſe habent: propriũ nõnullis auiũ euenit crepitus alui. Turturi pars ẽt nouiſſima alui earundem uehementer citatur: cũ uocem reddunt.

De iis aialibus quæ caſtratione imutant: quæue ruminent. Caput. I.

Vtantur uero animantium aliqua forma & moribus non modo per ætates
m & tempora uerum etiam caſtratiõe: caſtrant autem ea quibus ſunt teſtes:
ſunt auibus teſtes intus lũbis hærentes: & quadrupedũ iis quæ oua pariũt
At uero iis quæ animal generant eademq; terreſtria ſunt: plurima quidem parte foris

ſed nonnullis etiam intus continetur: omnibus uero poſtrema aluo habentur. Caſtrãtur gallinacei parte nouiſſima ſui alui: quæ cũ coeũt concidit: hac enim ſi duobus aut tribus ferramentis aduſſeris: capos facies: quod ſi perfectus eſt q caſtratur: criſta paleſcit: & cucurrire deſinit: neq; coitũ uenereum repetit. Sed ſi adhuc pullus eſt: ne in choari quidem ex his quicq; poteſt: cum accreſcit: quod idem in homine quoq; accidere certum eſt. Nam ſi puer adhuc excidatur: neq; poſt geniti pili impediunt: neq; uox immutatur: ſed ſuum ſeruat acumen. At ſi iam puber poſt geniti defluunt pili: præterquam pubes: hæc enim quãuis minuatur tamen manet: ſed congeniti non defluunt: nemo enim ſpado calueſcit. Quadrupedum etiam exactorum: uox omnium in fœminam immutatur. Sed cum cætera niſi nouella caſtrentur intereant: aper unus quæ ta te caſtretur: non refert omnia deniq; ſi dum creſcũt: caſtrant: maiora elegãtiora q ica ſtrata euadunt: ſed ſi poſtea q adoleuerunt: & iam incremento conſtiterunt: caſtres: nihil præterea accedere ad magnitudinem poteſt. Ceruí ſi cũ per ætatem nondũ cornua gerunt: caſtrentur: non ædunt cornua; ſed ſi cornigeri exciduntur: non decidunt cornua & magnitudine eadem ſeruantur. Vitulis tempus caſtrandi anniculis eſt; alioqn minores deformioreſq; euadũt. Modus caſtrandi hic eſt. Tactos deorſum teſtes: atq; obtentos: preſſoſq; in imũ ſcorti: cultello adacto: extrudunt. Mox fibras ſurſum quoad maxime fieri poteſt reprimũt: & plagam infarciunt capillamentis: ut ſanies effluere poſſit: & ſi inflammatur ignem adhibent ſcorto & reſpergunt. Si bos a recenti caſtratu ineat: procreare poteſt. Apria etiam ſcropharum caſtratur ne præterea coitum appetat: ſed breui tempore obæſetur. Caſtratur aũt cũ biduo ieiunarit: ſuſpẽſa pernis prioribus: reciſa cute inter fœmina: qua maribus teſtes maxime continentur: hac enim parte adhæret uuluis Apria dicta: cuius exigua parte abſciſa conſarcinant. Cameli etiã fœminæ caſtrantur cum eis uti in prælio: libet ne concipiant utero: nõnulli ſuperioris aſiæ incolæ camelos uel ad tria milia peſſidẽt. Currũt cameli celerius q equi niſſani: ꝓpter laxiorem ſui gradus glomerationẽ & caſtrata deniq; auctiora q icaſtrata euadũt. Animalia qbus ruminare in rumore eſt proficiũt delectanturq; nõ minus in ruminando q ædẽdo. Ruminant quæ ſuperiore dentiũ ordine carent ut boues: oues: capræ: ex feris nullũ adhuc ruminare conſtat: præterq; ea quæ aliquando cũ hominibus exigũt: ut ceruus, hunc etenim ruminare planũ eſt. Iacent potiſſimũ cum ruminãt omnia: & hybernis precipue menſibus ſolent ruminare: ſeptẽ fere menſibus hoc faciũt: quæ intra tecta alunt: gregales leuius minuſq; temporis ruminant: quoniam foris paſcãtur. Sũt etiam ex dentatis utrinq; nõnulla: quæ ruminent: ut mures pontici: & piſcis: quẽ abea re ruminalẽ quidam appellarunt. Sunt itẽ alui fluentioris ea qbus longiora ſunt crura: ſed propenſiora ad uomitũ ita eſſe magna ex parte perpenſum eſt.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER PRIMVS INTERPRETE THEODORO.

Duos eſſe & contemplandi & docendi precipue habitus eorumq; ibi longa diſceptatio: multaq; contra Empedoclis doctrinam ſeu contemplationem. Caput primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

N OMNI CONTEMPLANDI Genere: omniq; tum nobiliori: tum ignobiliori docēdi uia & ratione: duos esse habitus cōstat: quoy alteri scientiam rei appellasse: alteri quasi peritiam quandam bene est hominis enim probe periti officiū est iudicare perspicienter posse: quid nā recte aut nō recte ab eo q docet: exponit. Quippe cū & hominem omnino peritum talem esse existimemus: & peritiam ipsam non nisi facultatem huius officii esse statuamus. Sed hunc omnibus fere in rebus ualere iudicio arbitramur numero numeri. Illum uero certe naturæ alicui delegamus: fieri enim potest ut rem unam quispiam: ita ut alius omnes possit iudicare. Quā obrem naturalis quoq; historiæ siue contemplationis limites huiusmodi aliqui poni debent: ad quos iudex modum explicandi referre possit & approbare semoto illo ueritatis examine: quonammodo res ita ne an aliter se habeat. Verbi gratia utrum substātias singulatim discutiendas cepisse præstet: hoc est naturam hominis aut leonis: aut bouis: aut alius cuiusquam generatim exponere aptius sit: an rebus subiectis quæ cōmuniter omnibus accidunt: communi usu quodam potius agendum. Sunt enim complura quæ eadem in multis generibus diuersis inter se sint: ut somnus: spiratio: auctio: diminutio mors. Ad hæc id reliqui genus effectus & dispositiones. Nihil enim adhuc certi explanatiq; habetur: quod de his dicere possimus: sed cum singulatim agimus: eadem sæpe de multis referre necesse est. Nam & in equis & in canibus & in hominibus ea quæ modo dixi: omnia insunt quapropter qui singulatim agere per accidentia uelit sæpenumero uerba eisdem de rebus facere cogetur quę scilicet eædem animantibus adiunctæ sunt specie diuersis: sunt etiam fortasse quæ cum eandem sortiantur appellationem: discrimine distent speciei ut animalium incessus: quippe qui specie unus esse minus uideatur: discrepant enim inter se uolatio: natatitio: ingressio: reptio. Quamobrem quonammodo tractandum sit: latere: non conuenit: utrum inquam communiter primum per generis complexionem: post uero res proprias considerare oporteat. An protinus quæq; persequi singulatim rectius est: non enim de hac re adhuc perfinitum est. Nec illud confessum est: utrū ut mathematici rem suam celestem demonstrare consueuerunt. sic homo rerum naturalium studiosus: primum quæ patent in animantiū genere partesq; singulas explorare. deinde causam: quamobrem ita sint reddere debeat: an secus agendum sit: Ad hæc cum plures causas generationis naturalis esse uideamus scilicet eam cuius gratia res gignantur: atq; eam unde mouendi principium sit: diffiniendum de his etiam est: quæ nam prima quæ secunda haberi debeat: principatum sane illa obtinere uidetur: quam sub hoc uerbo cuius gratia significamus: hæc enim ratio est: ratio autem principium est pariter in rebus: tam arte q̄ natura constituendis. Vbi enim uel per intellectum uel per sensum medicus sanitatem: opifex ędes definierit: rationes & causas rei: quam facit reddere solet: & cur ita faciat subiungit quā illa cuius gratia: causa & ratio boni & pulchri: naturæ operibus potiusquam artis coniuncta ē: necessitas uero non æque in rebus naturæ omnibus inest: ea uidelicet ad quai omnes fere auctores rationes referre temptant prius q̄ doceant: quot modis accipi necessarium debeat. Inest id ipsum rebus quidem æternis: simplici absolutaq; ratiōe: sed caducis etiam gignendisq; omnibus ex suppositiōe tribuitur quomodo i artificiosis: ut ædibus: & quibusuis aliis generis eiusdem. Materiam enim talem adesse necesse est: si domus: aut quiuis alius finis futurus sit: atq; etiam fieri moueriq; illud primum opor-

tet: deinde hoc ac deinceps ad hunc modum itur ad finem cuius gratia res quæq; & efficitur & est: eodemq; modo in rebus quoq; natura gignendis agitur. quanquā de monstrādi modus necessitatisq; ratio in naturali doctrina: diuersa atq; scientiis specularius est dixi de his alio loco principium enim alteris qd ē: alteris qd accomodatur. Quod enim talis sanitas aut homo: hoc uel esse: uel factum iri necesse est. Non quia hoc uel est uel fuit illud necessario uel est uel erit: neq; huiusmodi demonstrationis necessitatem: ita perpetuitati annectere possumus ut dicere liceat hoc eē: quoniam illud est: sed de his etiam alio loco disputatum a nobis ē: & quibus in rebus id liceat: & quæ possint reciprocari: & quam ob causam. Latere autē ne illud quidem oportet: an ita agendum quēadmodum priores auctiores: qui quomodo res quęq; fieret: quam quo mō esset tractare maluerunt: non enim inter hæc parum interest: sed enim exordiendum quod dictum iam est: ut primum res persequamur: quæ duoq; in genere conspectiores promptioresq; habentur deinde causas reddamus: & generationem: hoc enim in edificiis etiam potius euenit: q̄ enim forma ædium talis est: an q̄ tales sunt ædes: iccirco: ædes hunc potius in modum censemus: generatio enim substantiæ gratia ē non substantia generationis gratia Quamobrem empedocles pleraq; in animalibus propterea ita contineri: quia ita cum oriētur acciderit male ait ut & spinam haberi talem q̄ p contortionē disiungi frangiq; accidit: nescius & quam semē genitale quod constiterat uim tale habere oportet: & quā res quæ effecerat prior eēt non mō ratione: uerū etiam tpe. Gignit eteni hō hominē: itaq; ortus talis euenit spē: quoniā talis qui gignit est. Quinetiā de his quæ sponte fieri uidētur: pariter atq; de artificiosis aīaduertere licet. Nonnulla. n. uel sponte eadē quæ arte fieri possunt ut sanitas. His igit̄ causa efficiens similis antecedat necesse ē ut ars condēdarum statuarum prior statuis ē: quando sponte fieri nequeunt. Artem autem operis eē rationem omni abiunctam materia certum ē: fortuitis quoq; ratio similis est ut enim ars se habet ita existunt. Quamobrem cēsendū ita potissimū ut ob eam rē membris his homo constet quia hoc homini cē est: Non enim fieri potest ut siue his membris homo sit: sin minus: proximū tamē aliud quicquam opinandū & uel omnino fieri aliter non posse: uel bene ita fieri tātum posse statuēdum. Cum itaq; talis res sit generationē in hunc modum talēq; euenire necesse est. Quapropter membra non sine ordine oriuntur: sed primum hoc: deinde illud atq; in hunc modum omnia quæ natura consistunt disponuntur. Veteres igitur illi: & primi naturæ interprætes: materiale principium atque eiusmodi causa quæ nam qualisq; eēt indagarunt: & quonam pacto hinc tota orirētur: & quo mouēte: ut discordia & concordia: aut mēte aut casu: temeritateq; spōtiua docuerūt cū subiecta materia talem quādam præ se ferre naturam uideretur: ut feruidam ignis gelidam terra: & alterā leuē: altera grauē: sic enim mundum etiam gñat: hæc eadē de orru plantarum & animalium quoq; referunt. Ventrē enim aluum omneq; cibi & excremēti conceptaculū ita constitisse cū in corpore humor laberet & rueret: nares ex rupto patuisse: cū spūs siue flatus trāsmearet atq; dispelleret. At uero aer & aqua nō nisi corpoy materia ē: naturā eni oēs ex iis corpibus componūt atq; cōstituūt. Quod si hō cætera aīalia membraq; eoy natura constet dicēdum profecto de carne: de osse: de sanguine deniq; de oibus tam simili q̄ dissimili strue cōpactis. ut de facie: de manu de pede: qua quodq; coy tale sit: & qua ita constēt facultate siue uirtute: nō eni satis ē eatenus tantū nosse qbus ex rebus compositū sit: ut igne: terraue: sed perinde agēdum: ut si de lecto: aut de quolibet

alio generis ciusdē ageretur. Formā enim potius q̄ materiam eius declarare tempera remus: ut æs: aut lignum: uel si id minus totius quidē ipsius speciē nō omitteremus lectus: hic enim hoc est aut hoc tale ē. Quo circa uel ipsam figuram explanari: qualisq; forma sit indicari cōgruit. Quippe cum formæ natura potior sit q̄ materiæ. Igit̄ si animalium mēbrorūq; unūquodq; figura colorecq; est: recte democritus disserit qui ex iis ipsis putasse animalia cōstare uidetur: quippe q perspicuū eē dicat qualis forma sit hō quasi sua ipse: homo figura colorecq; pateat. Atqui mortuus homo q̄q̄ figuræ formam hēt eandē tamē homo non ē. Ad hæc fieri non potest ut manus si quocūq; modo constans: ut ænea: aut lignea: nisi equiuoca nominis communione: sicut quæ picta est: ut pote quæ suo fungi officio nequeāt; quomodo nec lapideæ tibiæ suum assequi munus possunt: neq; medicus pictus artem medicinalem exercere potest: pari ratione membrorum quo omnis uita functi nullum id esse insuper potest quod erat cum uiueret: ut oculus: manus: pes: reliqua: ergo simplici admodū & pingui minerua dictū hoc ē. ac perinde quasi faber de lignea manu loqueretur. Sic enim naturę illi exploratores ortus & causas referunt figurarum. A quibus enim facultatibus condita fuerint exponunt. Itaq; faber securim fortasse aut terebrum dicet. Illi terram & aerem: sed melius faber: ut qui parum sufficere arbitretur si usq; eo dicat quod instrumento incidente: partim caua: partim plana extiterunt: sed adiiciat: quoniam talem adegerit ictum: & causam cur ita exponat uidelicet: ut talem aut talem formam opus acciperet. Constat igitur non recte illos disseruisse: atq; animal tale esse dicere oportere: & quid qualeq; tum id ipsum: tum etiam membrum unūquodque explicari oportere: quomodo de forma lecti docendum est. Ergo si animal uel anima uel pars animæ: uel non anima est: quamprimum enim a corpore anima discessit, animal esse desinit: neq; membrum ullum nisi figuræ suæ ratione idem relinquitur, modo eorum quæ fabulæ transisse in lapidē narrant: si hæc inquam ita statui debent hominis naturæ studiosi sane interest de anima & disserere & scire: & si non de omni anima: tamen de ea ipsa qua tale animal est: & quid nam anima aut certe pars ista animæ sit: atq; etiam de iis quæ tali eius substantiæ accidant p̄sertim cū bifariam naturā intelligamus: ut altera p materia sit altera pro substātia quæ quidē & ut mouēs: & ut finis est taliscq; aialium anima: uel oīs uel pars aliqua eius sit. Nam ob eam etiam rem qui de natura agit eo amplius docere de anima quam de materia debet quo materia natura potius per anima quā ecōtrario est: lignū enim & lectus & tripes propterea est: quia idē potentia illa est. Sed queret quispiā aiaduertens ad id quod modo dixi. Vtrum de anima omni docere naturalis scientiæ iterſit an de aliqua una. At si de omni: nulla certe præter naturalē philosophiam relinquetur scientia intellectus. n. siue mēs rerum intelligibiliū est itaq; rerū omnium notiones naturalis una tenebit. Est enim eiusdē scientiæ: ut tam de intellectu q̄ de re itelligibili doceat: si qd eadē contēplatio omnium est inter se ita coniunctorum: sicut sensus etiam & rei sensibilis. An non omnis anima principium motus ē: neq; partibus anime omnibus id tribui debet: sed augēdi principium idē putandum, quod & in plātis ē: alterandi uim eadē q̄ sentiēdi, differēdi aūt aliud quicquā: non uim intelligēdi delationē enim uel i cęteris eē animalibus nouimus: intellectū: siue mētē in nullis: constat igitur non de aia disserere omni oportere: quādo quidē non aia omnis natura ē: sed aliqua eius pars una: aut ēt plures. Ad hæc rē a materia abstractam nullam potest scientia naturalis comtēplari. Cū natura rei alicuius gratia faciat omnia: rebus aūt abstinctis abiūctū id ē quod sub

hoc cuius gratia uerbo itelligimus ut enī ars i artificiosis ita i reb⁹ ipsis aliquod eē principium aliud: & talis causa uidetur: quā ex uniuerso perinde ut caloris frigorisq; primordia habemus. Quam ob rem uerisimilius dixerim cœlum & factum eē ab eiusmodi cā si factum est & esse ob eam causam quam animalia caduca atq; mortalia ordo enim & ratus certusq; status: longe magis in rebus patet cælestibus q̄ in nobis incerta autem inconstans & fortuita conditio in genere mortali potius est. At illi gen⁹ animalium quod q̄ natura constare extitisseq; censent. Cælum autem forte sponteq; tale constitisse uolunt in quo nihil fortune nihil temeritatis deprehendi potest. Rem autem hanc esse illius gratia asserere ubiq; solemus quotiens finem intelligimus aliquem in quem motus (si nulla res prohibet) terminetur: quo circa eiusmodi aliquid esse constat quod naturam uocamus: non enim quodlibet: & utcunq; fors tulit: ex quouis semine oritur: sed hoc ex hoc neq; ex corpe quolibet semen qdlibet prodit: principiū namq; & efficiēs rei quæ gignitur semen est: sunt hæc enim natura & proinde ex hoc enascuntur. Atq; etiā priusquam hoc: illud est unde semen expromitur. Semen enim ipsum generatio est: sinis uero substantia utriscq; autem his prius illud est a quo proficiscitur semen enim bisariam accipitur: uidelicet ex quo: & cuius nam & a quo decessit: eius semen est: ut equi: & eius quod ex illo futurum est: ut muli. Verum non eodem modo: sed ut dictum iam est. Ad hæc semen non nisi potentia est. Potentia autem quemadmodum ad actum se habeat nouimus causæ igitur hæ sunt duæ numero: altera cuius gratia: altera ex necessitate multa enim gignuntur: quia necesse est. Sed quæret fortasse quispiam: quam necessitatem intelligi uelint qui res fieri necessario aiunt neuter enim accipi potest eorum modorum. Qui prefiniuntur in iis quæ per philosophiam tractata sunt. Tertius autē iis quæ habent generationem rebus est: alimentum enim neutro illorum modorum eē dicimus necessarium. Sed quia fieri non potest: ut res sine eo sit ideo necessitatē ei ascribimus. Quod quasi ex suppositione ē: ut enim quia securi scindēdum sit durum aliqd esse necesse est: & si dux uel æneum uel ferreum: ita cum instrumētum sit corpus (ē enī tum mēbrum unūquodq; ei alicuius gratia tū uero totū ipsum) efficitur profecto ut eē tale atq; ex talibus constare necesse sit si illud cuius gratia ipsum est futux sit. Constat igitur duos esse causæ mons ac potissimum utrūq; assequ uerbis oportere: sed si minus id fieri potest tamen pro uiribus enitū ad eius significationem omnesq; nihil fere de natura docere: qui hoc non dicunt existimare. Principium enim rerum natura potius q̄ materia est. Empedocles etiam in eam interdum incidit ductus ab ipsa ueritate & substantiam atq; naturam esse rationem fateri compellitur uelit cum os quid sit reddit. Quippe qui non aliquod elementum unum esse id uelit. Non duo aut tria non omnia: sed mixtionis elementorum rationem. Igitur & carnem & cæteras eiusmodi partes hunc eundem in modum esse apertum est causa uero quamobrem antiquiores illi auctores non adhunc uenerint modum: q̄ quid res esset atq; substantiæ definitionem ipsam explicare haud quaq̄ solebant. Sed democritus hanc tetigit primus non tamen quod ad rerum naturalium studium putauerat necessariam: sed quoad ab ipsa retraheretur. Socratis uero temporibus usus quidem definiendi increuit: sed indagatio rerum naturalium desiit: nam omne philosophandi studium ad utilem uirtutem ciuilemq; usum trāslatum est licet quod modo dixi: ita demonstrare: data animalibus spiratio est huius gratia rei: sed eam propter has effici res necesse est: necessitas uero alias ita significat: ut si res cuius gratia futura sit: hæc haberi necesse sit alias ita ut sic se habeant ap-

taq; ſua natura ita ſint egredi eni calorē rurſuſq; ingredi cum in re obuia offendatur ac remq; interlabi neceſſarium eſt. Sed cum aer exterior refrigerando retorquet igreſſus atq; egreſſus caloris interioris rei alicuius gratia agitur. Hic modus tractandi eſt: hæc ad id genus doctrinæ uia & ratio attinet hæc & ciuſmodi ſunt ea quorum cauſas acceꝑiſſe operæprætium eſſe ducimus.

Contra eos qui genus ſingulare in duas diuidunt dñias. Cap. ii.

Vnt uero qui genus in duas ſecando differentias accipiant ſingulare. Quod quidem partim non facile: partim nullo pacto fieri poteſt. Non enim de ſunt quorum una tantum ſit differentia. Cætera autem ſuperuacua ſint uerbi gratia pedatum: bipes fiſſipes multifidum hæc enim una potiſſima eſt. Sin minus ſæpius idem dici neceſſe erit. Ad hæc genus quoduis diſtrahi non debet: ut exempli gratia aues aliæ in hoc: aliæ in illo diuiſionis membro collocētur. Quod ædite ille diuiſiones faciunt. Quippe cum ita fiat ut auium aliæ cum aquatilibus cōſtituantur: aliæ in alio ponantur genere. Sed ut nomen huic ſimilitudini auis illi piſcis inditum eſt: ſic aliæ ſunt quæ nomine uacent: ut illa compos ſanguinis aut expers utraq; enim nomine uno carent. Quod ſi nihil ex iis quæ generis ſocietate iunguntur: diſtrahi debet fruſtra illa ſe orſum in duas partes diſtinctio agitur cum ſeiūgi ac diſtrahi ſit neceſſe ſi ita diuidatur. Sunt enim ex multipedibus: alia in terreſtri: alia in aquatili genere.

Contra eos qui differentias per priuationes diuidant. Caput. iii.

Riuatione item diuidere ita neceſſe eſt. Et quidem id faciunt qui ſeorſum in duo ſecant At priuationis qua priuatio eſt nulla ē differentia nō enim fieri poteſt ut ſpecies eius ſit quod nō eſt uelut ipedati aut impēnati: ſicut pēnati & pedati: differētia autem uniuerſalis ſpecies habeant neceſſe eſt. Nam niſi habeat: cur uniuerſalibus potius adnumerari quam ſingularibus debeat. Sed quamq; ſunt differētiæ quę uniuerſales ſint & ſpecies habeant ut pennatus cum pennarum alia fiſſa: alia continua ſit pedatus etiam partim multifidus eſt: partim bifidus quod in biſulcis animalibus patet partim continuus nulla fiſſura diductus qualis eorum eſt quæ ſolidam habent ungulam. Tamen difficile eſt: uel in eiuſmodi differentias quarum ſpecies ſunt diſpartire ut quoduis animal contineatur in iis ipſis nec idem in plure ueniat ut pēnatum & ipennatum ambo enim hæc in eadem ſpecie poſſunt contineri ut formica ut nitedula ſiue cicidela: & alia quædam utrunq; recipiunt: omnium uero difficilimum immo impoſſibile eſt: ut in ea quæ ſanguinæ carent ita diuidamus differentiam enim unamquamq; in aliquo ſingulari ineſſe: & proinde oppoſitam neceſſe eſt. Quod ſi fieri non poteſt: ut iis quæ ſpeciæ inter ſe differunt: ſpecies aliqua ſubſtantiæ indiuidua unaq; inſit. Sed differentiam intercedere neceſſe eſt: ut auis ab homine differt bipedis enim ratio alia diuerſaq; eſt: uel ſi ſanguine conſtant: ſanguis diſcrepat ipſe: niſi pro nulla eſſentiæ parte debeat haberi: ſed ſi hoc ita eſt: differentia una duobus inerit. Quod ſi ita ſequetur: apertum iam eſt impoſſibile eſſe ut priuato ſit differentia. Quinetiam totidem differentiæ erunt: quot animalia indiuidua: ſi quidem & ea ipſa indiuidua ſunt: & differentiæ indiuiduæ. Neq; ulla differentia communis eſt. Quod ſi ita fieri poteſt ut non communis ſed indiuidua ſit: conſtat quæ diuerſa ſunt ſpecie animalia in eodem per illam quidem communem contineri. Itaq; neceſſe eſt: ut ſi proprie ſint differentiæ: in quas omnia idiuidua cadāt: nulla cōmunis ſit. Sin minus quæ diuerſa ſūt ue

nient in candē: cum neq; indiuiduum idē diuerſas per diſtinctionem adire debeat differentias. neq; diuerſa candē: atq; omnia iis ipſis oporteat contineri ſpecies igitur indiuiduas colligi ita non poſſe: ut diuidunt qui animalia aut quoduis aliud genus ſeorſum in duo ſecant: apertum iam eſt: fit enim auctoribus illis: ut ultimas differentias totidē eē quot animalia omnia indiuidua ſpecie neceſſe ſit. Cum enim genus aliquod ſit: cuius differētiæ primæ album & nigrum habeatur: atq; eorum utrorumq; aliæ ſint: itidemq; ulterius uſq; ad indiuidua: efficitur profecto: ut ultimæ aut quattuor aut aliquo numero eliciantur: uidelicet qui ab uno multiplicari poſſit. Totidem autē ſpecies quoq; erūt cum differētia ſpecies ſit in materia: neq; enim ſine materia pars ulla eſſe poteſt animalis: neq; ſola materia non enim quoquomodo habens quid: corpus animal ē: nec partium ulla: ut ſæpius dictum eſt. Ad hæc diuidendum iis rebus eſt quæ ſitæ in ſubſtātia ſunt non iis quæ accidunt: ut ſi quis ita figuras diuidat: ut alię angulos pares duobus rectis aliæ pares pluribus habeant. Accidit enim triangulæ figuræ: ut pares duobus rectis angulos habeat. Oppoſitis itē diuidēdum eſt: diſtant enim inter ſe oppoſita omnia ut albedo & nigredo: ut rectitudo & curuitas quod ſi altera diuerſa ſunt diuidēdum per oppoſita eſt et: non ita ut alterum natatione alterę colore diſtinguatur. Animata etiā cōmunibus corporis & animæ muneribus diuidēda ſunt. Quod in iis etiam quæ modo diximus patet. Alia enim greſſilia ſunt alia uolatilia. Sunt enim nōnulla genera quibus datum utrunq; ē: ut partim uolucres partim inuolucres ſint uelut formicarum genus: atq; etiam ſilueſtris urbaniq; ratione: ita diuidetur: quod error eſt: fit enim ut quæ ſpecie ſunt cadē hæc diſtinguere uideamur. Cum omnia quæ urbana ſunt eadem ſilueſtria quoq; reperiantur ut homines; equi boues canes in terra indica ſues capræ oues: quæ ſi equiuoca ſunt: non ſeorſum diſtincta ſunt: ſed ſi eadē ſpecie unūq; ſunt iam fieri non poteſt: ut ſilueſtre atq; urbanum pro differentiis recte capiantur. Omnino quācūq; differētiam diuidis una tantum diuiſione id accidere neceſſe eſt. Quapropter generatim ſumere animalia temptandum eſt ut a uulgo iam auctore diſtinctum eſt genus auis: piſcis cæterorum quæ ſingula multis differentiis deſcribuntur nec bipartita illa ſectione agēdum ē. Sic enim aut omnino fieri non poteſt: ut inſtitutum aſſequamur cū idem in plures cadat diuiſiones & contraria ueniant in eandem: aut una tantum proueniet differentia quæ uel ſimplex: uel per cōplexionē: ſpeciem ultimam referat ſed ſi non differētiæ differētiam accipis diuiſionem effīici continuam. perinde ut oratione cōiunctiōe unam neceſſe ē. uerbi cā occurrit iis q ita diuidere cōſueuerūt aliud pēnatū aliud impēnatum pēnati aliud urbanum aliud ſilueſtre: aut aliud album aliud nigrum: non enim differentia pennati urbanum album ue eſt. Sed hoc principium eſt alterius differentiæ: in pennato autem per accidens eſt. Quamobrem pluribus diuidendum pro unius differentiis quod unum eſt: ut nos cenſemus. Sic enim priuationes differentia facient quam in bipartita ſectione facere nequeant. Apertum uel inde eſt: fieri nō poſſe ut ex ſingularibus ſpeciebus quicquam accipiamus: bipartita generis ſectione & quidam fieri poſſe putarunt. Impoſſibile eſt enim unam differentiam eſſe eorum: quæ ut ſingula diuiſionem recipiunt ſiue ſimplicia ſiue complexa accipiantur ſimplicia dico: ſi non habeant differentiam qualis fiſſipedatio eſt. Complexa autem ſi habeant ut multifidum: ad fiſſipes eſt: id enim illa ſibi uult continuatio differentiarum: quæ de genere per diuiſionem deducuntur: perinde quaſi quid unum omnis hæc ſeries referat. Quamquam uocabulo euenit ut ultima tantum differentia eē uideatur uelut multifidū

aut bipes pedatū ăt & multipes supuacua sint: At uero plures huiuscemodi drias hēri nō posse cōstat eo argumēto q cū pgis subinde deueniēs quidē ad ultimam differentiam: sed non ad summam: & speciem: quæ quidem differentia: uel fissipes tantum est uel omnis complexio: uerbi gratia: si hominem diuidens pedatum bipes fissipes cōponis. At si homo bipes tantūmodo esset hæc: differentia una sufficeret. Sed quoniā hæc una non est multas esse non sub una diuisione necesse est. Atqui fieri non potest: ut plures eiusdem sub bipartita una sint sectione: sed singulæ singulis siniant necesse ē itaq; fieri quoq; nō pōt: ut per bipartitā illam diuisionē aliquod singulare animal accipiamus.

De genere & specie. Caput quartum.

a Ed queret quispiam: cum principio homines non complectēdo appellarit nomine uno generis: quod bestias tum aquatiles tum uolucres contineret. Sūt enim nōnulli affectus: tum iis: tum cæteris animalibus oibus cōmunes. Verūtamen recte ad hūc modum diffinitū distinctūq; est genera enim quecūq; excessu iter se differant: & plus minus ue recipiant hæc uni subiecta sunt generi: quæ autem proportionem recipiunt: hæc seorsum posita sunt uerbi gratia. Auis differt ab aue aut eo q magis habeat quicq̄: aut superantiæ ratione aues enim aliæ penna sunt longiore aliæ breuiore: pisces uero proportione ab auibus differunt. Quod enim penna in auibus: hoc idem squama in piscibus habetur uerum id facere in omnibus non facile ē magna pars enim animalium re eadem affecta est proportione sed cum ultimæ species substantiæ: sint: quæ quidem species nullo speciei discrimine differant: ut socrates coristus: efficitur profecto ut uel uniuersalia explicari prius uel idem sæpius dicere necesse sit ut dictū iam est uniuersalia uero cōmunia sunt. Quæ enim in pluribus īsunt hæc uniuersalia appellamus. Sed questio existit: utra tandem tractari debeant qua enim substantia est: id quod specie indiuiduum est: potissimum dixerim fore si quis de singulis indiuiduis specie seorsum cōsiderare potuerit. Atq; ut de homine: ita de auibus esse agendum habet enim hoc genus species sed non de iis uerum de singulis indiuiduis auibus ut de passere de grue de reliquis huiuscemodi sed si ita eueniet ut sæpe de eodem dicatur affectu (quoniam cōmunis pluribus sit) efficietur sane: ut seorsum referre de singulis & subabsurdum sit & prolixum. Cæterum scite fortasse agetur: si quæ ad genera attinent: ea cōmuni negocio explicemus uidelicet quæ recte ab hominibus definita dicuntur quæq; naturam sortiuntur cōmunem & species non longe inter se differentes complectuntur ut auis ut piscis: & si quid aliud sit nomine quidem uacans sed genere parimodo species continens. Quæ autem non eiusmodi sunt: hæc singillatim doceamus ut de homine: & si quid aliud tale habeatur. Genere autem si quam similitudinem preferant: figuris fere partium: totiusq; corporis describuntur: quale genus auium: aut piscium é mollia etiam atq; ostrea figurarum affinitate sua genera describunt. Partes enim eorū non proportionis similitudine discrepant quomodo os hominis & spina piscis. Sed potius affectionibus corporis idest magnitudine: paruitate mollitiæ duritate: lænitate asperitate: & reliquis generis eiusdem atq; omnino: eo q magis minusue quicquam habeant. Sed quemadmodum ratio tractandæ naturæ probari debeat utq; de iis rebus uia apta facillimeq; contemplari docereq; possimus atq; etiam de diuisione quem imodum fieri possit ut cōmode species sumantur & q̄ bipartita sectio partim fieri nequeat partim frustra fiat dictum iam est. Quæ cum iam præfinita explicataq; sint de iis quæ deinceps sequantur agamus: indeq; ordiamur.

De substātiis naturalibus partim mortalibus partim īmortalibus. Cap. v.

s Vbstantiæ quæ natura cōstant partim ingenite imortalesq; sæculis oibus sūt partim ortus participes atq; interitus itelligūtur. Sed partē illam æternā & p inde nobilem ac diuinā minus cōtemplari propterea possumus: q admodum pauca illius modo sensui patent. Quor̄ beneficio tum de ea ipsa parte diuina tū de iis q̄ nosse cupimus. Facultas nobis cogitādi idagādiq; suppeditetur res mortales: atq; caducas: ut stirpes ut animantes: q eas socias familiaresq; habemus nosse uberius possumus. Quippe cum multa inesse quoq; in genere percipere possit. quicūq; nō laborem recusat pleniorē: utrūq; tamē studiū nos delectat. Res nāq; illas superiores tam & si leuiter attingere possumus tamē ob eius cognoscēdi generis excellētiā amplius oblectamur: q̄ cum hæc nobis iuncta omnia tenemus quēadmodū quālibet partē minimam que corporis nostr̄ puellæ deliciar̄ uidisse gratius: ac iucundius est q̄ cæteror̄ hominum mēbra tota perspexisse & cōtrectasse. At hæc iferiora quia & plura sunt & cognosci plenius possunt iccirco prestantiā sibi scientiæ uendicant. Quinetiā q & nobis propiora: & naturæ familiariora sunt: hinc aliquid cū rer̄ diuinar̄ studio reprehendunt atq; compensant. Sed cum iam satis de illis egerimus nostrāq; explicarimus sniam restat ut de animāte natura disseramus nihil pro uiribus omittentes uel uillius uel nobilius. Nam & in iis quæ hoc in genere minus grata nostro occurrunt sensui natura parēs & auctor oium miras excitat uoluptates hominibus qui itelligūt causas atq; ingenue philosophātur: absurdū eni nullaq; ratione probandum est: si imagines quidē rerū naturaliū: non sine delectatione propterea inspectamus q ingenium una cōtēplamur qđ illas condiderit id est artē pingēdi aut fingendi. Rerū autem ipsar̄ naturæ ingenio miraq; sollertia cōstitutar̄ cōtēplationē nō magis plequamur atq; exosculemur modo causas perspicere ualeamus. Quāobrem uilior̄ aīaliū disputationē perpensionēq; fastidio puerili quodā spreuisse molesteq; tulisse dignū nequaquā est cū nulla res sit naturæ in qua nō mirādū aliquid inditū habeatur. Et quod Heraclitū dixisse ferūt ad eos qui cū alloqui eū uellēt q forte in casa furnaria quadā caloris gratia sedētē uidissent accedere tēperarunt ingredi enim eos fidenter iussit quoniam inquit ne huic quidem loco dii sūt īmortales hoc idē in indagāda quoq; natura animantium faciendū est. Aggredi enim quæq; sine ullo pudore debemus. Cum in omnibus naturę numē & honestū pulchrūq; insit ingeniū. Quippe cū naturæ operibus iūctū illud precipue sit ut nihil temere: uiceq; fortuita cōmittat sed alicuius gratia omnia agantur: finis āt cuius gratia quicq̄ uel cōstat uel cōditū est: boni honestiq; obtinet rationē. At uero si quis cæterorum animalium cōtēplationē ignobilē abiectāq; putat: iam hic de se quoq; idem arbitrari debet. Non enim fieri potest ut ea sine magna abominatione ispiciamus ex quibus corpus cōstat humanum: ut sanguinem: carnem ossa uenas reliqua generis ciusdē oio ita censendum ut qui de quauis corporis parte aut de uase aliquo disputat: nō de materia aut ci? materiæ gratia doceat sed formæ totius ratione: sicut & cum de ædibus agitur non de lateribus non de luto non de lignis: sed de forma ipsarum ædium docemus pari ratione qui de natura agit de compositione totaq; substantia tractet non de iis quæ nunquam: euenit ut a substantia seperentur: sed primum ea distingui singulis in generibus necesse est: quæ per se animalibus accidunt omnibus: post uero causas persequi eorum conandum est. Quod igitur ante diximus: multa in multis animalibus insunt cōmunia partim simplici ratione ut pedes: pennæ: squamæ: atq; etiam affectus similiter: partim

porportione: proportione inquā: q; aliis pulmo datus est: aliis pulmo quidē negatus: sed uice pulmonis iunctū aliquid est: quod pulmoni respondeat: aliis itē sanguis ineſt: aliis sanguinis proportionale quod eandē in genere exangui obtinet uim: quā sanguis in cōpotæ illo sanguinis habet. Verꝝ si seorsum de singulis disputetur eueniet quod dictum iam est: ut sæpe eadē iterentur dū de oibus quæ ad iuncta sunt agitur quippe cū eadē cōpluribus iuncta habeantur. Hæc ita placeant prefiniri & statui. Cū aūt instrumentū oē rei alicuius gra sit: & partes corporis quasq; gra esse alicuius uideamus. Id aūt ipsum esse alicuius gra nō nisi pro aliqua actione sit patet iam totū etiā corpus constare alicuius gra actionis plenioris. Non enī sectio serre gratia facta est sed serra sectionis gra: cū sectio quedā usio sit. Quapropter corpus etiā totū aiæ gratia cōditum est & mēbra officioꝝ gra constant: & numeꝝ: ad quæ singula accomodantur: primū igitur actiones: tum oium cōes tum eas quæ sue singulis gnibus speciebusq; hēantur exponi oportebit. cōes dico quæ adiūctæ oib⁹ sūt animalibus suas aūt ꝓpriasq; appello: quaꝝ drias per excessū: siue superantiā cōparando accipimus. Verbi gra. Auē ꝓ genere pono hoiem pro specie & quodcūq; rōne illa uniuersali nullā driam recipit nā alia proportione: alia genere alia specie rōnem cōplent cōmunitatis. Quoꝝ itaq; actiones reꝝ aliarum gra dispensatæ sunt hæc etiā quoꝝ sunt actiones modo eodē inter se differunt quo actiones. Itē si quæ priores sint actiones & pro fine aliaꝝ capiantur quomō ipsæ se habent eodē mēbra etiā habēt quoꝝ ille sunt actiones. Addo tertiū quæ cū sint aliquid in esse necesse est: affectus & actiones intelligi uolo: ortū incremētū coitū uenereū uigiliam somnū incessū & quecūq; huiusmodi alia possunt generi animaliū tribui membra appello nasum oculū atq; etiam totā faciem quæ partes quoq; uocamus parimodo de cæteris itē intelligendū est. Sed de modo uiaq; tractandi hactenus causas nūc explicare: tum cōmuniū tum propriorꝝ conemur: exorsi a primis sicut statuimus.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER SECVNDVS INTERPRETE THEODORO.

Triplicem esse rerum oium cōpositionē. Caput primū.

XQVIBVS NAM: & quot numero membris singula aialia cōstarent: libris historiaꝝ qui de his scripti a nobis sūt planius explicauimus. Nunc quas ob causas quæq; ad hūc modū ita se habent cōsideremus uidelicet ita ut oīs ratio seiūcta ab iis quæ per historias exposuiuus tractet cū itaq; triplex sit compositio prima statui pōt ex quæ ex primordiis cōficitur iis quæ nōnulli elementa appellant terram dico aquā aerē ignē: sed melius fortasse dici pōt ex uirtutibus confici elementoꝝ: iisque non oibus sed ut ante expositū est: humiditas enim & siccitas & caliditas & frigiditas materia corpoꝝ sunt cōpositoꝝ. Cæteræ autē drīæ eas sequuntur ut grauitas leuitas: densitas raritas asperitas lænitas & reliquæ id genus affectiōes. Secunda cōstitutio ex primis illis natura similariū partium in animalibus est ut ossis ut carnis & reliquorum generis eiusdē. Tertia & ultima numero partiū dissimilariū est ut faciei manus: & reliquorum eiusmodi mēbroꝝ. Sed cū contra in generatione atq; in eēntia agatur: quae enim posteriora sunt generatione hæc natura priora sunt & quod primū natura est: id ultimū est gnatione non enim ædes lateꝝ aut lapidum gratia sunt, Sed hæc ædiū gra

petuntur: quod idem de quauis alia materia intelligimus: nec inductione tantū id patet: uerum etiam ratione: omne enim quod gignitur ex aliquo: & ad aliquid suam generationem deducit: & a principio ad principium pergit: hoc est ab eo quod primum mouet: & naturam iam aliquam obtinet ad formam aliquam: aut talem quempiam finem: homo enim hominem gignit: & stirps stirpem ex materia quæ subiecta singulis est: cum igitur generatio & essentia ita se habeant tempore: materiam generatiōemq; esse priorem necesse est: ratione uero essentiam rei cuiusq; & formam: patet hoc definitione generationis: quippe cum edificationis definitio contineat ædium definitionem: ædium definitio non contineat ædificationis definitionem: idemq; in cæteris euenit. Quamobrem elementorum materiam esse similarium partium gratia necesse ē. Sūt enim hæ posteriores illis generatione: iis autem ipsis dissimilares. Sunt posteriores: iam enim finem hæ tenēt: ac terminū ternario constitutionē adeptæ numero: scilicet ut ꝑfici generationē in multis natura fert: constant igitur aialia ex utroq; mēbroꝝ hoc genere: ueꝝ similaria: dissimilariū gratia habētur: illoꝝ enim officia sunt & actiones ut oculi: ut nariū & faciei totius: itē digiti manus: & brachii totius: sed cū actiōes motionesq; multiformes: tū aialibus totis: tum ēt mēbris eiusmodi tribuātur: diuersa uirtutibus eē ea ex qbus constāt necesse ē: ad illa enī mollities: ad alia duritiēs cōmodior ē: & alia intēdi: alia flecti debēt: itaq; partes similares obtinēt sibi uires eiusmodi singillatim accōmodatas: alia enim mollis: alia dura ē: & alia humida: alia sicca: & alia lēta: alia rigida: Ad uero dissimilares plures & cōpositas uires continēt: uis enim alia ad prēmendum, alia ad mittēdum cōmoda manui ē. Quamobrē partes organicę quas officiales & instrumētarias licet appellare ex ossibus: neruis: carne: cæterisq; eiusmodi constat: nonilla ex his: cā cuius gra cur hæc ita se habēt hæc ē: sed præterea quærat quāobrem cām hæc ita se hre necesse sit ratio: manifesta ē: q; iā præfuit: ut ita se inuicē ex necessitate haberēt: dissimilares enī cōstare ex similaribus possunt: tū pluribus tū ēt singulis ut uiscera nōnulla: constāt enim fere oia multiformi figura: quæ ex corpe simila ri condita habētur. At fieri non pōt ut similares ex dissimilaribus cōficiant: sic enī pars similaris multæ eēt dissimilares: his de causis mēbra aialiū: alia struæ simplici: similariq; cōstāt: alia cōposita & dissimilaria sunt. Cū aūt partes alię instrumētariæ: aliæ sensoriæ sint: instrumētariæ oēs ut dictū iā est: dissimilares sunt: sensus aūt oibus: cōtingit ꝑ similares. s. ꝓpea q; quis sensus unius gnis certi ē: singulæ sensoriæ ptes singuloꝝ sensibiliū geneꝝ capaces habētur: afficitur ēt qd potētia ē ab eo qd actu est, ita q; idē sunt genere unūq; illud & hoc sunt, quāobrē manū aut faciē aut aliā q̄is eiusmodi ptē: nullus naturæ iterpres terrā aut aq̄ aut ignē eē conat exponere: ptes uero sensorias singulas elemētis singulis tribuūt: ut aliā aerē: aliā ignē esse confirmēt. Sed cū sensus in ptibus simplicibus positus sit, euenit rōne optima: ut tactus sedē similarē quidē sed minime simplicē sortiatur quippe qui maxime uim recipiēdi plura genera uideat habere: multaq; præ se ferre contrarietatis sui obiecti. Verbi gratia caliditatē frigiditatē siccitatem humiditatē: alias etiā generis eiusdem & quidem caro in quauis eaꝝ q̄litatū sentiendarum posita est: aut quod carni proportione respondet. Corpulētissimum omnium ptium sensibus accōmodataꝝ est. Quictiam cum fieri nō possit ut animal sit carens sensu: eo quoq; efficit necessario ut membra nonnulla similaria in aialibus habeātur uis enī sentiendi sita in his est. Actiones autem per dissimilaria administrātur. Sed cum uis sentiendi; uis mouendi; uis nutriendi; eodem in membro contineantur: quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio loco explicatum a nobis est: fit necessario ut membrum quod primum principia eiusmodi teneat: id simplex eo debeat esse: quam omnium capax sensibilium est: & dissimilare eo qua mouens & agens est: quamobrem in genere exangui hoc est ex parte sanguinis animalium proportionale est. In sanguineo autem idest compote sanguinis: cor tale habetur membrum. Quippe cum cor & in partes similares quemadmodum quod iis ex aliis uisceribus: & dissimilare sit propter suæ figuræ formam. Cætera etiam omnia uiscera appellata: secura hoc sunt: quippe quæ ex eadem materia constent. Natura enim eorum omnium sanguinea est: quoniam posita sunt ad meatus uenarum atq; intercapedines: igitur perinde quasi fex aquæ profluētis: Cætera uiscera ueluti profusiones sanguinis per uenas fluentis consistunt. At uero cor quia sanguis initium est: & uim creandi sanguinis primam obtinet: idcirco ex tali materia cōstare: quale recipit alimentum ratio est. Sed quam ob causam uiscera forma sanguinea sint: & partim similaria: partim dissimilaria dictum iam est.

Partes similares alias molles & humidas alias siccas & solidas esse: deq; ordinis similarium discrepātia caliditq; & frigidi definitio eorūq; excessu. Caput. v.

Artium aūt similariū aliæ molles & humidæ sunt aliæ duræ & solidæ: humi
p dæ uel omnino uel quādiu in concoctione naturæ manent: Sanguis: sanies adeps: seuū medulla: genitura lac ubi haberi solet. Caro: & quæ iis proportione respondēt: non enim omnia animalia: partes has obtinent. Sed sunt quæ ad proportionem nonnullarum ex iis constent. Siccæ ac solidæ inter similares sunt: os: spina neruus: uena: ordo enim similarium discrepat. quippe qui nomen partim commune toti: cum parte seruet: ut uenæ pars uena recte appellatur: partim non seruet: ut in uisceribus patet: figura enim diuersa est. Primum igitur partibus his tum humidis: tū siccis multi causæ modi tribuūtur: cū aliæ taquam materia membroꝝ dissimilariū sint ex iis enim membra quæq; officialia siue instrumentaria constant ossibus neruis: carnibus: aliis generis eiusdem quæ partim ad essentiam: partim ad actionem conducūt aliæ nutrimento sint: ut humidæ siccis: etenim omnia ex humore sua capiūt alimenta: aliæ ut excremēta eaꝝ sint accidit: ut sedimentū sicci alimēti: atq; etiā humidi in iis quibus uesica data est: eaꝝ autem ipsarum partium discrimina quibus inter se discrepēt: notæ melioris gratia habētur: ut tum aliarum: tū sanguinis ad sanguinē: alius enim tenuior: alius crassior est: & alius sincerior: alius turbulētior: itē alius frigidior: alius calidior: tam in eodē animali quā in diuersis: quantum enim sanguinis parte corporis cōtinetur superiori: his differentiis discrepat cū inferiori. Omnino aīalibus: aliis sanguinem dedit natura: aliis uice sanguinis partē eiusmodi aliam: est certe roboris efficacior sanguis qui crassior & calidior est. Vim autem sentiendi intelligendiq; obtinet pleniorem qui tenuior atq; frigidior est: hoc idem discrimē in iis quoq; habet: quæ sanguini proportione respondent: quāobrem apes atq; eiusmodi alia animalia ingeniosiora multis carentibus sanguine sunt: necnon inter ea quæ sanguinem habent ingeniosiora suis cōtrariis sunt: quæ sanguinem habent frigidiorē & tenuiorem. Sed optime cōstant: quę calidū tenuē & sinceꝝ habent: quippe quę una & uiribus corporis & aīæ ingenio plurimum ualeāt: quapropter pars etiam supior corporis eaipsa differētia dissidet cū inferiori & fœmina cū mare: & dextra pars cū sinistra eiusdē corporis: pari modo cæteris quoq; tā eiusmodi partibus quā dissimilaribus statuere differētiā debem⁹: partim ad officia & eēntia cuiusuis animalis; partim ad melius deteriusue; exēpli gratia iter ea

quæ oculos habēt: alia duris oculis sunt: alia humidis. Et alia carent palpebris: alia habent ut uisus sit exquisitior. Sanguinē uero haberi aut quod eādem quam sanguis naturam obtineat quam necesse sit atq; etiam quę nam sanguinis sit natura: explicandū suis iam causis est. Si prius calidi frigidiq; rationē distinxerimus natura enim rer̄ multarum ad ea ipsa principia refertur: complureſq; ambigunt: quæ nam animalia membraue calida aut frigida sint enim nōnullis aquatilia terrestribus eē callidiora placet argumento: q̄ naturæ frigiditas calore naturæ eorum compensetur. Sanguine etiā destituta iis quæ sanguinem obtinent esse calidiora & fœminas amplius quam mares calere arbitrantur. Parmenides enim mulieres esse uiris calidiores autor est: quod idē quibusdam etiā aliis placuit: argumento copiæ sanguinis qua menstrua fiāt. Empedocles contra opinatur. Sanguinem etiā & bilem: alii inter calida enumerāt: alii inter frigida: quod si calidum atq; frigidum tantā recipiunt ambiguitatē: & controuersiā: quid de cæteris arbitrari debeamus: hæc enim omnium quæ sensuni patiuntur apertissima sunt: sed quæstio hæc orta inde uidet̄ quod calidū multifariā dicitur: quisq; enim q̄is cōtraria dicat tñ aliquid dicere uidetur. Quāobrem nosse oportet quēadmodū rer̄ naturaliū constitutar̄: ptim calidæ: ptim frigidæ: & aliæ siccæ: aliæ humidæ dici debeāt. Nā uitæ quoq; & mortis cās hæc habere: atq; etiā somni & uigiliæ: iuuētutis & senectutis: & morbi & sanitatis: non aspitatē aut leuitatē: nihil fere tale apertum esse uidetur: & recte quidem. Sunt enim hæc ut alio loco exposuimus: initia elementorum naturalium. Calidum dico: frigidum siccum humidum. Vtrum igitur simplici ratione an multiplici calidum dicatur. Sed quod nā officium rei calidioris sit: aut si plura sint: quod numero sint declarandum est. Primo igitur modo calidus dicit̄ id quod ampliorem inuehit sensum cum tāgitur: nec sine dolore: quod quidem fallere interdū uidetur: nā fieri potest: ut corporis: habitus causam dolēdi afferat: cum sentitur. At hæc calidius quod rei liquabilis liquātius: & rei cremabilis cremātius est. Item si alterum plus alterum minus sit: idem quod plus est: hoc altero qd minus calidius ē. Præterea quod de duobus nō cito sed lente frigefit id calidus ē: & quod citius calefit: eo qd lētius natura eē calidiori cēsemus: perinde quasi alterꝝ sit aduersum: ut remotius: alterꝝ simile: ut propinquius: Alterum igitur altero calidius esse: & si non pluribus tamen tot modis dicitur. Qui modi omnes eidem inesse non possunt: aqua enim feruēs plenius calefacit quā flāma sed flāma urit & liquat rem: uri aut liquari idoneā quod aqua efficere non potest. Item aqua feruens calidior est quam ignis exiguus attamen citius magisq; refrigescit quā ignis quāuis exiguus: quippe qui frigidus nūquam fiat. Cū aqua omnis refrigerari possit. Ad hæc aqua feruens calidior sentitur: sed celerius refrigescit & congelascit quā oleum. sanguis præterea tactu calidior quā aqua: aut oleum est: sed celerius gelascit. Lapis etiam ferrum & reliqua generis eiusdem: lentius quidē calefiunt quā aqua. Sed ubi calefacta fuerint urere uehementius possūt: postremo ea quæ calida esse diximus: calorem aut externum continent: aut suum: plurimum aūt refert hoc an illo modo calidū quiequam sit: alterum enim eorum prope est: ut calidū per accidens sit: non p se perinde q̄si si febrienti musicum esse accidit: dixeris musicum esse calidiorem quam eum qui calidus sanus est. Sed cū aliud per se calidum aliud per accidens sit: refrigescit quidē lentius quod per se calidum est: sed sæpe fit ut sensum uehementius calefaciat id quod per accidēs calidū est. Item amplius urit: quod p se calidū est; ut flāma quā aqua feruens; sed tactu amplius calefacit aqua feruēs: quæ per acci-

dens calida'eſt: Itaq; iudiciū utrū nam ex duobus calidius ſit: non eē ſimplex apertū eſt quando fieri pōt ut hac alteꝝ illa alteꝝ ratione calidius ſit: nōnulla ex iis ne dici q- dem ſimpliciter calida aut nō calida poſſunt: ſubiecto enim quod tādem ſint nō calida ſunt: ſed per aſſociationē calida ſunt: uelut ſi ferro calido aut aquæ nomē imponens: hoc enim modo ſanguis calidus eſt: & quidē patet frigiditatē aliquā eſſe naturā: non priuationē in iis quoꝝ ſubiectū calidū per affectionē ſiue paſſionē eſt: natura ēt ignis tale quid fortaſſe eſt: ſubiectū enim forſitan eſt uel fumus uel carbo. Quoꝝ alteꝝ ſem per calidum eſt: quippe cū fumus non niſi exhalatio ſit. Carbo aūt extinctus frigidus eſt: oleū & tela effici frigida poſſunt: aduſta etiam fere omnia aliqd habent caliditatis: ut calx cinis ſedimenta animaliū & inter excrementa. Fæl eo q̄ feruore nimio exarue- rint relictūq; ſibi cōtineāt aliqd caliditatis. Teda & quoduis pingue alio mō calidū eſt: uidelicet q̄ celeriter in actū ignis mutari poteſt: calor aūt uim tum cogendi tum liquā di habere uidetur: quæ igit̄ aquæ unius ſunt ea frigore cogūtur quæ terræ igne calida etiā indurātur: frigore celeri atq; irreſolubili concretu quæ terrā potius præſe ferūt: le- uius aūt quæ aquam. Sed de his planius alio loco diffinitū a nobis eſt: ſcilicet quæ nā concreſcere apta ſunt & qbus cauſis ſtringātur: calidū uero calidius cum multifariā dicatur: non eodē modo rebus iūgetur omnibus: ſed addere debebis: aliud p ſe eē cali- dum: aliud plerūq; per accidēs: item aliud potētia: aliud actu: & aliud hoc modo q̄ ta ctum amplius calefaciat: aliud quod flāmam excitet atq; igniat. Quod ſi calidū multi plici ratione dicat̄: frigidū quoq; pari ratione ſequatur neceſſe eſt: atq; de calido frigi do exceſſuq; eoꝝ ad hunc modum definiſſe ſatis ſit.

Diſputatio de ſicco & humido. Caput tertiū:

Equitur ut de ſicco & humido: modo ſuperiorū diſſeramus: nam ea quoq; multifariam dici ſolent: ut alia ſicca aut frigida potentia ſint: alia actu. Gelu enim omnemq; humorem concretum: ſiccū dicimus actu & per accidens. Cum tamen potentia & per ſe humidus ſit. contra: terra: cinis & reliqua generis eiuſ dem mixta humori humida actu & per accidens reddūtur: quāquam perſe atq; po tentia ſicca ſunt. At ubi hæc ſæparata fuerint: quod aqua refertum eſt: id & actu po tentia humidū eſt. Quæ autem terræ propria ſunt: hæc omnia ſicca ſunt: & quidem quod proprie at ſimpliciter ſiccum eſt. hoc modo maxime intelligitur: altera etiam hu mida dico. hac eadem ratione qua calida & frigida proprii abſolutiq; nomen recipiāt: his ita præfinitis aptum iam eſt: ſanguinē quodāmodo calidū eē uidelicet eo quale eſt eſſe ſanguini eſſe: perinde quaſi aquam feruentē nomine uno ſignificemus. At uero ſu biecto: & quod tandem cum ſit: ſanguis eſt: non calidus eſt: & quodāmodo per ſe cali dus: quodāmodo non p ſe calidus ē. Caliditas enī in eius rōne ineſt: quēadmodū albe do in albi hoīs rōne: At eo qua ſanguis per affectionē ſiue paſſionem eſt nō per ſe ca lidus eſt: parī modo de ſicco & humido ſtatuendū eſt: quapropter in ciuſmodi rer̄ na tura ptim calida: & humida ſunt: ſed ſeparata cōgelaſcūt: & frigida ē uident̄: q̄lis eſt ſanguis: ptim calida craſſioraq; ſūt: ut bilis: ſed ſepata ab eoꝝ in qbus habētur natura cōtra afficiuntur: qppe q̄ refrigerent̄: atq; humeſcāt: ſanguis enī ſiccior redditur: bilis flaua humidior: magis aūt minuſue participari oppoſita uelut rē inſitā his ſtatuere de bemus: explicatum iam eſt quonammodo ſanguinis natura particeps ſit caliditatis hu miditatis aut contrariarum qualitatum. Sed cum omne quod augetur: capiat alimen tum neceſſe ſit. Alimentum autem omnibus ex humido & ſicco ſuppeditetur: quorū

concoctio & mutatio: nō niſi per caloris uim agitur: ſit ut tam animalia omnia: quam ſtirpes: & ſi non alia de cauſa: tamen ob eam rem principium caloris naturale neceſ- ſe ſit: idq; ipſum partibus ſit pluribus accōmodatū: quemadmodū cibi conficiendi ad miniſtrationes: prima enim adminiſtratio perſpicua eſt: cum per os parteſq; ore con- tentas pficiatur animalibus quoꝝ cibus ſectionem deſideret: ſed hæc nullius cauſa eſt concoctionis: ſed facilitatem concoquendi potius præſtat: cibi enim illa minutatim diuiſio facit ut calor facilius cōficiēdo expediat. At ſuperior & inferior uēter iam cū ca lore naturali ſuo concoquendi officio fungūtur. Sed ut os animalis cibi incōfecti mea tus eſt: atq; etiam pars ei annexa quam gulam appellant: cibum quibus data eſt ani malibus uſq; ad uentriculū deducit: ſic alia quoq; adeſſe principia oportet: quoꝝ ope ra membra omnia corporis ex uētre naturaq; inteſtinoꝝ. quaſi præſepi pabulū capiāt ſtirpes enim ſiue plantæ ſuis radicibus alimentū iā cōfectum ex terra hauriūt: quo cir ca ne excrementū quidem cōtrahi in ſtirpibus ſolet: terra enim caloreq; eius pinde ac uentre utūtur. At animaliū genus omne fere: ſed aperte quæ incedūt quaſi terrā intra ſe continēt ſinum uentris: ex quo ut ille radicibus ita hæc aliquo intercedēte cibū aſſu mere debēt: donec finē cōſequētis concoctionis faciāt: cibus enim ab oris officio uētri mandatur: hinc membrū aliud capiat neceſſe ē. & qdem ita natura conſtituit. Venæ enim per totos lactes ad uentrē tendūt uſq; exorſæ inferius: ſed hæc ex animaliū cōfe ctione cōmentationeq; naturali petēda ſunt. Cū autem omnis alimenti: omniſq; excre menti cōceptaculū aliquod haberi neceſſe ſit. Venæ quæ quaſi uaſa ſint ſanguinis: pa tet ſanguinem eē animalibns ſanguineis ultimū alimentū: exāguibus: uero id eſſe qd̄ uice ſanguinis habeatur proportionale: quāobrē quotiēs cibus nō ingrediet̄ auget̄: & ſi alimenta bona aſſumūtur: ſanguis integer ē: ſi parua uitioſus. Igit̄ ſanguinē alimē ti gratia datum eē aīalibus ſanguine præditis apertū: ex iis cæteriſq; eiuſmodi rōnib⁹ eſt: nā ob eā rem ſanguis ne tactus qdem ſenſum mouere pōt ſicut nec cætera excre mentoꝝ genera: nec uero alimentū ſenſum mouet ut caro: hæc enī ſenſum cū tāgitur mouet: non enim ſanguis cōtinuus carni neq; cognatus eſt: ſed in corde ac uenis quaſi uaſis cōtinet̄. Sed quonāmodo membra ex ſanguine ſua capiāt incremēta atq; enim de alimenti oīno ratione diſſerere: cū de generatione agimus: locīſq; aliis aptius eſt: nūc hactenus dictū ſit: nō enim plus hic locus deſiderat: quā ut ſanguinē eſſe alimenti gra tia: & alimenti membrorum cauſa exploratum habeatur.

De fibris: & quæ aīalia iis careāt: deq; metus cā: & ſaniei natura. Caput q̄rtum:

Vas aūt fibras uocāt: nō ois cōtinet ſanguis ſed ſunt q nō habeāt: ut cerua rum ſanguis: & damaꝝ: quāobrē id ſanguinis genus nunq̄ ſpiſſat̄ ſanguis enim q dilutior eſt frigidior eſt: itaq; dureſcere nō pōt: qui aūt terrenus eſt: nimiꝝ coit: cū humor euaporatur: fibræ aūt illæ terræ ſunt opificiū. Quoniā etiā euc- nit: ut nonnulla ex iis animalibus: quæ talem obtinēt ſanguinem: ſapientiora ſint: ue- rum non ſanguinis frigiditate ſed potius tenuitate: atq; munditia: quorum neutrum in terreno eſt. habent enī ſenſum mobiliorem: quoꝝ humor tenuior & ſincerior eſt: hinc etiam nonnulla ex iis quæ ſanguine uacant animalibus prudentiora nōnullis ſangui- nem habentibus ſunt ut dictum iā eſt. Verbi gratia apes formicæ: & ſi qd aliud tale ē: timidiora: qbus ſanguis dilutus nimiū eſt: metus enī refrigerat. Itaq; ea qbus eiuſmo- di temperamentū in corde habetur: metuendi affectioni ſunt oportuniora: aqua enī fri gore cōgelaſcit: quāobrē cætera quæ exanguia timidiora ſanguineis ſunt animalibus

quod ſimpliciter dixerim: ac mota ceſſant præ nimio metu: & excrementa emittunt: nonnulla etiam ſuos colores immutant: quorum autem ſanguis fibris admodum multis craſſiſq; refertus eſt: hæc terrena amplius conſtant natura: & animoſa iracunda ꝓ indeq; furibunda ſunt. Ira enim calorifica eſt: ſolida autem firmioraq; omnia cōcalefacta uehementius quam humida calefaciunt: fibræ uero ſolidæ terreneq; ſunt: itaq; q̄ſi fomenta in ſanguine efficiūtur: feruoremq; per irā accēdūt: ex quo fit ut tauri & apri aioſi: iracūdi furibūdiq; ſint: ſanguis enim eoꝝ fibris refertior ē: & qdē tauroꝝ ſanguis oīum celerrime coit & dureſcit. At ſi fibras detraxeris: ſanguis nō coget᷑: ut eni ſi ex luto terrenā portionē ſemoueris: a qua nō cōcreſcet: ita ſanguis fibris detractis icongelabilis manet: fibraꝝ enī natura terrena ē: quod ſi nō eximātur: cogitur ut terra humida frigore cū enim calor exprimitur humor una trahit᷑: atq; euaporatur: ut dictū iā eſt: atq; ita cōcreſcit: nō a calore ſicceſcēs ſed a frigore. At uero q̄diu in corpore contine᷑ humidus eſt: propter calorem animalibus inditum: profecto naturā ſanguinis cām ee cur permulta animalibus ueniāt: tum per mores: tum ēt per ſenſum rō eſt: materia enī totius corporis eſt: quippe cū alimētum materia ſit: ſanguis autē ultimū alimentū habeatur: facit igit᷑ ut plurimū differētiæ exiſtat. Si calidus aut frigidus ſit: ſi tenuis aut craſſus: ſi turbulētus aut nitidus. Sanies ps diluta ſiue aquoſa ſanguinis eſt: eoq; aut nōdum cōcocta aut corrupta eſt: itaq; id uel ſanies neceſſario ē uel ſanguinis gratia ē.

De ſeuo & adipe: quomodoq; inter ſe differant: & quæ animalia ſeuum quæ item adipem habeant. Caput quintum.

f Euum & adeps inter ſe differūt: ſanguinis ratione: eſt enim eorum utrūq; ſanguis cōcoctus per bonitatem enutriendi: conſiſtitq; ex eo q̄ in pulpam quidem animalis nō abſumatur: ſed concoctionis alimentiq; bonitate prædictum eſt: indicat id pinguedo eoꝝ cum pingue iter humida: cōmune ignis & aeris ſit quāobrem nullū ex iis quæ ſanguine carēt uel adipem habet: uel ſeuū: quādo quidem ſanguis deeſt. Quorum autē ſanguis corpulētior eſt: hæc ſeuū potius habent: ſeuum enim terrenum eſt: unde fit: ut modo fibroſi ſanguinis cogatur: tā ipſum quā eiuſmodi ius: cum paꝝ aquæ multum terræ cōtineat. Quāobrem quæ nō utrinq; dētata: ſed cornigera ſunt: hæc ſeuū habēt: naturam eorum refertam eē huiuſmodi elemēto patet eo q̄ cornua gerunt: taloſq; obtinēt: quæ quidem omnia natura ſunt arida & terrena. At uero genus utrinq; dētatū: & cornuū expers: & multifidū: uice ſeui adipē hēt q̄ nō cogitur: nec ſiccitate aliq̄ frāgitur: quoniā eius natura minus terrena eſt: hæc ſi mediocriter in aīalium membris habētur proſunt: nec enim ſenſum impediūt: & ad ſanitatē uireſq; opitulātur: ſed ſi modū excedūt: nocēt: atq; interimūt. Nā ſi corpus totū trāſierit in adipem: aut ſeuū peribit aīal enim ea parte eſt in qua ſenſus habetur. Caro aūt & quod carni proportionetur uim obtinet ſentiēdi: ſanguis ut dictū iā eſt: & ſenſu caret: & ob ea rem nec adeps nec ſeuum ſentit. Sunt enim ſanguis cōcoctus: quod ſi totum corpus tale efficiatur: nullum præterea ſenſum habere potuerit. hinc & celeriter ea ſe neſcunt quæ ualde pinguerint: quippe quæ parū ſanguinis habeant: utpote cū copia ſit abſumpta ad pinguedinem. Quæ autem parum ſanguinis habēt: hæc iam ide adiuuantur oportuniora. Interitus enim inopia quædam ſanguinis eſt quodq; paꝝ ē affici tum a frigore quolibet tum a calore facile poteſt. Quietiā obeſa omnia ſterilioria ea de cā ſunt: quātum enim ex ſanguine proficiſci ad genituram & ſemē genitale debeat: hoc in adipē aut ſeuum ſumpt᷑: ſanguis enim cū cōcoquit᷑ ad hæc trāſit: itaq;

aut nullum oīno excrementum in iis ipſis conſiſtit: aut parum. Atq; de ſanguine: ſanie adipe: ſeno. Quid ſint: & ob quas cauſas habentur dictum iam eſt.

Quid ſit medulla quibuſq; animalibus data ſit. Caput. vi.

Ed medulla etiā natura quædā ſanguinis eſt: non ut quidā uolunt uis genitu-

s re ſeminalis: patet hoc iis quæ nuper in lucē prodierint: medulla enim in oſſibus quoq; eoꝝ ſanguinea cōtinetur: utpote cum oēs corporis ptes ex ſanguine conſtent: & partui alimētū præſtetur a ſanguine: ſed per incrementū cōcoctioneq; efficitur ut quēadmodū cætera membra: ſic uiſcera quoq; imutentur colore: per copiā enim ſanguinis uiſcera etiā cum recētia adhuc ſunt: coloré ſibi ſanguineū trahunt: ſic etiam medulla afficitur: & pinguis in pinguibus aīalibus eſt: atq; axungiæ ſimilis. At quibus ſanguis non pinguedini: ſed ſeuo ſimilis per cōcoctionem euadit: iis medulla ſeuo ſimilis eſt: quāobrem ut cornigeris animalibus: nec utrinq; dētatis medulla ſpeciem gerit ſeui: ſic utrinq; dētatis atq; multifidis pinguedinē refert uerū ſpinæ dorſi medulla minime talis eſt qm̄ cōtinuam hanc eſſe oportet porrectaq; per lōgitudinē ſpinæ totius quæ ex multis uertebratis orbiculatim oſſibus iungitur nā ſi ex pinguedine aut ſeuo eſſet nō æque perpetua eſſe poſſet: ſed uel fragilis uel humida eſſet. Sunt ex aīalibus q̄ nullam cōmentatione dignā medullā habeant uidelicet ea quibus oſſa robuſta & ſolida ſunt: ut leoni eius enim oſſa quod exiguam admodum: & per obſcurā medullā continent: carere oīno medulla uidentur. Sed cum oſſiū naturā ieſſe in aīalibus neceſſe ſit: aut quod oſſibus proportionetur ut in aquatilibus ſpinā: ſit neceſſario: ut nōnulla habeant etiā quod pro alimēto cōtineatur ex quo oſſa conſiſtāt: alimētū autem oībus eē ſanguinē dictū iam eſt: ſeuoſas etiā & pingues eē medullas rō eſt: tepor enim quē oſſiū cōplexio facit ſanguinē cōcoquit ſanguinis autem per ſe concoctio ſeuū & adeps eſt: quoniam etiam in iis quæ oſſa ſpiſſa firmaq; habent nō temere ptim nulla: partim exigua ineſt medulla alimentum enim in oſſa abſumitur. Quæ autem non oſſa habent: ſed ſpinam iis dorſi tātum medulla eſt: parum eni continet ſanguinis ſuapte natura: & dorſi ſpina tantūmodo caua habetur: quamobrem in ea mædullæ aliquid creari poteſt una enim ipſa capax eſt ſolaq; eget copula propter interceptiones: quamobrem medulla etiam eius partis differt ut dictum eſt: q̄ enim uice fibulæ fungitur idcirco lenta neruoſaq; eſt ut intendi poſſit: cauſa quamobrem medullam habent animalia quibus data eſt declaratum iam eſt. Quid etiam medulla ſit patet ſcilicet alimēti ſanguinei quod in oſſa ſpinamue diſtribuatur: contentūq; concoctū excrementū.

De cerebro & eius natura: deq; capitis fluctionibus & ſomni cā. Caput. vii.

Roximum fere ē: ut de cerebro doceamus: nam cerebrum quoq; medullā eē

p atq; originem medullæ: compluribus placuit autorib⁹ argumento q̄ dorſi medullā iūctā cum cerebro cernerent. Sed res contra ſe habet omnino prope dixerint. cerebrum enim partium omnium corporis frigidiſſimū eſt: cum medulla calida ſuapte natura ſit quod eius pinguedine & axungia perſpicuum eſt idq; facit ut cerebro iungi continuariq; poſſit ipſa dorſi medulla ſolet enim natura ſemper emoliri contra cuiuſuis exuperantiam auxilium per coniunctionem rei aduerſæ: ut exceſſum alterius altero cōpenſet: & moderetur. Sed enim medullam calidā eſſe pluribus ſane rōnibus conſtat cerebri aūt frigiditas & tactu percipi pōt & rōne intelligitur q̄ oīum maxime humoꝝ corporis ſanguine caret quippe quod nihil ſanguinis hēat ſqualoreq; obſitum ſit atq; horridū nec uero excrementū eſt; nec inter partes continuas enumerādū

Universidad de Deusto Biblioteca

ſed ſui generis eſt & quidem ratiõe optima naturã eiuſmodi ſortitum eſt: nullã uero cũ partibus quæ uim obtinent ſentiendi continuitatem habere. Cum intuitu pateat: tũ uel maxime inde cõſtat q; cũ tangitur: nullũ efficit ſenſum: quẽadmodum nec ſanguis: ne q; excrementũ animalium ullum datum auté hoc animalibus eſt: ad naturæ totius ſalutem: quod enim nonnulli ſtatuunt importune animam eẽ ignem aut aliquã eiuſmodi uim melius fortaſſe dixeris animam in quodam eiuſmodi corpore conſtare cuius rei cauſa eſt q; ad exequenda animæ officia calor oĩum maxime adminiſtrandi uim obtinet. Cum enim officium animæ ſit alere & mouere hæc ea ipſa facultate potiſſimum efficiuntur. Igitur aĩam eẽ ignem arbitrari ſimile eſt atq; ſi ferrum aut aſciam: fabrũ aut artem fabrilem eſſe ideo arbitreris: quia opus non niſi iunctis iis efficiatur. Sed quam genus omne animalium caloris particeps eſſe neceſſe ſit apertum hinc eſt. Cum autẽ omnia momentum requirant contrarium: quo mediocritatem ac medium aſſequantur: in hoc enim eſſentia ratioq; conſiſtit nõ in alterutro extremo ſeorſum poſito idcirco aduerſus cordis ſedem & calorem cerebrũ natura molita eſt. Et ea de cauſa pars iſta animalibus iuncta eſt: naturam obtinens aquæ & terræ cõmunem atq; ob eam rem cerebrum: omnia ſanguine prædita habent: ex cæteris nullum fere niſi per proportionem ut polipus parum enim caloris obtinet omne id genus propter ſanguinis priuationem cerebrum igitur calorem feruoremq; cordis moderatur: & temperiem affert. Sed ut ea quoq; pars modico potiatur calore uenæ ad membranam cerebri deueniunt ex utraq; uena maiorem dico: & eam quæ ahorta uocatur & ne calor nimius offendat nõ pauce ample ſed frequentes: ac tenues uenæ ambiunt: nec ſanguis copioſus & craſſus: ſed tenuis ſinceruſq; ſubit eodem. Fluctiones etiam ob eam rem ex capite oriuntur in iis corporibus quibus cerebrum frigidius eſt q̃ temperamentum per uenas ſurſum reſpirat: ubi excrementũ ob eius loci uim refrigeratum eſt fluctiones pituitæ: ſanieiq; mouet: quod ſimile generationi imbrium euenire intelligendum eſt quoad magnum conferre cum paruo licet. Cum enim ex terra uapor exhalat: efferturq; in ſublime a calore ubi ſupernum aerem ſubierit frigidum conſiſtit denuo in aquam propter refrigerationẽ atq; in terrã defluit. Sed de his cũ de morboꝝ cauſis agitur differere congruũ eſt uidelicet quoad tractare de iis naturalis ſcientiæ intereſt. Sõnus etiã a cerebro proficiſcitur iis quę eã optinent partẽ aĩalibus quæ aũt carent in proportionale ſuppetit cũ enĩ ſanguinis alẽtis effluentia refrigeretur a cerebro: aut etiã ob alias cauſas ſimiles caput agrauatur: & quidẽ ſomno ſopiti ea corporis parte ſolent tẽptari atq; efficitur ut calor ad ĩma cũ ſanguine ſubterfugiant. Collectaq; copia caloris in loco inferiori ſomnũ facit & facultatem erigendi corporis aufert ab iis animalibus quæ erecta incedere natura uoluit cæteris caput erigi prohibet qbus deorſum docuimus cũ de ſenſu & ſomno ageremus. Cerebrũ autẽ eſſe cõmune aquæ & terræ conſtat ex eo quod ei accidit. Cũ enĩ coquitur indureſcit atq; ſiccefcit ut humore exacto a calore terrena portio relinquatur quẽadmodũ in leguminũ reliquorumq; fructuum decoctione q; enim ex terra magna ex parte cõſtat hinc exacto humore quem exiguum ſibi admixtum continẽt dura terrenaq; admodũ ea quoq; relinquũtur: homo inter omnia animalia plurimũ cerebri habet ſcilicet ꝓportione ſui corporis & iter homines: mares plus quã fœminæ: cordis enĩ pulmoniſq; locũ calidiſſimũ & ſanguine refertiſſimũ hõ habet: unde animaliũ hõ unus erectus eſt caloris enĩ natura inualeſcens incrementum de medio agit pro ſuo impetu. Itaq; cõtra multum caliditatis multum humiditatis frigiditatiſq; opponitur: qua quidem copia ſit: ut

capitis os qd̃ caluariã nõnulli appellant: ſero admodũ induceretur. Cum diu calor euaporetur: qd̃ nulli ex cæteris aĩalibus ſanguine prædítis euenit: iũcturas etiã plurimas in capite homo habet & mas plures quã fœmina eadẽ de cã ut locus ſpirantior ſit: & amplius ĩ quo plus cerebri habetur nam ſi cerebrũ uel humet uel ſiccet ſupra modũ: ſuo fũgi officio nõ põt. Sed aut nõ refrigerabit: aut coagulabit: Itaq; morbos delitia mortes afferet: calor enĩ cordis atq; principiũ cõſentientiſ limũ eſt: ſenſũq; celerrime facit cum ſanguis cerebri ullo pacto mutat atq; efficit ſed de cognatis aĩaliũ humoribus oĩb⁹ dictum fere é. Poſt geniti excremẽta ſũt cibi ideſt uefice ſedimen atq; alui ꝓterea genitura & lac ſcilicet in iis quoꝝ natura hæc optinet ueꝝ cibi excremẽta qbus: nã aĩalibus iũcta ſint: & quas ob cauſas aptius in cõſiderãda differẽdaq; alimẽtis rõne explicetur de ſemine aũt genitali: & lacte tractandum eſt: cum de generatione alterꝝ enim eorũ principium generationis eſt alterum generationis gratia habetur.

De carne ſeu iis quæ uice carnis habeantur. Caput. viii.

Vnc de cæteris ſimilaribus partibus docendũ eſt & primũ de carne in iis quæ optinẽt carnẽ in cæteris auté de eo qd̃ uice carnis proportiõe reſpondeat hoc enim principiũ & corpus per ſe aĩaliũ eſt: qd̃ rõne etiã patet aĩal enim eo definimus q; ſenſum optinet: primũq; eum qui primus eſt. Tactũ autẽ primũ eſſe certum eſt tactus uero ſenſoriũ pars eiuſmodi eſt: aut prima ut pupilla uiſus aut cõiuncta per quam agitur perinde quaſi pupillæ omne dyaphanes hoc eſt tranſlucidũ coniungas. Cæteris igitur ſenſibus nec tribui hoc poterat neq; operepræciũ erat effici a natura. At uero tactui dari neceſſe fuit ſola enim aut maxime oĩum ſenſoriorũ ſedes tangendi corpulenta é. Senſui aũt patet cætera oĩa eius unius gratia hẽri oſſa dico neruos cutem uenas pilos etiã & unguiũ genus: & quicqd eiuſmodi iunctũ eſt natura enim oſſiũ adhibita eſt: ut ſua duritie rem mollẽ ſeruaret in iis quæ oſſa hũt eademq; de cauſa proportionale oſſiũ habetur in iis quæ oſſibus carent ut in genere piſciũ aliis ſpina aliis cartilago iuncta eſt hũt hoc præſidiũ alia intus alia foris ut in genere ſanguinis experte cruſtata oĩa extra: ſic munita ſeruantur: uelut cancri: genuſq; omne locuſtaꝝ atq; etiam teſtatoꝝ: ut quæ oſtreæ appellãtur his enĩ oĩbus caro intus terrenũ autẽ illud quod continenta conſeruet foris eſt nam præter ipſum continendi officiũ quoniã eoꝝ natura parum caloris obtinet cũ ſanguine careãt idcirco teſta ueluti furnulus quida amplectens cõſeruat inteſtinũ calorẽ & tuetur quãqua diuerſum genus ab illis hoc eſt. At uero aĩalia inſecta & mollia contra quã hæc & mõ iter ſe oppoſito conſtant nihil. n. oſſis nihil terreni hẽre diſcretũ uidẽtur: qd̃ dignũ effatu ſit ſed mollia fere tota carnoſa & tactui cedẽtia ſunt ne tñ corpus eoꝝ facile pereat mõ illoꝝ quæ carne laſciuiunt naturã inter carnem & neruũ optinẽt mollis enim ut caro eſt ſed itendi põt ut neruus fiſſilis autẽ caro eoꝝ non in directũ ſed in afractũ ita enim ad uires cõmodior cẽ põt hũt etiã quod piſcium ſpinis proportionetur ut ſepiæ quod ſepium uocant: lolligines quod gladiolum polipi nihil eiuſmodi habent: quod eorum alueis quem caput appellant breuior eſt illorum proceriori: ideoq; ut directus inflexuſq; maneret natura his adminiculis faciendũ cenſuit quẽadmodum in genere ſanguineo aliis os dedit aliis ſpinam inſecta cõtra quã hæc & ſanguine prædita cõſtãt: ut modo diximus quippe quæ nihil habeant duri aut mollis diſcretum ſed dura toto corpore ſint duritiæ tali ut oſſe carne oſſaciora terraciora q; conſtent nec facile corpus eorum diuidi poſſit.

De uenis oſſibus & cartilagine, Caput. ix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imilis natura est ossibus & uenis: utraq; eni ex uno orsa continua est: & neq; os ullū seorsum per se habetur: sed aut pars continui est: aut tangit atq; annectitur ut natura: & tanquā uno continuoq; & tanquā duobus distinctisq; ad flexum utatur: neq; uena ulla seorsum per se est: sed omnes pars sunt unius: nam si qd os separatū esset: accideret ut nec officio fungi posset cuius gratia natura ossium habetur: quippe quod nec flectendi neq; diruendi causam ullā præberet. Cum non cōtinuum esset: sed interceptū: & lædere proculdubio posset perinde quasi uel spina uel spiculum carni infixū: uena etiā si qua separata nec suæ origini continua tenderet: suum sanguinem seruare non possent. Calor enim profluens ab origine facit ne sanguis gelet: putrescere etiam sanguis uidetur qui a suo fonte remotus est. Principē uenarū cor est: ossium quod spina dorsi uocatur: uidelicet in omnibus iis quæ ossa habent. Hinc enim cætera ossa oriuntur & continuantur spina est enim quod longitudinē ac rectitudinē contineat animaliū. Sed cum corpus inflecti per animalis motū necesse sit ita constat ut & una sit propter continuitatē: & multipartita propter uertebrarum distinctionem hinc fœmoy; brachiorūq; ossa dependent continua eodēq; arctius adnectūtur qua flectendum est: neruis deligantur extremaq; sibi cohærent: alterum cauū: alterū rotundum: aut utrunq; cauum medio talo quasi clauo complexo ut flecti extendiq; possint. Aliter enim aut nullo pacto aut non bene motus eiusmodi agi posset nonnulla extremis similibus coniunguntur neruis deligata. Cartilaginosæ etiam partes inserūtur flexuris uelut lectisternium ne attritu mutuo lædantur caro circa ossa consistit uinculis modo fibray; tenuibus adhærens cuius causa ossium genus habent ut eni qui ex limo aut alia massa humida aīalia effingunt firmo aliquo subdito corpore obducūt atq; asformāt. Sic natura ex carnibus animal conditi cæteris igitur partibus scilicet carnosis: ossa omnibus subiacent aut flectēdi gratia si mouentur aut conseruandi causa si īmobilia sunt ut costæ quæ pectus salutis uiscey; gratia claudunt uenter omniū ossibus uacat ne tumori īpedimento sint qui per cibum ingestū exurgat necesse est atq; etiā ne in fœminis incremento partiū obstent. Sed eni quæ animal uel intra se uel foris pariūt: hæc similes robustasq; ossiū obtinent uires multo eni maiora hæc sunt his quæ non pariūt animal uidelicet proportione solitæ magnitudinis: nā non nusquā cōplura ex hoc animaliū genere crescunt mix; in modū uti in africa locisq; aliis calidis & siccis magnis autem amniculo opus est maiori ualidiori & firmiori atq; iter magna iis potissimum tali opus est adiumento quæ uiolentiora sunt: quamobrē mares ossibus durioribus constant quam fœminæ: & quæ carniuora sunt quam quæ alio cibo uescuutur is enim uictus per diminicationem acquiritur uel ut leonis ossa adeo dura sunt ut ex iis percussis ignis quasi ex silice excutiatur delphinus etiam non spinas sed ossa habet uiuiparū eni est. Sanguineis autem non uiuiparis natura aliquatum degenerat ut uolucribus quāuis enim habeant ossa tamen imbecilliora. Inter pisces spinam qui oua pariūt habēt.

Serpentibus etiam natura ossium spinacea est præterquam magnis robur enim eorum ualidiora exigit firmamenta: eadem qua & uiuiparis ratione. At cartilaginea nomine spinam ex cartilagine habent: motum enim eorum esse molliorem necesse est itaq; fulcimenti genus non rigidum: sed mollius esse oportuit. Adde q; terrenam omnem materiā ad eoy; cutem conficiendam natura absumpserit pluribus autem locis: simul tantundem exuperantiæ dispensare natura non potest. Quoniam etiam in uiuiparo genere ossa cartilaginosa complura habentur: scilicet in iis quibus expedit molle mucosū

q; esse quod solidum habeatur: ratione carnis obductæ: ut auribus ac naribus euenisse apertum est prominentiora enim si rigida sunt frangi celeriter possunt. Natura ueroea dam ossis & cartilaginis est quamquā pluribus minorisq; ratione interest: quapropter neutrum præcisum recrescere potest. Vacant medulla cartilagines terrestrium animalium discreta: quod enim in os discretum continetur: id mixtum per totum facit: ut cartilagores mollis mucosaq; cōstituatur. At in cartilagineo genere spina dorsi quauis cartilaginosa medullā habet: uicē eni ossis hæc pars tenet in eo gñe. Proximas ossibus ēē partes ostendit tactus etiam illas ungues ungulas: tum solidas: tum bisulcas: cornua ro stra auium: quæ omnia præsidii gratia adiuncta sūt animalibus. Quæ enim tota ex iis constant nominis consortium tantūmodo habent cum suis partibus. Verbi gratia ungula tota: & cornu totum ad salutem animalis excogitatum est. Dentes etiā in hoc eodem genere collocandi sunt: qui aliis rem unam tantum expediunt: id est cibi confectionem aliis non solum ad hoc usui sunt: sed etiam ad pugnandum ut iis omnibus: quibus aut serrati: aut exerti sunt dentes. Terrenam & ualidam esse naturam eorum quæ modo enumerauī necesse est. Vis enim armorum ea est: quamobrem omnia eiusmodi ad minicula quadrupedibus uiuiparis potius adiuncta sunt q; terraciora quam genus humanum ea omnia constant. Sed de iis atq; similibus cutem dico uesicam membranam: pilos: pennas & quæ iis proportionentur & si qua huiuscemodi alia sunt postea una cū dissimilaribus partibus considerandum est scilicet quæ nam eorū causa sit & cuius gratia data sint animalibus ex officiis enim ea quoq; pariter atq; illa dignosci necesse ē: sed q; partes eorum idem cum totis nomen sortiuntur: propterea inter similares in hoc loco enumerata sunt: principium autem & origo eorum omnium os est: & caro rationē etiam genituræ & lactis prætermissimus cū de humidis ac similaribus ageremus. Sunt enim hæc loco de generatione coniunctiora. Cum alterum eorum initiū sit animalium generandoy;: alterum alimentum ubi in lucem prodierint.

De duabus partibus in quibusq; aīantibus necessariis quæ uiuūt qua cibū capiant & qua excrementa emittant: deq; sensuum ui & eorum loco in corpore. Caput decimum.

Vnc quasi a primis iterum orsi differamus. In omnibus uita prædictis & perfectis partes maxime necessariæ duæ sunt: altera qua cibum capiant: altera qua excrementum emittant: non enim fieri potest: ut sine cibo uel seruētur: uel augeantur. Stirpium itaq; genus (nam id quoq; uiuere fatemur) locum superuacui excrementi ullum habet. Cibum enim concoctum ex terra haurit. Sed uice excrementi semina & fructus effundit: tertia pars in omnibus est media inter eas quas: modo dixi: in qua uitæ principium continetur. Sed stirpium natura quoniam stabilis est non ex multis ac uariis partibus dissimilaribus constat: quippe cū ad paucas actiones paucorum instrumentorum usus requiratur: quamobrem de stirpiū siue plantarum forma seorsum agendū est. Quæ autem una cum uita sensu etiam prædita sunt: hæc speciem multiformiorem numerosioremq; uarietatem recipiunt: atq; inter ea aliis alia magis & eo amplius: quo non solum uiuendi: sed etiam bene uiuendi rōnem natura eorum obtinuit: quale hominum genus est quippe quod aut unum ex oībus animalibus nobis cognitis diuinitatis particeps sit aut omniū maxime itaq; tū ob eam rem tum etiam q; exteriorum partium eius forma notissima est primū de homine differendū censemus: iam enim partes etiam naturales hominis unius secundum na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam dispositæ sunt quãdo quidẽ partẽ superiorẽ ad uniuersi supremũ erectam obtinet. Solus enim animaliũ homo erectus icedit. Caput hominis macilẽtum carneq; p pe omni exutũ eẽ necessariũ: ex iis quæ de cerebro diximꝰ euenit: nec audiẽdi sunt qui si carnosum eẽt uiuacius hominũ genus futuꝝ cẽseant. Sed melius sentiret: carnẽ adeptam existiment: uim enim sentiendi sitam in cerebro: sensum autẽ per partes nimium carnosas nequaquã admitti posse arbitrantur: neutra enim eorum ratio uera est. Sed si cerebrũ a carnis copia circundaretur contra efficeret quam institutũ exigeret: Cuius gratia adiunctũ est animalibus: non enĩ refrigerare posset cum ualde ipsum teperet. Nec sensus ullius cãm cerebrũ optinet quod quidẽ expers oino sensus nõ aliter quam quod uis excremẽtũ est. Veꝝ cum intelligere causam: quã ob rẽ sensus nõnulli in capte habentur nequeãt: qꝫ eam partẽ cæteris eẽ peculatiorẽ animaduerterint: ideo sẽsum cum cerebro coniungẽdũ ratiocinantur. Sed enim principiũ sensuũ eẽ cordis locũ dis finitum iam ẽ cũ de sensu ageremus: & quã ob causam duo: id est tangẽdi & gustandi sensus ex corde aperte depẽdẽt: unus ex reliquis tribus id est olfaciẽdi mediũ tenet duo idest audiendi & uidẽdi maxime in capite positi sunt: propter sẽsoriũ naturã uisusq; oi bus in capite ẽ nam auditus olfactusq; pisciũ & reliquoꝝ gñis ciusdẽ declarant quod di cimus: audiũt enĩ atq; olfaciũt cum nullũ sẽsoriũ eoꝝ sẽsuum in capite hẽant manifestum. Visum aũt oibus quibus ẽ datus apud cerebrum eẽ optima ratio ẽ: cerebrũ enĩ humidũ ac frigidũ ẽ uisus aquæ naturã optinet: hæc enĩ oium plucidorũ facillime conseruari potest. Sẽsus etiã exquisitiores p partes quæ sanguinẽ hẽant sinceriorẽ absolui necesse ẽ. Sanguis enĩ calidioris agitatio officiũ sentiẽdi intercipit: atq; refringit: his de causis sedes eoꝝ sensuũ mandatæ sunt capiti nec uero pars prior tantũ capitis carne ua cat sed etiã posterior quod omnibus capite prædits partẽ hãc erectam maxime cõstare oportet nihil enim erigi potest præsum onere. Id autẽ accideret animali si caput car ne obtectum haberet quo etiã patet non ideo carnẽ de cẽ capiti ut cerebrũ sẽtiat pars enim posterior capitis cerebro caret: & tñ carnis expers nihilominus est. Auditũ etiã nonnulla animalia sitũ in capite habẽt debita ratione quod enĩ inane uocat: plenum aeris est sẽsoriũ autẽ audiẽdi aeris eẽ fatemur ut igitur ab oculis meatus ad uenas circa cerebrũ sparsas tẽdunt. Sic ab auribus meatus in occiput penetrat uis autẽ sẽtiẽdi nec ulli exangui data ẽ parti neq; sanguinis propria ẽ sed quidã ex iis quæ guine prouenĩ unt denegata ẽ quo circa pars nulla exanguis eoꝝ quæ sanguinẽ habẽt sẽtire potest: nec ipse sanguis sẽsus præditus ẽ quippe qui nulla pars sit animaliũ. Cerebrũ uero pte priori capitis continẽt oia quibus hoc datũ ẽ quoniã id quo sẽtiunt in parte priori cor poris sitũ ẽ. Sẽsus enim prouenit a corde: quod parte priori cõmissum ẽ. Sẽtire etiam partes tantũmodo possunt quæ sangninẽ obtinẽt occiput autẽ uenis uacuũ ẽ. Sedes autẽ sẽsoriæ probe ad hunc modũ a natura dispositæ sunt. Aures orbẽ capitis æquis portionibus secant tenẽtq; mediũ auditur enĩ non modo per directũ uerũ etiã undiq; Visus parti priori mandatus ẽ. Cernitur enim per directũ. Motus etiam ante sit ꝑspi ciẽdum aũt ẽ eodẽ quo motus agitur. Nares inter oculos ratiõe optima collocatæ sũt. Gemina enim sedes quæq; sensoria est propter duplicem corporis partem scilicet dex tram & siniſtram: sed hoc in tactu incertum est propter ea qꝫ primum sensorium nõ ca ro non pars eiusmodi aliqua est sed aliquid intimum. Lingua & si obscurius qua ocu li tamen certius quam tractus geminũ gustandi uestigium ostendit est enim hic etiam sensus quasi tactus quidam attamen res uel in eo satis constat; fissura enim linguam di

stingui perspicuũ est: At uero in cæteris sentiendi partibus sensum bipartitum esse la tius patet aures enim geminæ: & oculi gemini sunt. Vis etiam narium bipartita ẽ: q̃ si aliter sita distractaq; esset ut aures: suo fungi officio non posset: nec pars in qua posi ta est ex instituto amministraret: efficitur enim sensus olfaciẽdi per spiratiõnẽ in iis quæ obtinent nares: pars autem spirandi medium tenet & ante posita est: quapropter na res in medio trium sensuum natura constituit quasi per lineam fabrilem directas: ad respirationis agitationem: cæteris etiam animalibus: hæc eadem sensuũ domicilia be ne pro sua cuiusq; natura condita habentur.

De situ auricularum in quadrupedibus. Caput. xi.

q Adrupedes. n. auriculas habẽt suspẽsas & supra oculos sitas hre uidẽtur ue rũtamẽ non ita est: sed cõspectum emẽtiunt quoniã bestiæ non erecto: sed prono sunt corpe. Cũ igit plurimæ: ita icedãt: iuuat ut & suspẽsiores sint auriculæ. & crebro moueantur: sic enim melius undiq; strepitus circũactæ excipient.

De meatibus auditoriis auium. Caput. xii.

a Ves meatus tantũ auditorios habẽt: qꝫ enĩ cutis eaꝝ durior sit: nec pilis: sed pẽnis integantur. Ideo materia carẽt ex qua auriculę creent quadrupedes etiã ouiparæ & corticatæ eodẽ mõ se habẽt: eadẽ enim rõ uel illis cõueniet: quinetiam uitulus marinus iter ea quæ animal pariũt: nõ auriculas sed cauernas tãtũ habet ad audiendum utpote qui manca & læsa sit quadrupes.

Genus hoium: auium & quadrupedum contectos palpebra oculos habere: quoue modo ipsorum quodq; conniueat. Caput. xiii:

g Enus hominum auium quadrupedum tam uiuiparꝫ quam ouiparꝫ oculos uisus custodiendi gratia integũt: sed uariæ: quæ enim animal pariũt: gemi nam habent palpebrã: & conniuere utraq; solent: aues tam leuiores quam grauiores: & quadrupedes ouiparæ: palpebra inferiori cõniuent: nictatur aues ab an gulis membrana obeũte. Cuius rei causa est: ut operimentũ præsidio sit oculis coꝝ hu midis: q ideo humidi sunt ut cernere acutius possint: nã si duri essent tutius qdem con starent contra ea quæ extrinsecus occursarent atq; inciderẽt: sed cernere acute non pos sent: itaq; eius rei causa cutis prætenuis pupillæ obtendit. At uero salutis gratia palpe bræ operiũt. Ideoq; omnia cõniuent: & omniũ maxime homo omnia inquam: ut quę incidant prohibere palpebris possint. Idq; non cõsulto sed naturæ instinctu agit: ho mo uero frequẽtius: quoniam cutem tenuissimam habet: palpebra aũt cute cõstat un de fit ne aut palpebra aut præputiũ ulnere diductũ coalescere possit. Sũt enim cutes si ne carne: quæ aũt inter aues palpebra inferiori cõniuẽt: & q̃drupedes ouiparæ præ du ritia cutis caput ambiẽtis ita conniuẽt: uolucribus enim grauioribus qꝫ nequeãt uoli tare incrementũ pennaꝝ ad cutis crassamentũ conuertit: eædemq; palpebra inferiori conniuent. Colũbæ aũt & similia utraq; quadrupedes ouiparæ corticæ integunt: qui pilo durior est: itaq; cutis quoq; coꝝ cæteris cutibus durior est. Cutis igit capitis corũ prædura est. Ideoq; palpebram inde habere nequeũt: inferior carnosa est: ut satis te nuitatis tensioniſq; habeat. Nictantur uolucres grauiores nõ palpebra: sed mẽbrana quod palpebræ motus lẽtior est: cũ celeritate sit opus q̃ mẽbrana: prestare potest: nec nisi ab agulo naribus proximo nictantur: qꝫ coꝝ naturam ex uno principio prouenire melius sit. Principiũ aũt in iis est pars naribus adhærẽs: pars ẽt prior principiũ potius q̃ latus est. At uero quadrupedes quæ oua pariũt nõ eodem nictantur modo: quoniã

non lubricũ exquisitũq; uisum eas habere necesse est cũ terrestres sint: uolucribus cer
te necessariũ est: iis enī usus cernēdi ex lōginquo ē: unde fit ut q̄ unguibus sunt adūcis
clarissimæ cernāt cibus enī de sublimi cōspiciēdus iis ē: & q̄dē uolare ī excelsum oium
maxime auiũ genus id ob eam rē assolet. Terrestres aūt parũq; uolatiles aues ut gal
linacei & similes: non acie oculoꝝ ualēt: nulla enī uictus necessitate coguntᵉ: pisces in
secta & crustata: q̄uis diuersos habeāt oculos tñ nullũ ex iis palpebrā habet: quę enim
crusta integuntᵉ: usu careāt palpebræ necesse est. Cũ nisi celeri cutis officio p̄stari non
possint: sed tñ uice eius tutelæ duritiæ oculoꝝ hæc oia muniuntᵉ: quasi palpebrā obdu
ctam: q̄dam translucidam cernant: sed cũ ob eam duritiā hebetius cōtueri necesse sit:
moueri oculos insectoꝝ natura uoluit: atq; ēt magis castroꝝ: ut nonnulloꝝ quadrupe
dum auriculas scilicet: ea causa: ut clarius cernerēt. Cũ se ad lucē conuerterēt: atq; ex
ciperent splēdorē: pisciũ oculi lubrici sunt usus enim cernēdi ex lōginquo necessarius
iis est quæ lōgius moueantᵉ: terrestribus itaq; aer transpici facile p̄ot. At piscibus q̄m
aqua ut ad cernendũ acutius aduersatᵉ: sic ad interpellandũ uisum nō multa offensacu
la affert mō aeris) idcirco nec palpebrā habent: nihil enim frustra natura agit & ocu
lis lubricis sunt propter circunfusi humoris crassamentum.

Quæ animalia ciliũ habeant quæue eodem careant: deq; cauda & iubis quorūdā
animaliũ: & capillo hominis. Caput. xiiii.

c Ilium habent palpebris aiunctũ omnia q̄ obtinent pilos: aues & q̄ cortice
integuntᵉ carent: ut q̄ pilos non habeāt: de structione africæ cām quāobrē
ciliũ habeat postea reddemus: & inter ea q̄ pilos habent homo unus ciliũ ī
utraq; palpebra obtinet: quadrupedũ enim generi pili nō parte supina sed prona poti
us habentᵉ homo cōtra: parte magis supina quā prona: pili enim operimēti gratia ad
iuncti sunt animalibus: itaq; q̄drupedibus prona potius egent tegumento: priora aūt
quanq̄ nobiliora sunt: tamen per corporis totius flexũ fouentᵉ: ac tepent. At homini
quoniam prior pars compar posteriori est: propter corporis erectionem: idcirco natu
ra partī nobiliori adimentū censuit adhibendũ: semper enim natura rei melioris au
tor est: quo ad eius fieri potest: quamobrem q̄drupes nulla est quæ pilos uel in palpe
bra inferiori habeat quamquam nonnullæ habent pilos quosdā sub eas nascētes uel in
alis uel in pube: ut homo. Sed uice eoꝝ aliis prona totius corporis hirsuta habentᵉ: ut
canibus: aliis crista adiūcta est ut equis cæterisq; generis eiusdem aliis iuba ut leoni ma
ri. Quinetiam caudas prolixiores pilis natura ornauit: alias longis: quibus tenor bre
uis: ut equis: alias breuibus: q̄bus tenor longus ut bobus: atq; etiam pro relīq corporis
natura: ubiq; enim natura quod aliũde dempserit: reddere ad partē aliam solet. Iam q̄
bus corpus ammodo pilosum condiderat: caudam iis diminuit quod ī ursis perspicuũ
est. Homo animaliũ maxime omniũ piloso capite est. Cuius rei causa tum ad necessi
tatem tum ad præsidii rationem referenda est: necessarius enim propter cerebri humi
ditatem & commissuras caluæ: nam ubi plurimũ humoris caloriscq; est: ibidē ortũ pi
loꝝ esse copiosum necesse est. Adimenti aūt ratio: ut frequentia pili caput operiens
defendat a nimio frigore & calore. Cum enim cerebrum hominis proportiōe maximũ
& humidissimũ sit: maximam etiam tutelam desideratres namq; humidissima quęq;
& referuescere & refrigescere maxime idonea est: quæ autē cōtra se habet: hæc minus
afficī potest sed nos ut huc digrederemur: fecit rei cognatio: cũ rationem ciliοꝝ redde
remus: itaq; de reliquis mentionem suo loco & tempore faciens.

Quas ob causas supercilia & cilia in animalibus natura constituit. Caput. xv.

Vpercilia uero & cilia adiumenti gratia habentur: supercilia enim ut dela
f bentes humores arceant: uelut inbricamentum siue grunda humoribus q̄
capite emanent paratum: cilia ut contra incidentia in oculos: quasi uallum
quoddam promineant: supercilia in compage ossium posita sunt: quam ob rem com
pluribus senescentibus adeo crescunt, ut tondendum sit. Cilia uenularum clausulis
summis innituntur: nam ubi cutis finitur ibidem uenulę etiam desinunt. itaq; propter
uaporem qui inde crassiusculus prodeat: pilos iis locis enasci necesse est nisi quid natu
ralis opificii ad alium usum impediat.

Quomodo in hominibus: quomodoq; in cæteris animantibus nares & labras sint
collocata deq; labrorum & narium officio. Caput. xvi.

Ensorium uero olfaciēdi non longe quodāmodo euariat cæteris quadrupe
f dibus uiuiparis: q̄bus enim maxillæ oblongæ exeūt in acutū: iis nares in ri
ctu appellato continentur modo quo fieri p̄ot: cæteris explanatius ad ma
xillas constant. At elephantus peculiarē hanc partē præ cæteris fortitus est animali
bus: nā & magnitudine & uiribus peculiarē: naris est enī qua cibū tam siccū quā hu
midū ille capiat: oriq; perinde ac manu admoueat: arbores ēt eadē complectēdo euel
lit: deniq; ea nō alio utiᵉ modo nisi ut manu. Est enim hoc animal sua natura simul ter
restre & palustre: itaq; cũ cibū petere ex humore deberet: & tñ spirare necesse habe
ret: ut terrestre & compos sanguinis: nec posset præ nimia magnitudine celeriter de
scedere ex humore ad aerē: modo nōnulloꝝ quæ & animal pariūt: & sanguinē hñt &
spirāt. Idcirco ut pariter hūore atq; terra uti posset: necesse fuit. Quale igitᵉ urinatoꝝ
nōnulli istrumētū sibi accipiūt: quo q̄diu in ꝓfundo manēt: aerē extrinsecus trahant:
talē natura elephāti dedit narē illā prælongā: quāobrē si q̄ inter ꝓ aquā faciunt: nare
emersa respirant: nā ut mō dixi: ꝓmuscis pro nare elephātibus est: & cũ fieri nō possit
ut naris ad eiusmodi usum accōmodetᵉ: nisi mollis sit aptaq; ad flectendũ. Impedimen
to enim præ sua longitudine esset ad cibū capiendū quomodo aiūt ad cornibus bonũ
illoꝝ qui recessu pascere solent sua natura: nam illos q; progredi demisso in terrā capi
te nequeant: recedendo in auersum pasci solitos aiūt. Cũ itaq; naris eiusmodi adiūcta
sit natura: quæ membris eisdem abuti ad plura officia solet: eandē in usum trahit pe
dũ prioꝝ: hos enim uice manuũ habet genus q̄drupedũ digitatũ nō solũ ponderis cā
sustinēdi. Elephātes aūt nō bisulcos: nō solidos pedes hñt: sed digitatos: sed quoniam
corporis magnitudo uasta: ponduscq; ingens est: ideo sustinēdi tantūmodo gratia pe
des habēt priores: nec ad ullũ aliũ usum utiles ꝓpter tarditatē flectendi atq; ineptiā.
Narem igitur elephātus habet ut spiret: quomodo & cætera aīalia q̄bus pulmo: ean
dēq; prælongā atq; in anfractū flexibilē: propter morā in humore diuturnā: & retar
dū inde discessum. Cūq; usus pedũ prioꝝ defuerit ea ut dictū est parte abutiᵉ natura:
ad supplēdū ministeriū quod pedes præstarēt. At aues & serpētes & q̄cūq; ex q̄dru
pedibus sanguinis cōpotes ouiparæ sunt: foramina q̄dē nariū ante os hñt: sed nō ita ex
platata ut nares appellari possint: nisi spirādi officio. Iam auē q̄s nasū aut nares hīe di
ceretᵉ q̄d ꝓpterea ita accidit: q̄a ꝓ maxillis hñt q̄d rostrū uocatᵉ: huius aūt rei cā est na
tura auiũ q̄ ad hūc modū cōstat: & bipes enī & uolucris est: itaq; leue pōdus tū capi
tis tū etiā ceruicū sustinere necesse ē: ut pectꝰ ēt arctū hīe debuit. Rostrū igitᵉ os leum
hñt ut cōmode & cibū capiat: & ad pugnā armētur. Arctū hoc ē pp capitis exiguitatē

Universidad de Deusto Biblioteca

ẽũq; meatus olfaciendi ſuo roſtro contineant: nares habere nõ poſſunt. De cæteris aĩa libus quæ nõ ſpirant: dictũ antea eſt: qua ob cauſam naribus carent: & alia brãchiis: alia fiſtula: alia præcinctu: ut inſecta odores ſentiũt: & oĩa natiuo ſpiritu ſui corporis quaſi mouẽtur: qui ſpiritus in oĩbus ex natura inſitus eſt: nõ aduẽtitius de foris acce/dit. Naribus labroꝝ natura ſubiacet iis quæ ſimul & dentes hñt & ſanguiné. Auibus enim ut dictũ eſt: cibi armẽtiq; gratia roſtrũ oſſeũ habetur. Coactũ enĩ pro dẽtibus & in idẽ perinde quaſi detractus hominis labris ſupiores inferioreſq; dẽtes ſeorſum cõfun dens lõgitudinẽ utrinq; anguſtã produxeris: iam enĩ iſtud roſtrũ auiũ fuerit: ſed cæteris aĩalibus labroꝝ natura ad ſalutẽ tutelamq; dentiũ adiũcta ẽ: quãobrẽ ut quæq; exquiſite bene dẽtibus prædita ſunt: ſic eam quoq; obtinẽt partẽ homini aũt mollia carnoſa: & quæ ſeparari poſſent labra adiũcta ſunt: tum dentiũ tuendoꝝ gratia: ut cæteris: tum ẽt potiori cauſa ut bene eẽt: nã ad uſum ſermonis ea quoq; ꝓficiũt. Et enĩ ut linguã nõ ſimilẽ atq; aliis aĩalibus natura homini dedit: ſed idoneã q̃ ad duplicẽ actionem uteret: quod eam in multis facere diximus (nã & ad pcipiẽdos ſapores: & ad formandũ ſermonẽ) ſic labra tam ſermonis quã tutelæ dentiũ gratia adhibuit. Sermo: nã q uoce promat: ex litteris conſtãt: quod ſi lingua talis: & labra humida atq; agilia nõ eſſent: maxima litteraꝝ pars exprimi nõ poſſet: quippe cũ litteræ partim lingua ꝓducantur: partim labris comprimant. Sed quas & quot numero differẽtias hæc habeãt ex eruditis metrica rõne accipiẽdũ eſt: has aũt ptes illico neceſſe fuit accedere idoneas & natura eiuſmodi prædĩtas ad uſum iam dictũ: itaq; carne inſtitutę ſunt eaq; molliſſima qualis caro hominis eſt ſcilicet q̃ maxime omniũ animaliũ ualeat ſenſu tactus.

De lingua eiuſq; ſitu uarietate in qbuſq; & animalibus. Caput. xvii.

Lingua in ore palato ſubiacet: ſed terreſtribus fere omnibus modo ſimili: cæteris diſſimili: tum eorũdem ipſorum: tum terreſtriũ comparatiõe. Homo igitur linguã abſolutam molliſſimã: & latam pręcipue habet: ut commoda ad utrũq; officium ſit: hoc eſt & ad ſapores pcipiendos & ad litteras exprimendas: eſt enĩm homo omniũ maxime animaliũ ſenſu facilis: & lingua quæ mollis eſt uim tãgendi pręcipue optinet: guſtus autem tactus quidam eſt: ad litteraꝝ etiam explanationẽ & ad ſermonis expreſſionem: lingua mollis lata & abſoluta ac comodior eſt: quippe q̃ contrahere producere dilatare deniq; uarie afformare maxime poſſit patet hoc in iis q bus non ſatis abſoluta eſt blæſi enim balbi & torti ſunt: quod uitiũ litteraꝝ defectus eſt diſcrimen in latitudine & anguſtia eſt: quippe cum ampla anguſtã contineat: anguſta amplã non capiat: parũ enĩm in magno continet: magnũ in paruo haberi nõ põt quãobrem aues quæ litteras proferre maxime poſſunt lingua ſunt latiore quã cæteræ. Quadrupedes aũt quæ & ſanguinẽ habent: & animal pariũt uocem paꝝ explanare pñt: ut q̃ liguã durã craſſam & minie abſolutã habeãt at plereq; auiũ uocẽ copioſe emittũt: & q̃is latiorẽ habeat quæ unguibus ſunt aduncis: tamẽ minores uocaliores ſunt ac omnes lingua utunt etiam ad ſui ſenſus mutuam iterpretationẽ. Sed aliæ aliis amplius ut in nõnullis uel uſus docendi mutuis eẽ uideatur: ſed de iis diximus ſatis cũ hiſtorias animaliũ ſcriberemus. Terreſtrium aũt ouiparoꝝ ſanguineoꝝ pars maior linguam habet inutilem ad uocis officium. Et adhærentem & duram: quãq; ad ſaporũ guſtatũ ſerpentes: & lacerti longam habent: & bifidam: atq; ita longam ſerpentes: ut ex paruo longe protrahi poſſit: bifida & parte extema capilamenti tenuitate eſt: propter ſuæ naturæ cupediem; duplex enĩm uoluptas iis capitur: quaſi duplicem ſenſum

guſtandi habeant. Omnia tam ſanguinea q̃ exanguia habent eam partem: quæ ſapores ſentire poteſt. Nam & quæ multitudini uidentur carere ea parte: ut piſces nonulli ea quoq; partiori quodã optinent modo: & fere ſimili: ut fluiatiles crocodili. Sed hoc latet in plurimis: cauſa quadam iuſta: locus enĩm oris omniũ id genus ſpinoſus eſt: & quoniam aquatile genus: breui tempore ſentit ſapores: hinc fit ut pro ſui uſus breuitate linguam paꝝ diſcretam habeant. Raptim enĩm ſũmaq; celeritate cibus ad uentrẽ ingeritur: q̃ imorari ſaporibus perfruendis nequeãt: humore interlabente: itaq; niſi os inclinaueris: cerni pars hæc diſcreta non poterit: horret hic locus ſpinis: quippe q ex frequẽti contactu conſtitutus ſit branchiaꝝ: quarum natura ſpinoſa ẽ. Crocodilis nõ nihil cauſæ ad eius partis uariationem affert: etiam imobilitas maxillæ inferioris: lingua enĩm inferiori annectitur maxillæ quã illi quaſi contra habent ſuperiorem: cæteris enĩm ſuperior imobilis eſt. Itaq; ut ad ſuperiorem non habẽt: q̃ cibi aditus tollitur: ſic ad inferiorem carent: q̃ ſuperior quaſi tranſlata in locum inferioris eſt. Accedit ad hęc genus uitæ quã more piſcium agit: cum tamẽ ipſe terreſtre ſit. Itaq; uel ob eam rẽ inexplanatam hãc partem habeat neceſſe eſt. Palatũ piſcium etiã cõplures carnoſum habent & quidem inter fluuiatiles nonnulli admodum carnoſum & molle: ut cyprini nomine: adeo ut ſi parũ diligenter aduertas, lingua id eſſe uideatur: piſces igitur ob eã quam diximus cauſam & ſi lingua non carent: tamen explanatã non habent. Sed cũ cibi gratia ſenſus ſaporis adhibitus ſit: eũq; non quauis parte: ſua lingua optineat: ſed extrema potiſſimum: ideo piſcibus particula hæc tantũmodo diſcreta habetur: cibũ autem quãquam animalia omnia cupiũt: ut quæ uoluptatẽ ex cibo ſentiant (Cupiditas enĩm rei ſuauis eſt) tamẽ membrum quod ad ſentiendũ accommodatum eſt: non omnibus ſimile datũ eſt: ſed aliis abſolutum: aliis adhærens: uidelicet iis quibus uocis defuit uſus: & aliis durum: aliis molle carnoſumq; nã & cruſtatis: ut locuſtis marinis: & reliquis generis eiuſdem tale quod in ore habetur: atq; etiam mollibus ut ſepiis: ut polypis. Iſectorum alia membrum hoc inter continent: ut formicæ: quemadmodum multa etiam ex teſtatis: alia foris gerunt uelut aculeum fungoſum & cauũ: ut eo ſimul & guſtare & cibum trahere poſſint: patet hoc in muſcarum genere: & apum & omnium generis eiuſdem atq; etiam in nõnullis teſtatis: purpuris enĩ mtantã obtinet uim hoc membrum: ut teſtas conchyliorum tranſigere ualeat: uelut turbinum: quorum æſca capiuntur: nec non aſili: & tabani eodem ſpectant: quorum alteri lingua adacta cutem hominum ſecant: alteri tergora etiam beſtiarum elacerant: his igitur animalibus lingua talis natura tributa eſt: quaſi reſpondens & obuerſaria nari elephãtorum. Naris enĩm illis adiumento eſt: & lingua his pro aculeo habetur. Cæteris animalibus omnibus lingua talis qualem iam expoſuimus data eſt.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER TERTIVS INTERPRETE THEODORO.

De ordine & conſtitutione dentium: oris & faciei: eorũdemq; in omnibus animãtibus diuerſitate. Caput primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ROXIME ab iis natura dentiū est: & oris: quod serie dentium cō
p tinetur: & constat. Sed cum dentium natura cōmuni quidem offi-
cio: ad cibum conficiendum adiuncta sit: tamen generatim seorsum
aliis roboris gratia: tum ad inuadendum: tum etiam ad defendendū
aliis auxilii tantum causa data est: partim enim ea utraq; causa dēte
obtinent, ut nec ab aliis afficiantur: & ipsa afficiant alia: ut quæ ex
feris natura carniuora sunt: partim ea causa tantum, ne male ab aliis afficiantur: ut cō
plura tum siluestris generis: tum etiam urbani: nonnullis cibi conficiendi causa tantū
adhibita est dentium opera: homo uero ad usum cōmunem probe factos obtinet dē
tes: uidelicet primores acutos ut secent: maxillares latos ut molant: discriminant eos
utroslibet qui canini appellantur: media inter eos natura conditi: nam & medium parti
ceps utriusq; extremi est quibus non omnes acuti habentur: sed potissimum locutio-
nis gratia tales totq; numero dentes homo sortitus est: ad litteras enim exprimendas
plurimum conferunt primi dentes: nonnulla animalia (quod dictum iam est) cibi tan-
tum conficiendi gratia dentes obtinent. Quibus autem simul & auxilio sunt & robori
dentes: hæc aut exertos habent ut sus: aut acutos pectinatim sese stipantes: unde serra
tis ea dentibus esse diximus. Cum enim uires eorum acumini dentium cōmissæ sint
recte qui utiles sint: ad ferocitatem pectinatim coeunt: ne occurrsu contrario atterant
& hebetescat: sed nulli simul & serrati & exerti sunt dentes: quoniam natura nihil fru-
stra: nihil superuacanei facere solet: auxilium aliis per ictum: aliis per morsum: nā sues
fœminæ mordent: ut quæ careant dente exerto: cæterum aliquid accepisse in uniuer-
sum conuenit: quod utile sit: tum ad hæc ipsa: tum etiā ad multa quæ postea dicemus
partes enim quæ ad inuadendum: aut ad defendendum spectant: quæq; a natura iis tri
buuntur: quæ aut sola: aut præ cæteris uti possint: & quibusuis utendi precipua: hæc
precipue armis dotata sunt: ut aculeo: calcari: cornu: dēte: & si quid eiusmodi aliud sit:
cūq; mares robustiores magisq; animosi sint: ideo aut solis iis: aut melius iis ptes eius-
modi datæ sunt: quas enim in fœminis quoq; haberi necesse est: ut quæ cibo accom-
modentur: eas habent quidem & fœminæ: sed minus q̄ mares: quæ autem ad rem nul
lam necessariam spectent: iis carent: quapropter in ceruorum genere cū maribus cor
nua sint: fœminis desunt: uaccarum etiam cornua & taurorum inter se distāt: quod idē
in pecore etiam cernimus: calcar etiam eum mares habeant: fœminæ magna ex par-
te non habent: pari modo de reliquis quoque eiusmodi partibus intelligendum est:
pisces omnes serratis dentibus sunt uno excepto: qui scarus uocatur: complures etiam
dentes in lingua habent: & in palato: cuius rei causa est: q̄ cum mersi in aqua degant:
humorem cum cibo admittant: eumq; expuant quam primum necesse est: non enim
in molendo commorari possunt: quando humor in uentrem interrumpit: iccirco om-
nes acuti & frequentes undiq; sunt, uidelicet ut præ multitudine in minuta secēt: quæ
attritu subigere nequeāt. Aduncī præterea sunt quoniā robur fere totum piscīū in dē-
tibus situ est. Natura etiam oris tum eorum quæ modo dixi officiorū causa: tum etiā
ad spirandum adiuncta animalibus est: scilicet iis quæ spirant: atque extrinsecus refri-
gerantur: natura enim ipsa per se ut diximus partibus omnium communibus ad ple-
raq; officia propria abutit: proinde oris quoq; officium omnibus cōmune cibus cōsi
ciendus est: robur nōnullor̄ peculiare est: sermo alior̄ spirādi ēt usus non communis
omnibus est, At uero natura hæc omnia eodem coniecit: adhibita differentia eius p̄
pro actionis discrimine: sunt enim alia ore compressiori: alia ampliori quibus enim cibi
conficiendi & spirandi & loquendi gratia os datum est: iis cōpressius est: quibus auxi
lii gratia: iis si dentibus sunt serratis: rescissum. Cum enim tota eorum uis in mordēdo
sit: hiatū oris ampliorē esse necesse est: eo nāq; pluribus & plenius morsum ifigēt: quo
amplius rescissum os sit pisciū etiam mordacibus & carniuoris tale os est: non carniuo
ris in arctum se colligit: tale enim ox utile iis est: illud inutile. Auibus os quod rostrū
uocatur (hoc enim pro labris & dentibus habent) Sed uarie pro usu & auxilio quę eni
aduncis unguibus sunt: quoniam carne uiuunt: & nullo fructu uæscuntur rostrū om-
nia habent aduncum. Tale enim tum ad retinendum: tum uero ad uim inferēdam cō
modius atq; aptius est uis autem in hoc & in unguibus sita est unde fit ut ungues etiā
habeant aduncīores. Cæterarum auiū rostrum utile adiunctum cuiuslibet est uerbi gra
tia: robori fieri generis: & coruini: robustum atq; præduræ os est: minuti generis lautū
ad terræ fructus colligendos: & ad bestiolas capiendas idoneum. Quæ autē herbis ui-
uunt: quæq; apud paludes uictitāt ut nantes: & palmipedes partim alio quodāmodo
rostri cōmoditatē obtinent: partim latitudine rostri sibi sufficiunt qppe qui rostro eius
modi infodere possint: quale inter quadrupedes etiam suis est. Nam iis quoq; radicū
appetens est. Quinetiā aues quæ lato sunt rostro: radicesq; æsitant & reliquæ uictus
similis nōnullæ serratū rostri extremū habent ita enim herbar̄ carptus quo uiuūt faci
lius agitur: sed cæteras capitis partes oēs fere exposuimus prosopū aūt idest facies qd
inter caput & collū hominis est nomen a re ipsa accepisse uidetur quod enim unus ani
malium homo erectus est solus prospicit anteuersus uocemq; anteuersus mittit.

De cornuū cōstitutiōe & quæ aialia habeant cornua quæ itē iis careāt. Caput. ii.

E cornibus differendū est: hæc enī capiti inituntur: quocūq; in genere eē pos-
d sunt carent iis oia quæ non uiuipara sint cornua uel aliis quibusdam inesse di-
cimus sed per similitudinē & translationē cum nullum ex iis cornus officio fū
gatur gerunt eni quæ animal pariunt cornua: ad uim aut inferendam aut depellādam
quod nulli ex cæteris quæ cornua habere dicuntur contingit nullum enim utitur cor-
nibus: uel ad conuincendum: uel ad defendendum: quæ uirium sunt officia. Quæ igi-
tur pedes multifidos habēt: cornu omnia carēt cuius rei causa est: q̄ cornu auxilii gra
tia habetur multifidis autem non desunt alia auxilia: dedit enim natura aliis ungues ali
is dentes pugnaces: aliis partem aliā qua sese tueri atq; defendere possent. At uero bisul
corum pars maior cornua gerit & sollipedum nonnulla ad uim inferendam: quædam
etiam ad defendendū quibus autem cornua natura non dedit eorum saluti prelidiis cō
suluit aliis ut pernicitate corporis equis opitulata est magnitudine camelis magnitudi
nis enim exuperantia sufficit ad necem arcendam quod camelis contingit atq; etiā me-
lius elephantis quædā etiam dente exerto armantur in genere bisulco ut sues. Quibus
autem cornua pre nimio excessu superuacua sūt iis alter̄ auxilium natura adhibuit:
ut ceruis uelocitatem grandis enim illa & multifida cornuū magnitudo potius obest
quam prodest. Bubalis etiam capreisq; interdum cornua inutilia sunt. Nā & si contra
nōnulla resistunt & cornibus se defendūt tamen feroces pugnaceq; beluas fugiūt. Bo
nasis (nā iis quoq; pari aduncitate cornua reflexa inter se orbem colligūt) excremēti p
fusionem natura pro auxilio dedit: hoc enim cum metuunt se tuentur hac eadem pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura tribuit cornigerorum pars maxima bisulca est: sed solipes etiã traditur in eo genere: quẽ asinum indicum uocant: maxima animal ũ pars ut corpus dextro: sinistroq; quibus se mouent distinguitur: sic etiam cornua bina eadem illa de causa gerit naturæ ingenio. Sed sunt etiam quæ cornu singulari armentur: ut oryx & quem asinum indicum appellari diximus oryx bisulcum asinus ille solipes est gerunt sane medio sui capitis cornu fixum ea quæ unum habent. Sic enim maxime pars utraq; cornu obtinebit. Cum medium cõmune pariter utriq; extremo sit solipes potius quam bisulcum eẽ unicorne recte uideri potest ungula enim tam solida quam bisulca eandem naturã habet: quam cornu: itaq; eisdem simul & ungulam findi: & cornu congruum est fissio etiam ungulæ & cornus ex defectu naturæ euenit. Itaq; cum exuperantiam ungulæ solipedum natura dedisset recte dempsit supernæ fecitq; unicorne. Recte etiã capiti cornua mandauit: nec ut æsopi momus uitio dat: q; taurus non in harmis cornua gerat: unde ferire uehementius possit sed capite corporis imbecillima non enim ingenio perspicaci ille momus hæc deprehendit ut enim si in alia quauis parte cornua haberentur frustra ponderi essent nulla in re utilia multa etiam officia impedirent. Sic armis quoq; infixa sedem omnino ineptam tenerent non solum enim unde ictus fiant uehementiores considerandum est: sed etiam unde remotiores itaq; cum careant manibus & nec pedib9 imis affixa gerere possint neq; genibus (flexis enim impediretur) capite gerãt necesse quemadmodum a natura constitutum est. Quinetiam ad cæteras corpis motiones ita maxime geri sine ullo impedimẽto possunt. Ceruis dumtaxat cornua tota solida & decidua tum ut utilitatis causa ut onere leuentur: tum ex necessitate præ ponderе cæteris aliquatenus caua & mucrone demum concreta sunt quoniam ad ictus hoc sit cõmodius: sed ne pars caua debilis sit qua cuti annectitur: solidum quoddam ossib9 exortum ingreditur eam impletq; totam. Sic enim sita compactaq; & ad uim inferendam cõmodissima: & ad reliquæ uitæ munera inoffensissima habentur. Sed cuiusnam gratia natura cornuum sit: & quã ob causam aliis data aliis negata sit expositum est.

Nunc quẽadmodum natura se habente necessaria reb9 subiectis: necessario natura ratiocinaria alicuius gratia abutatur differendum est primo igitur plus corpulenti terre niq; in animalibus grandioribus inest cornigerum autem nullum admodum paruum esse nouimus oium enim quæ explorata habemus minimum caprea est natura uero contemplanda respectu plurium est aut enim omni ex parte aut magna ex parte constat quod secundum naturam sit. Os autem omne & quicquid speciem gerit ossis terrenum est quamobrem plurimum id esse prope dixerim partis maioris contemplatione. Corporis igitur eiusmodi excrementi exuperantia in maioribns habita animalib9 natura ad auxilium & rem abutitur cõmodam itaq; quantum excrementi eius ad locũ superiorem efferetur aliis in dentes uel continuos uel exertos distribuit: aliis in cornua quamobrem cornigerorum nullum utrinq; dentatum est superne enim primores dentes non habent quippe cum natura hinc adimendo addiderit cornibus & alimentum qnod in eos dentes digeratur in cornuum incrementum absumitur cur ceruę cornib9 careant: cum dentes similiter habeant atq; mares causa est q; eadem sexus utriusq; natura & cornigera é. Sed fœminis adẽpta sunt cornua qm̃ ne marib9 quidẽ utilia sint: sed uiriũ melioꝝ beneficio mares min9 offẽdũtur. Cæteris aialibus qbus hæc materia nõ i cornua secedit aut dentiũ ipsoꝝ magnitudinẽ cõi oium incremẽto natura auxit: aut dẽtes exertos ueluti cornna e maxillis produxit. Sed de partibns capitis hactenꝰ.

De collo: gula: & arteria & earꝝ officio in corpore aiantiũ. Caput. iii.

Collum capiti subiacet iis quæ id habent animalibus non enim omnia habent: c sed ea tantum quibus sunt partes illæ quarum gratia collum conditum ẽ: hoc est guttur: & quæ gula uocatur. Guttur spiritus causa datum ẽ hoc enim spiritum animalia trahunt: & reddunt respirando: & expirando: quamobrem quæ carent pulmone: collo etiam carent: ut genus piscium. Gula est qua cibus & potus deoratur: itaq; ea quæ carent collo: gulam hæc manifestam non habent nec gulam haberi cibi causa necesse est: nihil enim ad cibum parat: & quidem a situ oris continuo uenter eẽ potest: pulmo non potest. aliquem enim quasi tractum conuallis adesse communem oportet: quo spiritum ad fistulas per arterias digerat bipartitus atq; ita efficere spiritus reciprocationem maxime potest. Cum igitur instrumentum spirationi accomodatum longitudinem habeat necesse sit: gulam inter os & uentrem haberi necesse est. Constat gula ex neruo & carne: ex neruo ut extendi possit cum cibus ingeritur: ex carne ut mollis sit: & cedat nec ledatur asperitate cibi descendentis. Guttur autem quod & arteria uocatur: corpore constat cartilaginoso non solum enim spirandi causa est: sed etiam uocis: quod autem sonet læue ac solidum esse oportet. Ante gulam arteria posita est quã quam impedimento sit. Cum cibus ingeritur. Nam si quid uel cibi uel potus in arteriam dilabitur: strangulationes tormina & tusses grauissimæ incitantur: quamobrem non audiendi sunt: qui hac potum meare dicant. Accidunt enim aperte quæ modo dixi omnibus quotiens aliquid cibi dilapsum est: profecto opinionem eorum qui potum hac admitti existimant: irridendam esse plura ostẽdunt meatus enim nullus de pulmone ad uentrem pertinet: sicut ex ore gulam tendere cernimus. Quinetiam per uomitũ: & nauseam: unde nam humor remeet incertum non est. Ad hæc humorem non continuo colligi in uesicam sed prius in uentrem certum est excrementa enim alui tingi uidẽtur fece uini atri: uulnere etiam uentris sæpe hoc idem patefactum est. Sed enim stultas opiniones admodum scrutari stultum fortasse est. Arteria uero q; exterior ut diximus posita est a cibo infestatur: attamen natura ad hoc molita est minorem linguam siue lingulam: quæ arteriam operiret: non omnia uiuipara eam optinent: sed ea tantum quibus pulmo & cutis pilo intecta non cortex non penna operimento est. Corticatis enim pennatisq; guttur uice lingulæ operientis ipsum contrahitur & diducitur quẽadmodum illis operitur aliunde q; aperitur uidelicet spiritui trahendo reddendoue aperitẽ cibo ingerẽdo operitur nequid illabatur quod si quid erroris in eo motu cõmittitur uel deerrante cibo in alienum tramitem: uel respiratione preueniente tusses strangulatio / nesq; excitantẽ ut dictũ est: tã uero sollerti igenio motus & lingulæ & liguę adhibitus a natura est: ut cibus neq; in ore cum molitur cadat sub dentes neq; cum per fauces meat in arteriam labatur. Carent animalia quæ modo diximus lingula: quoniam & carne sicca & cute constant prædura: non enim facile moueri membrum id posset si ex tali genere carnis cutisq; constaret. Sed extrema ipsius arteriæ citius comprimerentur q̃ lingula quam animalia pilo predita habent ex sua carne hæc dixisse satis est quam ob causam animalium alia lingulam habeant alia careãt & quemadmodum natura uitio situs arteriæ remedium lingulam emolita adhibuerit. Guttur autem ante gulam necessario positum est. Cor enim in parte priori atque in medio situm est: in quo principium uitæ omnisque motus: & sensus esse censemus; etenim partem uersus quam

priorē appellamus tū ſenſus tū etiam motus agitur hac enim ipſa ratione pars prior & poſterior ſtatuenda eſt: pulmo eandem, quam cor optinet ſedem: idq; amplectitur ſpiratio tum ꝓpter pulmonē: tum ꝓpter originem cordi iditam agitur: attrahitur & redditur aer per arteriā: itaq; cum in parte priori cor primū collocari neceſſe ſit. Arteriam quoq; & guttur conſtitui ante gulam neceſſe eſt hæc enim ad pulmonem & cor tēdūt gula ad uentrem deniq; quod melius & nobilius eſt id ſemper (niſi quid maius impedit) ſuperioris inferioriſq; ratione ſuperius collocatur prioris poſterioriſq; : prius dextri ſiniſtriq; dextrum ſed de collo: gula & de arteria dictum iam eſt.

De corde & eius qualitate: quāq; ob cām animalibus iniunctū ſit. Caput. iiii.

Equitur ut de uiſceribus doceamus quæ eoꝝ ſane propria ſunt quæ ſanguinē habent nulli enī exanguium animali uiſcus ullū eſt. Cū ſanguineis ola ſint itaq; democritus non recte de his tractaſſe uidetur. Si quidem icerta hæc eſſe putauit præ exiguitate exanguiū animalium ſtatī enī cū conſiſtunt quæ ſanguinē habēt: exiguaq; admodum ſunt deprehendi cor & iecur ſine dubio poſſunt: quippe cū iouis triduo cubatis puncti iam magnitudine appareant necnō in partibus abortitiis ꝑ quā exigua cernuntur ad hæc ut exterioꝝ partium nō idē uſus oibus eſt ſed quæq; pro uita motuq; uario ſibi peculiarē receperūt: ſic iterioꝝ aliæ aliis accomodantur uiſcera autem eoꝝ peculiaria ſunt quæ ſanguinē habent: quamobrē unūquodq; eoꝝ ex materia ſanguinea cōſtat: quod in nuperæditis patet. Sunt enim cruētiora maioraq; ex ratiōe quoniam in prima cōcretione ſpecies copiaq; materie euidentior eſt cor igitur omnibus ſanguine præditis ineſt & quam ob cauſam dictū: & antc hac eſt & nūc dicemus. Sanguis enī neceſſario ineſt in iis quæ ſanguinea ſunt qui cū humidus ſit cōceptaculum ſibi habeat neceſſe eſt. Ideoq; uenas natura emolita uidetur quaꝝ unum eſſe principiū neceſſe ē ubicūq; enim fieri poteſt unū eſſe q̄ plura melius eſt cor autem uenarū principiū eſt ex hoc enī uenæ & per hoc eſſe uidentur natura etiā eius uenoſa eſt utpote generis ſocietate iuncti cum uenis. Quoniam & ſitus eius ſedem optinet principalē in medio enim poſitum eſt ſed magis ſuperius q̄ inferius : & parti priori ammotius q̄ poſteriori natura enim rem nobiliorem conſtituere in locis nobilioribus ſolet: niſi quid maius impediat. Cord s hūc eſſe locum latiſſime in homine patet: ſed in cæteris quoque animalibus: pari ratione tenere ſibi uult medium corporis neceſſarii cuiꝰ ſane exitus eſt: qua excrementa emittuntur crura autem aliis aliter adiuncta ſunt: nec ad uitā neceſſaria habētur. Quāobrē iis dēptis uita nō tollitur additis etiam nullū ſequi interitum certū eſt. Qui capiti uenaꝝ originē tribuunt nō recte opinantur plura enim diſpſaq; principia faciunt idq; in loco frigido argumentū ꝙ frigus hic locus uehementius ſentiat cōtra cordis locus calore abundat. Cūq; per cætera uiſcera uenæ tranſigant nulla per cor tendit ut dictū ē itaq; partem & principiū uenaꝝ cor eſſe apertū eſt idq; optima ratione mediū enī cordis ſpiſſum cauūq; corpus eſt plenū etiam ſanguis eſt quaſi hinc uenæ oriantur: cauum eſt ut cōtineat ſanguinē ſpiſſum: ut principiū caloris ſeruare poſſit. In hoc enim uiſcerum & partium omniū corporis ſangnis ſine uenis cōplectitur cæteræ partes ſanguinē uenis habent contentū idq; recta ratione: ſanguis enim ex corde ad uenas quoq; deriuatur. At uero ad cor nō aliunde deuenit. Id enī origo prima & fons ſanguinis eſt aut conceptaculum primum hæc ex cōſectione aialiū ꝓſpici poſſunt atq; etiā ex generatione cor enim ſtatim omniū partiū primum cōſiſtēs ſanguinolentum eſt motus etiam lætitie ac triſtitiæ deniq; omnium ſenſuum oriri hic eodēq;

deſinere uidetur. Ratione quoq; ita eſſe probatur principiū enī unū eſſe oportet ubicunq; fieri pōt aptiſſimus autē oium locoꝝ melius eſt medium enī unū eſt: & tale ut undiq; attingi uel æque uel proxime poſſit ad hęc cum nec pars alia ſanguinea ulla: neq; ſāguis ipe uim habeat ſentiendi: quod primū ſanguinē habet: id eſſe quod ſetiat certū ē habeat autē perinde ac uas quod principiū eſt neceſſe eſt: nec ratione tantū ita eſſe ꝓbatur uerūetiā ſenſu percipitur nam in partuū prima generatione ſtatim cor palpitare cernitur quaſi animal ſit: ut quod principiū ſit naturæ eoꝝ quæ ſanguinē habent argumentum uel inde deduci poteſt: ꝙ nullū aial ſanguinis compos careat corde principiū enim ſanguinis habeant neceſſe eſt. Iecur etiā oibus ſanguine preditis ineſt : ſed nemo id cenſuerit eſſe principium uel corporis totius uel ſanguinis ſitū enī nequaquam optinet principalem lienē uero ſibi habet aduerſum i iis quæ exquiſitius cōſtent: nec uero ſanguinis conceptaculum modo cordis intra ſe continet. Sed ut reliquæ partes ſanguinem uenis incluſum habet ad hæc uæna per iecur tēdit nec ulla ex eo prouenit. Venę enim omnes ex corde ſua initia trahunt: itaq; cum alterutrū iſtoꝝ principiū eſſe neceſſe ſit. Iecur aūt non ſit cor ſanguinis quoq; principium eſſe neceſſe eſt animal enim ſenſu definitur uis autē ſentiendi primo illi tribuitur quod primum ſanguine preditum ē. Tale autem cor eſt quippe quod & origo ſanguinis ſit: & primū ſanguinem habeat. Extremū eius turbinatur in mucronē firmiſſimū ſitum in pectore eſt: & oino parti priori corporis cōmiſſum ne frigeretur oibus enim pectus minus carnoſum q̄ tergū eſt: quaobrem a tergo per quā tute calor apertus eſt cor cæteris animalibus in medio pectore eſt homini tantum paulo uergit ad læuam: ut eius partis refrigerationē moderetur & cōpenſet. Omniū enim animalium maxime homo refrigeratam habet partē ſiniſtrā: in piſcibus etiā cor ſimilem ſitū tenere & cur diſſimilē uideatur dictū iam eſt ſolis iis cordis mucro ad caput ſpectat. Cū ea pars prior ſit eodem enim agitur motus. Copia quoq; neruoꝝ in corde eſt idq; recta ratione hinc enim motus oriuntur qui intēdendo remittēdoq; efficiuntur itaq; miniſterio tali & roboreopus ē cor aūt ut ſupradiximus ueluti alteꝝ animal ineſt in iis quæ corde uitalem originem continent cor ſine oſſe eſt oium quæ nos nouerimus preterquā equi & generis boum cuiuſdam quibus ꝑ magnitudine quaſi adminiculuū ſubditum eſt quomodo totum etiam corpus oſſib⁹ ſuſtentatur & continctur uentriculū triplicem cor magnoꝝ animaliū habet duplicem minorum unum ad poſtremū nullumq; eſt quod ſine ullo uenriculo conſtet & quam ob cauſam dictum eſt locum enim & conceptaculū quoddā ſanguinis primi in corde haberi cōuenit. Sanguinē aūt primo efficī in corde ſæpe iam diximus. Sed cum duæ uenæ ſint principales: altera maior: altera minor: ahortaq; appellata quæ ſparſa ramorum ſerie cæteras minores uenas producant atq; inter ſe differant ut poſt hac exponemus: melius ſane eſt initia quoq; earum eſſe diſtincta quod fieri poteſt ſi ſanguis diuerſus diſtinctuſq; ſit quamobrem ubi fieri poteſt ſanguinis conceptacula duo habētur: fieri autem id poteſt in magnis. Sunt enim corda eorum ampliora: ſed melius tres eſſe uentriculos: ut unus commune principium ſit: medium autem & impar principium ē itaq; magnitudo amplior ſubinde deſideratur: utile ſit: ut quæ maxima ſint : triplicem uentriculum habeant: dexter plurimum ſanguinis: & calidiſſimum continet: quāobrem pars corporis dextera calidior: ſiniſter parum: idq; frigidiſſimū: medius mediocrē tum copia: tum calore: ſed puriorem principium enim q̄ maxime quieſcere debet: Tale autem erit ſi ſanguis purus & mediocris: tū copia tū calore ſit qnetiam articulationē

quãdam rimis ſuturiſue capitis ſimilem habere uiſuntur quãquam non ita conſtant: ut quod ex pluribus ſit cõpactum: ſed ut modo dixi articulationem potius oſtendunt ſunt articulatiora corda eorũ: quæ ſenſu melius ualent: iarticulatiora eorũ quæ ſenſu hebetiori ſunt: ut ſuũ diſcrimina cordis quæ amplitudine exiguitate duritia: mollitia exiſtant uel ad mores pertineant aliquatenus. Quæ enim ſenſu hebeti ſunt cor habent durum & ſpiſſum quæ autẽ ſenſu ualent mollius pauida etiam ſunt quibus cor grandius audentiora fidentioraq; quibus minus aut mediocre: affectus eni qui accidit ex metu iam in iis præeſt: quoniã calorẽ proportione cordis nõ habeant ſed paũ caloris in magno cõceptaculo exoleſcat: itaq; ſanguis frigidior ſit. Cor magnũ proportione: lepori: ceruo muti hyene aſino panthere muſtellæ & reliquis fere oĩbus quæ aperte timida ſũt aut propter metum malefica. Simile in uenis atq; in uentriculis cordis euenit. Sũt eni frigidiores & uene ampliores: & uentriculi ampliores: nam ut ĩ paruo & in magno domicilio tantũdem ignis non æque calefacit ſed minus in magno ſic in his calor nõ pariter agit uas eni tam uena quam uentriculus eſt. Item motus alieni calidũ quodq; refrigerant plus autẽ ſpiritus in amplioribus eſt magiſq; ualet quãobrẽ nullũ ex iis quæ uenis aut uentriculis ſunt amplioribus: obæſum p carnẽ opimũq; eũ ſed quæ ita pinguescant: aut oĩa: aut maxima parte uenis in certis: paruoq; uentriculo cẽ cernuntur. Cor ſolum uiſceũ atq; omnino partiũ corporis nullũ uitiũ patitur graue idq; recta rõne cũ enim principiũ corrũpitur nihil eſt qd cæteris quæ inde pendeant: prebere auxiliũ poſſit indiciũ ut nullum affectũ cor patiatur q; in nulla hoſtia cor ita affectũ uiſum adhuc eſt ut in cæteris uiſceribus cernitur. Renes eni ſæpenumero calculis & pãnis & papulis referti uidẽtur atq; etiam iecur & pulmo ac potiſſimum lien multa etiam alia uitiorũ genera euenire in iis uidemus: ſed tamen circa arteriam pulmonis & qua iecur annectitur uenæ maiori perexigue ita accidit idq; rõne recta hac enim maxime cordi aſſociantur. At uero quę morbo uitiis quæ eiuſmodi percũt animalia, iis diſſectis affectq; morboſi in corde cõſpiciũtur. Sed de corde quale nam ſit & cuiq; gratia & quã ob cauſam iunctum animalibus ſit hæc dixiſſe ſatis eſt.

De uenis & earum loco in corporibus eorum animantium quæ ſanguine prædita ſint. Caput quintum.

Equitur ut de uenis diſſeramus: uidelicet de maiori & de ahorta hæ nanq; ex corde primæ recipiunt ſanguinem: reliquæ earũ ſoboles ſunt: igitur ſanguinis gratia eas eſſe dictum iam eſt humor enim cõceptaculũ quiſq; deſiderat. Venarum autẽ genus cõceptaculum & uas eſt: itaq; ſanguis in iis quaſi uaſe eſt ſed quãobrem duæ ſunt & de eadem origine in omnes corporis partes diſcurrãt explicandum nũc eſt cauſa ut principium unũ & ab uno eẽ melius ſit q; animã ſentiẽtem unã actu habeant oĩa hinc. n. pars etiã quę eam animã primo contineat una eſt tũ potentia: tum actu in iis quæ ſanguinem habent. At in nõnullis eorũ quæ ſanguine carent actu dumtaxat quamobrẽ caloris quoq; originem in eodem tantiſper eſſe neceſſe eſt hęc eadem cauſa eſt etiã ut ſanguis humidus ſit & calidus cũ igitur una in parte ſit principiũ ſenſus & caloris. Sanguis etiam ex uno ſuã originem ducit unitate autem ſanguis ſit: ut uenarũ etiam capita ex uno eodem que oriantur duæ autẽ numero ſunt quoniã corpora animaliũ quæ ſangu nẽ habent & gradiuntur bipartita ſint hæc eni oĩa parte priori & poſteriori dextera & ſiniſtra ſuperiori & inferiori diſtinguũtur: quanto autem nobilior ac principalior pars prior quam poſterior eſt: tanto uena maior preſtantior eſt

altera quã ahortam uocari diximus altera enim in priora altera in poſteriora diſcurrit & altera in omnibus ſanguine prædits habetur aperte: altera in nõnullis aut obſcure aut incerte. Cauſa uero ut uenæ in omnes corporis partes digerantur q; ſanguis: aut quod uicẽ ſanguinis tenet: totius corporis materia eſt: quæ in uena aut in uicario uenæ continent: ſed quonãmodo: & ex quo aĩalia nutriant & quõ ex uẽtre capiãt alimẽtum cũ de generatione agit aptius & ſectari: & explicari põt. Cũ aũt ptes ex ſanguine oẽs cõſiſtant (ut diximus) uenaq; riui in oẽs corporis partes rõne recte expãdũtur. Sanguinẽ enim findi per omnia adeſſeq; omnibus oportet: ſi qdem partes quæq; ex eo conſiſtũt: & ut in hortis rigãdis de una origine fonteq; uno aqua riuis pmultis diducitur aliiq; ab aliis ductus ſubinde excipiũt quouſq; humor in oĩs partes deueniat: atq; etiã ut in fabricis per totã fundamẽtoq; deſcriptionẽ lapides apponũtur: uidelicet ea rõne q; facta hortoq; humoris beneficio naſcãtur fundamenta ex lapidibus condant: ſic natura ſanguinẽ per totũ corpus cenſuit deriuandũ. Cum iis omniũ materia ſit: patet hoc in iis quæ maxime extenuent: nihil enim niſi uenæ apparẽt: ut in uitineis & ficulnis & reliquis generis eiuſdem frondibus: iis enim areſcentibus: quæ tantũmodo relinquuntur. Cuius rei cã eſt: q; ſanguis & quod ſanguini ꝓportionẽ potẽtia ſit: corpus & caro: aut quod iis ꝓportiõe reſpõdeat: igit ut ĩ adaquatiõe ſulci altiores ampliores q; durant: minimi aũt primi ac celeriter limo obducto abolescũt: rurſuſq; deducto apparent. Sic uenæ ampliſſimæ durant: minime aũt primæ actu canes efficiũtur: q̃q̃ potentia nihilo minus uenæ ſunt quãobrem & ſi caro extat. Sanguis tamen inducto uulnere undiq; effluit. At qui ſine uena ſanguis eſſe non poteſt: uena autem nulla manifeſta eſt: quomodo neq; riuorum foueolæ pateant: priuſq̃ limus eximatur. Procedunt uenæ in minores ſubinde ex amplioribus quouſq; arctiores reddantur: quam ut ſanguinem tranſmittere poſſint: quamobrem exitus ſanguini nullus: patet: quanquã excremento uaporis humidi: quem ſudorem uocamus ſatis pateat: ſed ne illi quidẽ niſi corpore calefacto: & uenularũ clauſulis patefactis. Iam nõnullis accidit: ut cruentũ quoddam excrementũ ſudarent: propter uitiatum corporis habitũ ſcilicet cum corpus laxum fluxũq; eſſet: ſanguiſq; præ cruditate humeſceret imbecillitate: caloris: qui exiguus uenulis incluſus concoquere non poſſet: omne enim quod aquę & terræ commune eſt craſſeſcere: cũ concoquitur: dictũ iam eſt: alimentũ autem & ſanguis mixtum ex iis eſt: calor uero concoquere non poteſt non modo quia exiguus: eſt uerum etiã præ nimia cibi aſſumpti copia: fit enim exiguus comparatione tanti cibarii duplex aũt exuperantia cibi eſt: aut enim q̃titate: aut quãtitate: ideſt modo & genere: qppe cũ cibus non æque cõcoctu facilis q; ſq; ſit: profluit aũt ſanguis potiſſimũ per ampliora uenarũ foramina: quãobrem e naribus gingiuis & ſede interdũ etiã ex ore ꝓfluuiũ ſanguinis fit ſine ullo dolore nõ per uim ut ex arteria diſtãt ſpatio iter ſe ſuperne uana maior & ahorta infra mutatis uicibus tendunt: atq; ita cõtinet corpus progrediẽtes enim ſcinduntur iuxta biſidam crurum particionem: atq; altera ex parte priori in poſteriorem ſe porrigit: altera ex poſteriori in priorem: eodẽq; concurrũt: ut enim ea quæ implexa ſunt contĩẽtiora conſtant. Sic uicibus uenaq; mutatis partes priores corporis cũ poſterioribus copulantur. Simile etiam a corde locis ſuperioribus fit: ſed qui diligentius noſſe uelit: quẽadmodum uenæ inter ſe habeant: ſpectare id tum per diſſectionem: tũ etiam per commentationem: hoc eſt hiſtoriam animalium debet: atq; de uenis & corde hactenus: de reliquis etiam uiſceribus hac eadem uia & ratione conſiderãdum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pulmone & eius forma: quæ,ité aíalia pulmonem habeãt q̃ue careãt. Cap. vi.

Vlmo ideo habetur quía genus animalium quoddam pedestre est, Caloré enim refrigerari necesse est: quod extrinsecus ea quæ habẽt desiderãt sanguinem. Sũt enim calidiora. At quæ sanguine carẽt uel suo natiuo spiritu satis refrigerari possunt: extrinsecus aũt uel aere uel aq̃ refrigerare necesse est quãobrem pisciũ nullus habet pulmonem: sed pro eo branchias optinent: ut cum de spiratione ageremus retulimus aqua enim refrigerantur: ut eare: quę spirant: quamobrem oía quæ spirãt: habent pulmoné: spirãt pedestria oía: & aquatiliũ nõnulla: ut balena: & delphinus atq; etiã cæte: omnia quæ reflant complura enim natura ancipiti sunt tũ ex terrestrium, tum ex aquatilium numero: nam & eoꝝ quæ terra sustentãtur: aerẽq; arripiunt: quædam in humore maximã temporis partem consumũt propter sui corporis temperamentũ: & eorum quæ in humore degũt: nõnulla tantũ terrestris naturæ sibi mutuant: ut nisi interdum spirent: uiuere nequeãt pulmo igitur spirandi officio delegatus est: qui originẽ quidẽ sui motus accipit ex corde: sed sua tum amplitudine: tũ inanitate aditũ spiritui patefacit: cũ enim attollit: influit spiritus: cũ contrahitur affluit. Ad cordis palpitationé pulmonem spectare male opinatũ est: cor enim homini (prope dixerim) animaliũ uni palpitat: quia homo solus spe rei futuræ expectationeq; mouetur: in pluribus etiam cor laxo interuallo distat a pulmone: sitũq; superius tenet: ut nihil ad cordis palpitationé conferat pulmo: differentia pulmonis uaria ẽ: aliis enì sanguineus magnusq;: aliis minor fungosus exanguis. Quæ uiuipara sunt: maiorẽ & copia refertũ sanguinis habẽt ꝓpter calorem suæ naturæ ampliorẽ: Quæ contra ouipara sunt exiguum & siccũ: sed aptum ampliari ac extumescere: cũ inflatur: qualis eorũ est: quæ ex terrestribus quadrupedes ouiparæ sunt: ut lacertoꝝ & testudinum & cæterorum generis eiusdẽ uolucrum etiam natura quas aues appellamus eodẽ pertinet. Omnium enim eaꝝ pulmo fungosus & spumæ similis est: spuma enim facta diffusaq; ex amplo tumore in exiguũ residet & pulmo earũ exiguus membranæq; similis ẽ quãobrẽ hæc omnia paꝝ sitiũt & parum bibũt: diu etiam aquam demersa tollerant. Satis enim ab ipso pulmonis motu spiritali inaniq; refrigerantur diutius: ut quæ parum caloris habeãt. Accedit ad hæc: ut magnitudo corporis eorum prope omnium minor uiuiparis sit. Calor enim est quod uim obtineat augendi: sanguis autem copia caloris indicium est. Corpora etiam melius erigit: quãobrem homo cæteris erectior omnibus ẽ & uiuipara reliquis quadrupedibus erectiora incedũt: nullum enim uiuiparum uel expes uel ambulans æque latibula petit: pulmo igitur spirandi gratia datus omnino est: sed exanguis taliſq; cuiusdam animalium generis causa est: uerum commune eorũ nomine uacat: nec ut auium genus nomen obtinuit: itaq; ut auem esse ex aliquo est: sic i essentia illorum inest: ut habeant pulmonem.

De uiscerum forma & eorum loco in corpore animantinm & officio. Caput. vii.

Iscerum quædam simplicia esse uidentur: ut cor: ut pulmo: quædã bipartita ut renes: quædam utro nam modo se habeãt dubitatur. Iecur enim & lienem ancipiti inter hæc esse specie dixeris: nam & quasi simplex & tanquã pro simplici duo. Simili prædita natura esse utrũq; uidẽt. Sũt tamẽ oía bipartita: cuius rei causa est corporis dispositio: q̃ bipartita quidem sit: sed in unũ initiũ coeat: cõsumeturq;: aut enim superiore & inferiore: aut priore & posteriore: aut dextra & sinistra parte distinguit: quãobrem celebrũ quoq; omniũ bipartitum esse sibi uult atq; etiam

sensorum unũquodq; eadẽq; ratione: cor uentriculis suis distinguitur: pulmo uero in ouiparis adeo dirimit: ut ea binos habere pulmões uideant. Renes bipartitos eẽ nulli dubiũ est: de iecore & liene iure ambiges. Cuius rei causa ẽ: ꝙ in iis q̃ lienẽ hãe necesse est: lien ipse q̃si iecur adulteratũ esse uidet: in iis aũt quæ lienẽ habere nõ necesse est ut exiguus admodũ lien ueluti notæ gratia habet sic epar bipartitum apte est: & ps altera ad dextrã: altera q̃ minor est ad sinistrã situm tenere expetit. Quinetiã in ouiparis q̃uis minus quã in uiuiparis apertũ sit: tamẽ in nõnullis æque diuisum patet: ut locis q̃busdã lepores bina iecinora habere uidẽtur: quẽadmodũ in genere pisciũ tũ alii qdã tũ cartilaginei iecur duplicatũ habere uidẽtur. Sed quoniã iecur parte dextra potius situ est: ideo natura lienis adhibita ẽ. Itaq; q̃q̃ necessaria quodamodo ẽ: tamẽ non admodũ omnibus aíalibus: causa igitur ut uiscerꝝ natura bipartita sit (quẽadmodũ dixímus) dextrũ sinistrũq; est: utrũq; enì sibi simile exposcit quomõ ea quoq; similẽ gemiãq; habere naturã expetũt: ut eum illa q̃uis gemina eodẽ coeũt: sic uiscerꝝ: singula: q̃uis gemia nexu eodẽ cõtinent. Sunt uiscerꝝ quedã supra sæptũ quedã infra: sed oium usus cõis uenaꝝ gratia ẽ: uidelicet quo: uenæ: utpote pẽsiles sustineri: & copula uiscerũ stabiliri ad corpus possint q̃si enì anchore per partes deductas iaciuntur ad corpus: uerbi gra de uena maiore ad iecur: & lienẽ deuenit: etenì uiscerꝝ coꝝ natura quasi clauus corpori eam affigit. s. iecur & lien. in altera corporis uenã maiorẽ affirmãt: ad hęc enì sola rami ab illa mittunt. Renes aũt in partẽ posteriorẽ eãdem continẽt: quãq; ad renẽ utrũq; nõ modo de uena maiori sed ẽt de aborta pertendit uena: hæc uiscerũ beneficio institutioni animaliũ prestant: atq; ẽt iecur & lien iuuant ad cibi concoctionem: q̃ enim sanguinea sunt calidã habent naturã. Renes ad excrementũ quod i uesicam secedit opitulant. Sed enì cor & iecur oibus animalibus necessaria sunt: alteraꝝ ꝓpter caloris originẽ (locũ enì adesse aliquẽ quasi lares focũq; oportet: quo naturæ fomites: & primordia ignis natiui cõtineant: & seruẽtur: eũdẽq; tutũ eẽ ueluti arcẽ corporis totius necesse ẽ) alteraꝝ iecur: dico cibi cõcoquẽdi gratia adest: & qdem nullũ sanguine prædituꝝ iis duobus carere põt: quãobrẽ omnia q̃bus sanguis: duo hæc uiscera habent. Quæ aũt spirãt: tertiũ etiam habent pulmonẽ. lien: per accidẽs uecessarius ẽ quomodo excremẽta: tũ aluí: tũ uesicæ ex quo fit: ut nõnullis deficiat magnitudine: ut uolucrum quibusdã quæ uentriculũ habent feruẽtiorẽ uelut columbo: accipitri: miluo. Quinetiam in ouiparis quadrupedibus pari modo hoc pcipi potest: habẽt enì per quam exiguũ multis etiam squamatis exiguus: quæ uesica etiam carent. quoniam excrementũ per carnẽ laxioré in pennas & squamas trãseat. Lien enim uapores uacãtes diuertit: & attrahit ex uentriculo: & cõcoquere eos potest: ut qui sanguineus sit quod si plus excrementi sit parũq; caloris habeat: lien corpus præalimento imodico lãguescit: & propter confluuiũ huc humoris sæpe accidit: ut lienosis uẽtres præduri efficiãtur: quomodo iis q̃ supra modũ mingũt ex diuerticulo humoris. At q̃bus paꝝ excremẽti cõsistit ut auibus atq; piscibus iis aut nõ magnꝰ aut notæ gratia dũtaxat habẽt. Quadrupedibus ẽt ouiparis lien exiguus rigidus & reni similis ẽ. s. ob eã rẽ: ꝙ pulmo eoꝝ fungosus ẽ parũq; potus desiderãt: & q̃tũ excremẽti cõstiterit, in corpus & corticẽ uertit ut auibus in pẽnas. Sed in iis q̃ uesicã hñt. & pulmonẽ sanguineũ: humidus est: tũ ob eam quã mõ diximus causam: tum ꝙ a partis sinistræ natura humidior & frigidior ẽ: cõtrariũ enì quodq; ad sibi cognatũ ordinẽ dispositũ est: uerbi gratia: dextrũ sinistro cõtrariũ est: & calidũ cõtrariũ frigido; itaq; mõ quẽ diximus sociantur. Renes

nulla neceſſitate habentur; ſed ut melius & locupletius ſit: humoris enim excremẽtitii gratia qui confluit ueſicam adiũcti ſunt ex ſua natura ĩ qbus plus huiuſcemodi ſedimẽti fieri ſolet ut ueſica melius ſuo munere fungereť. Sed cũ uſus eiuſdẽ cã renes atq; ueſica habeanť differendũ nũc de ueſica ẽ prætermiſſa ſequẽte partiũ enumeratiõe: de præcordiis enim nundũ docuimus: quæ pars uiſcerũ rationi coniuncta eſt.

Quibus animalibus data ſit ueſcica: deque eius officio & ſitu in corpore animantium. Caput octauum.

u Eſica non omnibus animalibus data eſt ſed iis tãtũ tribuere uoluiſſe natura uidetur quæ pulmonem haberent ſanguineũ. Idq; recta ratiõe caloris eni exceſſu qui in eo ipſo mẽbro continetur ſitibunda hæc oĩum præcipue animalium ſunt: cibiq; indigent nõ modo ſiccĩ uerum etiã humidi copioſioris, itaq; excremẽtum etiam copioſius contrahi neceſſe eſt: nec ſolum tantũ quantũ a uentre cõcoqui excerniq; cũ eius excremento poſſit: ergo huius quoq; excrementi conceptaculũ quoddam haberi neceſſe eſt quãobrem oĩa quæ talem habent pulmonẽ ueſicam optinent quæ aũt tali carent pulmone & uel parum bibũt: quoniam fungoſum pulmonem habeant uel oĩno potũ aſſumũt: non potus ſed cibi gratia: ut inſecta: & piſces: uel ẽt penna aut ſquama aut cortice integunť: hæc tum propter humoris aſſumpti exiguitatem: tum quia quantũ excremẽti contrahiť in ea ipſa abſumať. Veſica omnia carent excepta teſtudine: inter corticata in hac enim tantũmodo natura caſtrata eſt. Cuius rei cauſa ẽ: quod marinæ teſtudines pulmonem habent carnoſum ſanguineũ: & ſimilẽ bubulo: terreſtres autem proportione maioré: ſuperficies etiam quia obdẽſa præduraq; modo ſilicis eſt: facit ne humor difflari euaporariq; poſſit per carnẽ laxioré: ut auibus ſerpẽtibus cæteriſq; opertis cortice euenit: atq; ita excremẽti copia tãta ſubſidet: ut eoꝝ natura conceptaculũ & uas quoddã capax humoris deſideret: ueſicã igitur teſtudo ſola ĩter hæc habet: ea de cauſa ſcilicet marina amplã terreſtris exiguam admodum.

De renibus & eoꝝ officio: qbuſq; animalibus dati ſint. Caput. viii.

Enum etiam rõ ſimilis eſt nullũ enim pẽnatum: nullum ſquamatũ: nullũ cor

r ticatum: excepta teſtudine renes habet: q̃q̃ in nõnullis auibus carũculæ quędam ſint latiuſcule: ſpeciem renum oſtendentes: quaſi ea caro quę renibus delegata eſt locum non habeat ſed in plura diſperſa ſit: genus: tamen teſtudinis qua lutariam uocant: & ueſica & renibus caret: fit enim propter eius mollitudinẽ regminis: ut humor facile defflecť lutaria igitur ob eã cauſam neutrã earum partium hẽt: cæteris animalibus quæ ſanguineũ (ut dictum eſt) habent pulmonem: renes omnibus natura tribuerat: quippe quæ ſimul & ad uenas continẽdas iis uteretur: & ad humorem ſupuacuum excernendũ abutereť. Meatus enim de uena maiore ad renes uſq; perferť: cauũ in omnibus ineſt renibus: aut amplius: aut arctius p̃ter quã in uitulo marino: eius enĩ renes bubulis ſimiles: omnium firmiſſimi ac ſolidiſſimi ſunt hominũ etiam renes bubulis ſimiles ſunt: quippe q tanq̃ compoſiti ex multis renibus exiguis conſtẽt: neq; eq̃biles ſunt: quomõ renes ouiũ cæterarũq; quadrupedũ habenť: quo fit ut moribus corũ difficile curari hominibus poſſit ẽt ſi nuper ægrotare inceperint: accidit enim ut quaſi multis renibus laborẽt difficilius remediũ adhibeať: q̃ ſi uno infeſtarent. Meatus q ex uena ptendit: non cauũ ſubit renũ: ſed in eoꝝ corpus abſumitur: quãobrẽ in cauis eoꝝ nihil ſanguinis cõtinetur: neq; cõcreſcit mortuis. Meatus uero de cauis renũ exãgues duo iſignes ad ueſicã ferũtur ſinguli ex ſingulis: atq; ẽt alii ex uena ahorta ualidi frequẽ

teſq; eodem deueniũt: quæ ita natura inſtituit: ut ex uena humoris excremẽtum ad renes ueniret in renibus autem ſedimẽ humoribus per corpus renũ colatis in mediũ cõflueret: ubi plurimi cauum continẽt: quo fit ut renes omniũ maxime uiſcerum fœdũ reddant odorem; tum deinde ex medio per eos metus in ueſicam: iã magis: magiſq; taq̃ excrementũ ſecernitur atq; reiicitur: ueſica ipſa ex renibus dependet: tẽdunt enim in eam (ut dictum eſt) ualidi meatus. Renes his de cauſis habentur: & uirtutes quas diximus optinent. Omnibus autẽ quę renes habent dexter ſuperior ſiniſtro eſt: q̃ enim motus ex parte dextra proueniat: naturaq; dextræ proĩde ualidior ſit: ideo partes oẽs mouẽdi cauſa regant ad ſitum potius ſuperioré oportet: nam & ſupcilium dextrũ magis attollitur: & arcuatum magis quam ſiniſtrum habetur. Tãgitur in omnibus a iecore dexter q̃ elatior eſt. Iecur enim parte dextra poſitum ẽ pingue plenius renes ambit: q̃ reliqua uiſcera quod & neceſſario fit cum excremẽtum p renes tranſmiſſum coletur: quantũ enim relinquitur ſanguinis puri facile concoqui põt: finis aũt probe concoctionis ſanguineæ adeps & ſeuũ eſt. Vt enim incõbuſtis ſiccis uelut cecinere aliquid ignis relinqtur: ſic in concoctis humidis non nihil caloris q effecerit relinqtur: quo fit ut pingue leue ſit & humoribus reſideat atq; fluitet ſit: non ĩtra ipſos renes quoniã dẽſum hoc uiſcus ſit: ſed circũ renes ẽ: uidelicet aut adeps in iis q̃ pingueſcere adipe ſolẽt aut ſeuũ in iis quæ ſeuo opimantur: quoꝝ differentia alio loco explicata ẽ: neceſſario igiť ea de cã pingueſcũt ſcilicet ex iis quæ neceſſario eueniũt aĩalibus: q̃ renes hĩc debuerunt. Salutis aũt cauſa ut rerum natura calida ſit. Cũ enim poſiti loco ultimo ſint teporem deſiderãt ampliorem: tergũ enim carnoſum eſt: ut cor & reliqua partis ſuperioris uiſcera protegat. At lumbi carne uacant: ut flecti poſſint: omniũ enim flexus ex carnes ſunt. itaq; uice carnis adipe renes obſæpti muniunť. Quinetiã humorẽ meliorus diſcernũt: & concoquũt ſua pinguedine pingue. n. omne calidũ eſt. Calor aũt concoqt renes his de cauſis pingui opiunť: dexter omnibus minus pinguis cuius rei cã ẽ: q̃ natura dextræ partis ſiccior ẽ: & mobilior: motus aũt contrarius ẽ: liquat enim pinguedinẽ: & conſumit: ſed cũ cæteris animalibus renes hĩc pingues ,pficiat: & plerũq; totos obæſos habeãt; ouibus hoc lætale ẽ: quo fit: ut q̃q̃ pingues admodũ ſint: tamẽ aliquid deſit: & ſi non utriq; dextero quidẽ: cauſa cur hoc ſolis aut maxime ouibus accidat: q̃ iis quæ adipe pingueſcere ſolẽt: pingue humidũ eſt: itaq; non æq; flatus intercluſi dolorẽ faciũt: quod cauſa ſiderationis ẽ: quãobrẽ hominib9 etiam qui uitio renũ laborãt: q̃q̃ pingueſcere iuuat: tamẽ ſi pingues admodũ efficianť dolores profecto accidunt lætales. Cæteris aut & ſi ſæuo pingueſcũt: tamẽ ſæuum minus dẽſum quã ouibus fit. Copia ẽt ſæui genus ouiũ longe excedit: omnium enim animalium oues celeri renum obæſitate opplẽtur: itaq; humore flatuq; intercluſo celeriter præ ſideratione intereũt: nãq; per uenam ahortam & maiorẽ ſtatim uitiũ ad cordis ſedẽ tranſuehitur: meatus enim ex iis uenis ad renes continui pertẽdunt: ſed de pulmone: de corde: de iecore: de liene: de renibus dictum iam eſt.

De ſepto tranſuerſo ſine præcordiis & eius officio. Caput. x.

f Eparantur hæc inter ſe ſepto tranſuerſo quod nonnulli præcordia appellant: diſterminat hoc a reliquis pulmonem prædĩtis ut modo dixi uocatur habent hæc omnia quæ ſanguinem optinent æque ut cor & iecur: cuius rei cauſa eſt: q̃ ideo habetur: ut ſedem cordis a uentre dirimat: uidelicet ut animæ ſentientis origo inoffenſa ſeruetur; nec facile occupetur exhalatione cibi: & ca-

loris aduentitii copia. hac enim causa natura itercipit præcordiorum: quasi parietis sepisq; interuentu: distinxitq; partem nobiliorem ab ignobiliori: in quibus superioris inferioriſq; ratio posset haberi. superius est enim cuius gratia reliqua sint: quodq; melius sit: inferius autem quod eius gratia sit: & conceptaculum cibi necessarium. Annectit hoc septum siue cinctus costis parte sui carnosiore ualidioreq;: media autē constat mē brana exiliori: ita enim & ad robur: & ad prætētum commodius est contra calorem se efferentem: hoc ueluti sobolem esse argumentum ex iis quæ plerūq; accidunt ducitur ubi enim propter uicinitatem attraxerint humorem calidum atq; excrementitium: cō tinuo mentem sensumq; plane perturbant: quāobrem phrenes appellantur: quasi participes prudētiæ sunt. At qui nullatenus participes sunt. Sed quia propinquæ sunt iis quæ uim optinent illam. (Cordi enim prætēdunt) huic mentis mutationē aperiunt: quāobrem tenues parte sui media sunt: non modo de necessitate: q; cum carnosæ sint parte sui costis ammota carnosiores esse necesse sit: uerum etiam ut minus uaporis ex cipiant: nam si carne pleniore constarent, copiam uaporis & haberent & traherēt: par tem hanc calefactam celeriter sensum aperire indicat: uel id quod titillatu euenit: ridēt enim celeriter qui titillantur: quia motus celeriter ad eum locum perueniat: qui quanquam leuiter calefaciat: tamen aperit: & mentem mouet præter uolūtatem: causæ aūt cur homo animalium unus titilletur & cuius tenuitas est & quod solus omnium animalium rideat: est enim titillatio risus per eiusmodi motum partis: quæ aliam complet ictu etiam traiecta præcordia in prælijs risum attulisse proditum est scilicet calore quē moueat uulnus: hoc enim ueri similius credi potest q̄ quod de capite referunt: ut abscisſum loqui potuerit. Sunt enim qui hoc dicant: homerumq; testem adhibeant: quasi ob ea rem illud dixerit ipseq; dum loquitur miscetur puluere uertex non enim dum ipe homo: sed dum ipse uertex intelligi uolunt: in terra caria: res adeo pro uera habita est: ut reum quēdam ex incolis egerint. Cū enim iouis hoplosmii sacerdos cēt occisus: & a quo non constaret: nōnulli sese audiuisse retulerūt: capite præciso dicēte sepius uirum super uiro cercidas occidit: itaq; hominē cui nomē. Cercidas in prouincia quæsierūt: compertūq; in iudiciū duxerūt: sed fieri non potest: ut caput præcisa arteria: & sine motu pulmōis loquat: nec apud barbaros q capita sūma cū celeritate abscindūt: tale qd nunq̄ euenisse accepimus. Ad hæc i cæteris animalibus cur id nō aliquādo fiat: risum enim iis nunq̄ præcordiis traiectis moueri consentaneū est. cū ridēdi ui careant. At capite abscīso ne suā uocē aliquādo emittāt: qd nam prohibeat? Corpus tamen detracto capite progredi quoq̄ nō temere credi potest: nam ea qdem quæ sanguine carēt: uel ui uere diutius possunt truncata capite cuius rei causam alio loco docuimus. Sed cuius nam gratia singula uiscera habeant explicatū iam ē. Extremis aūt uenæ interioribus hæc necessario adiungunt: uaporē enim pdire eūq; sanguineū necesse é ex quo cōsistente concrescēteq; uiscera corpus contrahatur & coaugmētent: quapropter sanguinea hæc sunt oia & naturam sibi consimilem cæteris dissimilem habent.

De membranis & earum officio. Caput. xi.

Embranis omnia uiscera includuntur: pro tegmine enim opus est: quo illesa
m seruentur: eoq; leuiora: membrana autem talis suapte natura est: quippe quæ & densa sit ut arcere possit: & carne uacet: ut uaporē nec trahat nec habeat: & tenuis prætendatur: ut leuis sit: & nihil ponderis afferat. Maxime inter membranas & robustissimæ sunt: quæ cor aut cerebrum ambiunt: idq; optima ratione: hæc enī præ

cipuam tutelam desiderant: tutela enim partibus adhibenda principalibus est hæc autem principatū maxime uite optinent.

Non omnia uiscera omnibus animalibus inesse. Caput. xii.

Abent animalium quedā oēm uiscerū numerum quedam non oēm quæ sint
h hęc & quā ob cām dictum iā est: & uarie uero hæc habentur: neq; enim cor similе habent ea quæ corde predita sunt: neq; aliud prope dixerim ullum. Tā enim iecur aliis multifidū est: aliis simplicius in eoꝝ genere quæ sanguinē habent & uipara sunt: sed longe magis piscīū iecinora quadrupedū & ouiparorum tū inter scipsa tum abiis quæ modo diximus dissidēt. Auiū iecur maxime simile est iecori uiuiparoꝝ puro cni & sanguineo colore exhilaratur: ut illud cuius rei causa est q; auiū corpora difflari euaporariq; optime possint: nec multū habeant excrementi uitiosi quo etiā sit: ut nōnulla ex uiuiparis fælle careant. Iecur enim ad temperiem sanitatemq; corporis multum confert: finis nāq; eoꝝ in sanguine potissimum situs est. Iecur autē omniū uiscerū excepto corde sanguine refertissimū est. At uero quadrupedū ouiparorum & piscium iecinora maxima parte pallidiuscula sunt nōnulloꝝ etiam uitiata omnino ut corpora quoq; eorūdem prauū tēperamentū sortiuntur: uelut rupetæ testudinis & similiū. Lienem bisulca inter cornigera habēt rotūdum ut capra ouis & reliqua oia nisi aliqua pro sua magnitudine auctioré in longitudinē habeant: ut boues. At multifidis prolixus oibus est: ut homini cani. Sollipedibus autem medium tenet: & promiscuus est: partem enim alteram habet latam alteram angustam: ut equo mulo asino.

Differentia uiscerꝝ a carne. Caput. xiii.

Iferunt uiscera a carne non modo sua corpulētia. Verum etiam eo q; caro fo-
d ris posita est uiscera intus continentur cuius rei causa est q; naturam cōmunē cum uenis habeant: & partim uenarum gratia sint: partim non sine uenis esse possent. Subest precordiis uenter qua gula desinit. Si habetur: si minus ori adiungitur:

De intestino & uentre eorumq; officio & locis concoctionis inquibusq; animātibus. Caput. xiiii.

Entri intestinum annexum est: sed quam ob causam partes has animalia ha-
u beant omnia: nulli dubium est. Cibum enim & ingestum recipere & euaporatum eiicere: neq; eundem locum esse cibi concocti: & excrementi necesse est. conceptaculum etiam adesse in quo cibus mutetur oportet: pars enim alia cibum ingestum complecti: alia excrementum materiamq; superuacuam capere debet: quarum actionum ut tempus diuersum est sic loca etiam diuersa haberi necesse ē. Sed de iis aptius differemus cum de generatione: & alimento agetur nunc de differentia uentris & partium eodem pertinentium considerandum est. Ventres enim nec magnitudine neq; specie similes inter se sunt: sed quæ in sanguineo genere utrinq; dentata: & uiuipara sunt: hæc simplicem habent uentrem ut homo canis leo & reliqua quorum pedes i plures digitos funduntur: & quæ aut sollipeda sūt ut equus: mulus: asinus aut bisulca quidem sed utraq; parte dentata: ut sus: nisi aliqua præ sui corporis magnitudine aut difficultate cibi non ad cōcoctionem idonei sed spinosi & lignei multiplicē habeāt: ut camelus: quēadmodū cornigera hūt qppe quæ nō utraq; parte dentata sint: & camelus qdē (qq̄ cornib⁹ caret) iō nō supne dētata est q; ei magis necessariū ē uētrē talē hre q̄ dētes priores cū itaq; uētrē similē nō utrinq; dētatis habeat dētes etiā simili modo sorti-

tur utpote pax necessarios: quinetiam cū cibus dirus spinosusq; sit & tamen linguā cē carnosam necesse sit: natura dentiū portiōe terrena ad palati callū atq; duritiam abusa est. Ruminat etiā camelus more cornigerox: qm̄ uentres similes cornigeris habeat habent hæc singula plures uentres: ut ouis: capra ceruus: & similia: ut cū officiū oris nō satis in molendo cibo adhibetur propter inopiā dentiū munus uentriū expleat dum alius ab alio cibū recipit scilicet primus inconfectū secūdus aliquantulū confectū tertius plenius: quartus perquā plene confectum: ita fit ut genus hoc animaliū receptacula cibi habeat plura: quibus nomina hæc: aut indita sunt: aut indere licet uenter arsineum: siue reticulū: omasum abomasum. Quonāmodo hæc se habeant tum situ tum etiā specie: ex historia dissectioneq; animalium petendū est. Hac eadē causa est: ut auiū quoq; genus partem qua cibū recipit: uarie habeat cū enim id oris officio quod cibo cōficiendo tribuitur oino careat: ut quod nullos habeat dētes: & neq; quo dirimat neq; quo molat cibū optineat: iccirco aut ante uentrē sinū habent: qui ingluuies appellatur: pro oris officio aut gulam patentiorē: aut ante uentrē partem aliquā gulæ ipsius sinuosam in qua cibū recentē: & inconfectū recondant aut uentris ipsius partē aliquā prominētem aut etiam uentrē ipsum ualidū & carnosum ut cibū imolitum diu cōtinere: & cōcoquere possint: bonis enim uiribus uentris & calore natura defectū oris repēdit & cōpensat. Sunt quæ nihil ex iis habeant sed ingluuie prolixa utantur. f. ea quibus crura p̄ longa & leuia sunt: propter cibi humiditatem: causa igitur est q̄ cibus iis omnibus moli & confici facile possit: ut eorum uentres per facilem cibi concoctionem humescant.

Piscium generi dati sunt dentes: sed serrati prope dixerim omnes genus enim quoddam exiguū est: quod non serratos habeat dentes: ut qui scarus uocatur qui unus & ruminare merito ob eā rem creditur: quæ enim nō utrinq; dentata cornigera sunt ruminant: habent oēs acutos: quibus & si cibū secare possunt tamen male secant q̄ diutius īmorari nequeant quāobrē nec planos habēt dentes: non eni fieri pōt ut deterant cibū itaq; frustra haberent. Itē stomachum alii nullum oino habent alii breuē sed eni ad cōcoctionē iuuandā alii modo auium uentriculos habent: & carnosos ut mugilis. Maior autem numerus appendices iuxta uentrem frequētes optinet ut in iis quasi lacunis cibum conditum macerent: atq; concoquant: sed pisces contra q̄ aues eas appendices istas habent quippe qui superne habeant ad uentrē. Cum aues quibus datum hoc est: infra parte intestini extrema dissument uiuiparox etiam nonnullis appendices intestinales infra eadem de causa habentur: genus piscium omne quoniam cibum minus cōficere possit: crudaq; egerat & uorax & gulosum est: cætera etiam omnia quibus intestina sunt recta: ciborum auida sunt: cum enim cibus celeriter egeratur: proindeq; breuis usus fruendi sit: breui repetant cibum auida necesse est. Quæ utrinq; dentata sunt paruum habere uentrem dictum iam est differentia autem duplicem fere omnia recipiunt alia enim canino similem habent alia suillo amplior uenter suillus est flexuosusq; ut diutius concoquat caninus paruus est: nec multo amplior intestino: læuisq; intus.

A uentre natura intestinorum posita est in omnibus animalibus habet & ea differentiam ut uenter numerosiorem aliis enim simplex intestinum sibiq; simile resoluitur aliis dissimile: quibusdam enim parte qua uentri iungitur laxius est: qua desinit arctius. Quamobrem canes uehementi nixu nec sine cruciatu eam partem leuant excremento sed tamen maiora animalium numero arctius parte superiori est latius inferiori: maiora multiplicabilioraq; sunt intestina, Cornigerorum uentris etiam sinus eorum amplior q̄ auctiora sint: cornigera enim prope dixerim omnia ampliora sūt pabuli ratiōe ut cōficiant: quod sibi ingerunt inconfectum. Quibus autem intestinū non directum: iis omnibus amplius tendit qua & quod colum uocatur habent: & cæcum ac tumidū qddam mox artatur: & cōplicatur ab hoc rectum ad exitum usq; excrementi pertendit: quæ quidem pars quam podicē uocant aliis pinguis: aliis sine pingui est. Quæ oia natura sollers molita est ad cōgruam cibi confectionē: & excrementi usum & transmissionem procedenti. n. descendentiq; excremento aut subsistenti: ut imitetur in animalibus: quæ præ magnitudine aut locox calore uegetiora: cibiq; plenioris indigentiora sint uia ampliatur. Tum ut uentrē intestinum angustius excipit sic a colo quod laxū intestinū uocatur: & aluī amplitudine rursus semitā angustiorē clauiculā a flexuosis orbibus dictam subit excrementum iam penitus euaporatum: ut natura seruet: nec uniuersi exitus fiat excrementi. Quæ igitur animalia continentiora esse ad cibi desideriū conuenit: hæc sua in aluo laxiores sinus non habent: sed anfractus orbesq; plures continent: nec recto intestino utuntur: laxitas enim intestini auiditatem auget cibi rectitudo accelerat auiditatem q̄obrem animalia quæ uel simplex habent intestinū uel cōceptacula ampla cibum aut copiosum capiunt. aut celerius repetunt. Sed cum in uentre superiore cibum ingestum recentē esse necesse sit: in unum autem delapsum feculentum euaporatumq; locum etiā aliquem interpositum esse in quo immoretur & nec recens adhuc: neq; iam exactus in stercus sit necesse est: itaq; genus id animalium omne habet eam partem quæ iciunium uocatur positam in eo quod a uentre tenue tendit intestino: hoc. n. medium est inter uentrem superiorem in quo cibus crudus adhuc sit: & inferiorē in quo iam superuacuū excrementū contineatur hoc cum in omnibus ita sit tum in iis patet: q̄ & maiora sint & ieiunarint ita enim inter stitium loci utriusq; cōspicitur: nam si ederit mutationi paxtēporis suppetit. Sed fœminis pars nulla certa superioris intestini ieiuna est: alia enim aliis ut sors tulerit. Maribus autem proxime ante cæcum aluumq; omnibus est.

Quæ animalia coagulo careant deq; coaguli loco in eorum animantium corpore quæid habeant. Caput. xv.

h Abent quod coagulum uocatur omnia quæ plures continent uentres carēt: quæ unum habent exceptо lepore habent quibus hoc datum est non in magno uentre nec in reticulo neq; in ultimo quod abomasum appellauimus: sed in eo qui inter ultimum & duos primos positus est quod omasum uocatur habent hęc omnia coagulum propter lactis crassamentum carent quibus singulis uentres: q̄ eorum lac tenue sit quamobrem cornigerorum lac spissatur mutilorum nequaquam: lepori coagulum fit quoniam herbam succi lactei pascatur talis enim humor lac in uentriculo infantium stringit facitq; collostrum cur coagulum in omaso multiuentriū cōsistat explicatum in problematibus est.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER QVARTVS INTERPRETE THEODORO.

Viscera & uentrem ceteraq; superius exposita in quadrupedibus ouiparis & iis q̄ pedibus carent eodem modo haberi: at in nonnullis aliis differre. Caput. i.

ISCERA VENTER Et relicq̃s exposuimus ptès mõ eodem in quadrupedibus ouiparis: & in iis quæ pedibus carent: ut serpẽtibus habentur: natura enim serpentũ cognata iis est: quippe quæ similis sit lacertæ prælongæ: ac expedi his uero & piscibus oia similia sunt: nisi q̃ pulmo serpentibus datus est: qm̃ terra utantur: pisces eo carent & brachias uice pulmonis sortiuntur. Vesica nec piscibus nequi eorum ulli quæ modo dixi adiuncta est: nisi testudini humor enĩ iis in corticem tegentem: ut auibus in pẽnas absumitur: cum exiguo potu cõtenta sint ꝓpter exanguem pulmonis naturã & quidẽ excremẽtum aluui iis quoq̃ oibus albicat quẽadmodum auibus: itaq̃ iis quæ uesicã habent: exẽpta urina: salsugo quædã terrena in uasis subsidet: quãtum enim dulce & potulentũ sit: in carnẽ præ sua leuitate absumitur: uiperæ iter serpentes eadem a cæteris sui generis differentia discrepant q̃ iter pisces cartilaginea a cæteris sui generis. Nã & cartilaginea: & uiperæ animalia ædũt in lucem ubi primũ intra se oua peperint: uentres singulos hæc quoq̃ omnia habẽt ut cætera quæ utrinq̃ dentata sunt, lienem etiam admodum paruum ut cætera quæ carent uesica: serpentes propter corporis formam quæ longa est: & angusta speciẽ quoq̃ uiscerum habent prolixam: & cæteris animalibus dissimilem ut quam ad sui corporis opificium quasi formulam effigiatam sortiantur. Omentum lactes & intestinorum naturam: atq̃ etiam septum & cor omnia animalia sanguine prædita optinẽt. Pulmonem atq̃ arteriam omnia præter pisces situm etiam arteriæ gulæq̃ omnia quibus hæc data sunt similem tenent propter causas supradictas.

u

Quam ob cãm aialiũ alia fel habeant alia non. Caput. ii.

El etiam habet maior pars animalium quibus sanguis: idq̃ aut in iecore: aut intestinis sepositum: ut quod sua natura non minus aluo familiarẽ habeat hoc: ita esse maxime in piscibus constant. Cum enĩ pisces fæl habeant omnes tum magna ex parte suis intestinis annexum continent nõnulli etiam toto intestino prætextum: ut hamia. Nec non serpentũ pars maxima codẽ modo habere cernitur quãobrẽ qui fællis naturã sensus alicuius gratia esse opinantur non recte sentiunt: uolunt enim ideo fæl ad esse ut partem animæ sitã in iecore mordẽdo excitet: laxãdo exilaret. Quædam fælle oino carent ut equus: mulus: asinus: ceruus: dama: camelus non discretum: sed uenulis quibusdã confusum habet: uitulus etiã marinus caret & inter pisces marinos delphinus. Sunt & quæ partim habeant parti non habeant codẽ in genere: ut mures: quod idẽ homini etiã accidit aliqui enim fæl in iecore habere uisuntur aliqui carent itaq̃ de toto genere ambigitur: qui enim alterutrũ comperierint idem omnibus tribuunt quasi omnes eodem habeãt modo quo aliqui: hoc idem ouibus etiam capriscq̃ euenit: pars enim earum maxima habet fæl: & quidem terris ꝙbusdam adeo large ut exuperantia prodigii loco habeatur ut in naxo: sed aliis quibusdã locis omnino careat: ut apud calchidẽ euboicã parte quadã agri. Ad hæc pisciũ fæl ut dictum est longe remotum a iecore est. Anaxagoras errore opinari uidetur fæl esse morborũ causam acutorũ cum enĩ abundat aspergi in pulmonẽ: & uenas: & costas asseuerat iis nãq̃ fere accidũt ea uitia animalibus quæ fælle carent dissectis etiam id pateret si ita esset. Ad hæc copia humoris quæ per abscessus decumbit: conferri non potest cũ eo quod ex fellis cõcepta culo aspergat. Sed enĩ ut bilis q̃ qualibet alia corpis parte gignitur excremẽtũ qddã liquamẽtũq̃ est; sic fæl iecori adiunctum nõ rei cuiquã delegatum; sed excrementum

f

ctus est: ut igitur facile sustinere superiora posset: natura corpulentiam parti superiori dempsit: inferiori addidit: itaq; nates carnosas fecit: & femora & suras: sed nates uel ad corporis requiem utiles reddidit: quadrupedes enim stare diu infatigatis uiribus possunt: utq; quasi iaceant: cum quaternis fultis innitantur. At uero hoies non facile erecto corpore stando durant: sed requiē sedileq; desiderant: hō igitur nates & crura carnosa habet: ob eam quā diximus causam: & cauda ob eā rem uacat alimentū enim qđ caudam adit in hæc ipsa absumitur: usuſq; caudæ necessarius defuit quoniā nates sua corpulentia satis operiunt. At quadrupedes & reliqua aialia econtrario cum enim forma pomilionis degenerent: parte sui superiore: pondus oēmq; corpulentiā sustinēt scilicet demptā parti inferiori: itaq; crura habent rigidiora: & natibus uacua: sed ut pars quæ exitum excremēto ministrat protegeretur & custodiretur caudā iis natura reddidit: sublato qđ ad crura deferret alimēto. Simia q; forma ābigua sit: ut & in neutro & ī utroq; gñe sit cōstituenda ideo nec caudam habet neq; nates: uidelic̃et ut bipes cauda uacat ut quadrupes natibus. Caudarum autem plures differētiæ sūt: & natura iis quoq; abutitur: cum nō modo ad integēdam tuendāq; sedem utatur: uerū etiā ad reliq corporis usum atq; utilitatē. Pedes quadrupedum inter se differunt: aliis enim solidi aliis multifidi: solidi sunt eor̄ quibus præ corporis magnitudine: copiaq; terræ portionis p cornu: aut dente: materia ad unguis naturam secesserit: sed enim ex ea copia pro pluribus unguibus unus unguis scilicet ungula coalescit. Talo etiam ob eam rem carent (quod magna ex pte dixerim) atq; etiā q; si talus adesset: crura posteriora difficili9 flecterentur celerius enim & aperiuntur & clauduntur quæ singulis angulis constēt quē pluribus. Talus autē ut qui clauus est: tanquam alienus autus duobus hisce inseritur pondus quidē afferens sed gradū efficiens tutiorē hinc enim & ea quæ talū habent nō in prioribus sed posterioribus tantū cruribus eū continent quoniā leuiora flexibiliora q; esse debent quæ præcedant: firmiora autem contentioraq; esse posteriora congruit: ad repugnandum etiam inferendūq; ictum uehementiorem cōmodius ita cōstant genus autē hoc animaliū cruribus ita uti posterioribus solet bisulca talum habere certū ē iis enim posteriora sunt pleniora: & quoniā talum habeant sollipeda esse nō possunt: q̄ si os quod pedi deest maneat in suffragine digitatis talus non est. Nam si esset digitata non essent sed tantū latitudinis finderetur: quantū talus occuparet quamobrē ea quæ talum habent magna ex parte bisulca sunt. Homini pedes oium maxime proportione magnitudinis merito solus enim erectus est ita qui duo pondus corporis totū susceperi essent longitudinē latitudinēq; optinere debuerunt digitor̄ etiā manus magnitudo contra q̄ pedis est ratione manus enim officium est capere atq; præmere itaq; lōgos habeat digitos oportet manus enim parte qua se flectit compræhendit pedis autē officiū est tute constare quod ea parte pedis effici putandum est quæ infissa est extremū autē fissum quam infissum esse melius est nam si pes totus infissus esset totus cōsentiret pte aliqua laborante: quod fisso in digitos æque accidere nō potest breues etiam minus offendi lædiq; possunt quamobrem hominū pedes multifidi & breui digiti sunt: Vnguium genus eadem causa pedes qua manus optinent extrema enim operienda munienda; potissimum sunt propter imbecillitatem de animalibus sanguineis uiuiparis terrestribus fere omnibus dictum iam est.

De partibus animalium ouiparor̄ partim quadrupedum partim expedum & quae ob causam sic a natura digeste sint. Caput. x.

Anguinea uero ouipara partim quadrupeda sunt: partim expeda: quale unū tātūmodo genus serpētū est: causam quāobrē id pedibus uacet: reddidimus cum de gressu animalium ageremus cætera eius forma simili quadrupedibus ouiparis sunt: habent hæc animalia caput ptesq; capitis eiusdem de causis quibus cætera sanguinea genera. Linguam etiam in ore continēt omnia excepto uno crocodilo fluuiatili: hunc enim non nisi locum tātummodo linguæ hēre putaueris: cuius rei causa est q; idē & terrestris: & aquatilis quodāmodo ē: ergo ut terrestris locū optinet linguæ: ut aquaticus elinguis est: pisces enim ut dictum ē: aut nullam habere linguā uidentur nisi ualde resupinētur: aut explanatā habent causa est: q; iis linguæ usus perq̄ exiguus est: quoniā mandere prægustareq; non possint: sed in deuorādo sensum uoluptatēq; cibi capiant lingua enim sensum mouet saporum æsculentorum autē omniū uoluptas in descendendo contingit dum enim deglutimus pinguia sentimus: & salsa & dulcia & reliq̄ generis eiusdem sensum igitur hunc animalia etiā ouipara habent: & omniū fere condimentorum æsculētorumq; in deuorando gulæ tactione suauitas existit grā: quāobrē non qui potionū saporumq; incontinentes sunt: iidem etiā cōdimentis ac cibo luxuriant. Sed cum cæteris animalibus sensus quoq; gustandi adiunctus sit illis quidem alter quasi unus tributus est. Lacertis ex quadrupedibus ouiparis lingua bisida ut serpentibus: parteq; extrema pilosa admodum: ut dictū iam ē: quinetiā uitulis marinis lingua bisulca est: quāobrem hæc animalia omnia tenuia sunt. Serratis etiam dentibus quadrupedes ouiparæ sunt modo piscium. Sensoria aūt omnia simili modo atq; cætera animalia habēt uerbi gratia nares olfaciēdi: oculos uidendi: aures audiendi sensorium: non tamen hæc eminēt: quomodo ne auibus qdem sed foramina tātum habentur causæ utriusq; duritia cutis ē: altera enim pēna: altera cortice integuntur: cortex loco squamæ & simile ē: sed sua natura rigidior atq; durior: quod in testudine atq; serpentibus magis & crocodilo fluuiatili palā fit: firmior enim osse euadit ut qui talem naturā sortiatur. Palpebrā superiorem hæc animalia non mouēt: ut ne aues quidem: sed inferiore conueniēt ea de cā quam cum de illis ageremus: reddidimus: sed cum auiū nonnullæ ab angelis mēbrana obeūte uictētur: hæc non nictātur: Sunt enim oculis durioribus quam aues: cā est. q; illis utpote uolucribus acumē cernendi commodius: ad uitæ numera sit: hæc autem quoniā cauernas subire omnia solent: minus cernendi usum exq̄sitū requirūt. Sed cum caput in partes duas diuidat̃ scilicet superiorē & inferiorē maxillā: homo & uiuiparæ quadrupedes: maxillā sursum deorsū atq; in latera agitāt pisces uero & aues & ouiparæ q̄drupedes sursū deorsūq; tm̄ mouēt cā est q; eiusmodi motus utilis ad mordendū secadūq; est q; autē in latus agitur ad cibum modū conficiendūq; accommodātur. Quæ igitur dētes habent maxillares: iis motus commode agitur in latus: Quæ aūt maxillaribus carent iis nullo pacto utilis motus hic est: quāobrem sublatus iis omnibus est nihil enim natura superuacuū facit. Cætera omnia maxillā mouent inferiorem: crocodilus fluatilis unus superiorē: cuius rei causa est: q; pedes ad capiendū retinēdūq; inutiles habet: parui enim admodū sunt itaq; adhunc usum natura os ei pro pedibus utile condidit. At retinendum uero unde ictus inferri uehemētius potest: inde motus commodius agitur: infertur aūt uehementius desuper quā de parte inferiore: ergo cū utriusq; tum capiendi: tū mordēdi usus ore administret: magis aūt necessariū retinendi officiū sit: cui nec manus sint: neq; pedes idonei; commodius iis ē mouere superiorē maxillā quā inferiorē. Quod idem causæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est cur etiã cancri superiorem sui forcipis partem moueãt: non inferiorem: habẽt enim pro manu forcipem: illũ itaq; utilẽ ad capiendũ non ad mordendũ forcipem esse opor tet: mordendi autem secãdiq; officiũ, dẽtis est: cãcris igitur cæterisq; quibus licet ociosi us cibũ capere: quoniam in humore non sint: oris usus partitus est: ut manibus aut pe dibus capiãt ore secent & mordeãt: at crocodilis os in utrũq; usum utile factum est: a natura: cum ita maxillæ moueantur. Collum etiã omnia huiuscemodi animalia opti nent: propter pulmonem quippe quæ aerem per arteriæ fistulã productiorem & acci piant & reddant: collum etiam id appellamus quod inter caput & harmos humeros ue interiacet. Serpẽs inter hæc collum minime. Sed proportionale colli habere uideri potest. siquidem extremis quæ modo dixi pars hæc describẽda ẽ propriũ serpentibus præ cæteris eiusdem generis animantibus est ut caput uertere in auersum: reliquo qe scente corpore ualeat cuius rei causa est q; modo insectoꝝ structura uolubili constãt: ut uertebras cartilaginosas; & flexibiles habeãt: euenit igit' id serpentibus necessario: hac de causa: ad melius uero ut ita uitare possint: quæ ab auerso noceant: cũ enim pre longo sint corpore & pedibus careant: inepti sunt ad se conuertendũ: tuendũq; con tra ea quæ a tergo incurrant: nihil enim utilitatis esset si caput erigere qdem possent. Sed circũagere neqrent. Habent hæc & eam quæ pectori proportionet' partẽ: mãs mas: nec ea parte nec uspiã sui corporis continent aues etiam mammas carẽt cuius rei causa est: q; nullum ex iis habeant lac mamma enim conceptaculum: & tanquam uas lactis est: nec solũ hæc sed etiam quecũq; non uiuipara intra se sunt: lacte uacãt: quo niam oua pariũt in ouo aũt lacteus ille cibus ingenitus ouiparis continetur: sed de his planius dicetur: cum de generatione agemus de inflexu curuarum partium considera tum iam est: cum de communi animalium gressu ageremus: Caudam etiam genus id animaliũ habet partim prolixiorem: partim breuiorẽ: cuius rei causam ante in uni uersum reddidimus. Omniũ uero ouiparoꝝ pedestriũ tenuissimus chamæleo est qp pe q omniũ maxime inopia sanguinis rigeat: cã ad mores animæ eius referẽda ẽ: præ nimio nãq; mœtu multiformis efficit': mœtus enim refrigeratio p inopiã sanguinis ca loriſq; ẽ. De partibus animaliũ sanguinei generis: tũ expedũ: tum q̃drupedũ: aut bipe dum. Quæ nã sint extra: & qua de cã dictũ fere est.

De partibus auiũ exterioribus & eaꝝ differẽtiis: quasq; ob causas sic a natu ra positæ sint. Caput. undecimũ.

Ves aũt discrimine inter se discrepãt: eo q; in excessu defectu ue partiũ: & in
a pluris minorisq; rõne uersari percipimus. Sũt enim eaꝝ aliæ longæ crure: aliæ breui: linguam etiam aliæ latiusculam habent: aliæ angustam: codemq; mo do reliquis partibus differũt. At priuatim inter se paulo ratione partiũ differunt: quã quã a cæteris forma ẽt ptiũ discrepẽt: pennatũ eni genus omniũ auiũ est: idq; propriũ habet ad cætera animalia: cũ enim alia squama: aut cortice tegantur: aues pẽna opertæ sunt: pennamq; habent fissam: nec simili specie: atq; ea quæ totipenna a pennæ con tinuitate appello. his enim fissa illis infissa est penna: & altera excaulis: altera caulata ẽ quinetiam capite rostri naturam singularem ac propriam præ cæteris gerunt elephan tis enim naris pro manibus est: insectis quibusdam lingua oris officio fungitur: ac his uice dẽtiũ manusq; rostrum osseum datum est de sensuum locis dictum iam est: collũ auibus quoq; porrectũ: eademq; de causa qua cæteris est hoc aliis breue: aliis longum & fere pro crurum modo: magna ex parte descriptum est. Quibus enim longa sunt crura: iis collum longum: contra quibus breuia crura iis collum breue: preter quã pal mipedibus. Collum enim nec breue: cum cruribus longis nec longum cum breuibus pastũ administrare ex terra potest: carniuoris etiam uolucribus longitudo colli incom moda est: imbecille enim quod prolixũ est: iis autem uictus beneficio uiriũ comparat' quamobrem nulli collum longum: cui ungues aduncí palmipedes: & quæ diuisis qui dem: sed parum diductis digitis sunt ut quæ eodem genere cũ palmipedibus contine antur collũ longius habent: tale enim ad cibũ ex humore petẽdũ commodius est: sed crura iis breuia: ut melius natare possint. Rostra etiam inter se differũt uictus ratione: aliis enim rectũ: aliis uncũ rostrum est: rectum iis quæ cibi capiẽdi gratia tantũ id ha bent: uncum carniuoris. Tale enim: utile est ad retinendũ: iis quæ raptu uiuant & ci bum ex animalibus petere necesse habeãt quibus autem uictus ratio placida herbisq; comparanda est iis rostrum latum hoc enim & ad effodiendũ pabulũ: & ad euellendũ & ad tondendum commodius est: nonnullis longum: ut & collum: quoniam cibũ ex alto capere soleant & quidem bona pars tum eaꝝ: tũ etiam palmipedũ: aut simpliciter aut parte eadem captura bestiolarum quarũdam aquatiliũ uiuit. Itaq; fit ut collo qua si harũdine piscatoria: rostro autem ueluti linea & hamo utant' partes uero pronæ su pineq; & thorax appellatus: quadrupedũ cõfusius in genere auiũ habentur: alæ enim pro brachiis & prioribus pedibus dependent: membrum peculiare auiũ: quamobrẽ p spatulis extrema alarum dorso adhærent. Crura ut in homine bina sed intro flecten da: ut quadrupedũ sufragines: non ut hominis poplites foras: alas aũt quas uicẽ cruꝝ prioꝝ complere modo diximus in orbem agũt: bipes necessario est genus auiũ: inter ea quæ sanguinẽ habent: atq; ẽt aligerum. Cum enim sanguinea quęq; non pluribus q̃ quaternis notis moueantur: membra pendentia quaterna: auibus quoq; sunt: ut cæ teris gressilibus & pedestribus quanquã illis brachia aut crura quaterna: auibus uice crurum priorũ brachiorũue: ala commune datũ est membrũ: hac enim uolatiles sunt quæ qdem uolandi uis in auis essentia continetur itaq; necessario restat: ut bipedes sint ita enim notis siue signis quaternis alis scilicet additis moueantur: Pectus acutũ car nosumq; omnibus est: acutũ ut melius uolent: lata enim quia multum aeris propellũt difficilius mouent'. carnosum: quia quod acutũ est: nisi plene opertũ sit: imbecillũ est. Pectori ueter subiacet ad ostiũ usq; excremẽti: & suffraginẽ trudẽs: non aliter q̃ in qua drupededũ atq; hominũ genere: igitur inter alas & crura ptes hæ positæ sunt. Vmbi licũ omnia hãt: quæ uel utero uiuiparis ædũtur: uel ouo ouiparis excludũtur: sed auis bus iam adultis hic delitescit: incertusq; ẽ: ut patet p gnationẽ coꝝ: intestini nãq; coali tu umbilicus auiũ consistit: non uenaꝝ ps ulla ẽ ut in uiuiparo gne. Itẽ auiũ aliq; uola ces: aliq; grãdibus: atq; ualidis sunt: ut q̃ ungues hãt adũcos: & carne uescũtur uola ces eni tota uita eẽ necesse ẽ: itaq; pẽnis abũdãt: & alaꝝ magnitudine prestãt: sed non modo q̃ uncis sunt unguibus: ueꝝ alia quoq; gna uolucrũ uolatu superãt: uidelicet ea quæ uel pnicitate uolãdi sese tueant': uel loca mutare soleãt: sunt q̃ nõ uolaces: sed gra ues sint: qbus uita terrena: & aut fruge uiuũt aut nant & apud aquas imorant'. Cor pora uncũguiũ exigua sunt exceptis alis: quoniã alimẽti copia in alas. & arma pẽsidiũ q; absumit' contra q̃ uolaces nõ sunt: iis corpora in molẽ euadũt grãdiorẽ. atq; ita effi citur ut sint graviores. Sed grauiũ nõnullis pẽsidio calcar ẽ. quod uice alaꝝ suis cruri bus gerũt eadẽ uero q̃ & calcar habeat & ungues adũcos: nulla est. cã est q; natura ni hil supuacuũ facit. uolaci aũt uncũgni generi calcar usui eẽ nõ põt. utile enim tm̃ in pe

destri certamine est: quãobrem grauiũ nonnullis adiũctum est: quibus ungues aduncí non solum inutiles sed etiam nocui essent: cũ ad solũ hærerent: & contra ingressum insixi reniterẽtur: quamobrẽ uncũgues omnes difficulter ambulant: nec in saxis consistunt: natura enim eiusmodi unguiũ contraria in utrũq; ẽ: euenit id p gñationẽ necessario: cum quod terrenũ & procax in corpore ẽ: formã partim commodaq; ad pugnam recipiat: itaq; ubi sursum proruerit: rostri duritiam aut magnitudinẽ facit: ubi deorsum lapsum ẽ: calcaria cruribus ualida effingit aut pedibus unguiũ magnitudinẽ & robur. Simul aũt hęc singula locis diuersis efficere non põt distracta enim excremẽti eius natura inualida reddit. Itẽ aliis crurum longitudinẽ condidit: aliis pedũ interualla cõplet digitosq; in palmæ effigiẽ contexit. quo fit necessario: ut aues apte ad nandum aut omnino palmipedes sint aut discretos quidẽ hẽant digitos sed singulis annexa latitudine cutis ueluti spadiculas ductu ppetuo gerant. hęc necessario his de causis ueniunt. quod aũt ad notæ melioris rationẽ attinet pedes eiusmodi habẽt uitæ quam degunt gratia. ut cum in humore uiuant nec pẽnis utant, pedes ad nandum utiles habeant iis enim perinde utũtur: ut remis nautæ: & pinnulis suis pisces: quamobrẽ si uel piscium pinnula: uel auium pedibus interiecta cutis destruet: nare non poterunt. Sũt in genere auium quæ longis cruribus innitantur cuius rei causa est: q uita eaq; palustris est: natura eni instrumenta ad officiũ nõ officiũ ad instrumenta accõmodat: qm igitur nantes non sint: ideo non palmipedes sunt. q in solo præmolli & lubrico degant hinc longa iis crura: & digiti productiores flexus etiam plures in digitis magna ex parte: sed cũ uolaces non sint & tamen ex eadem materia omnes constent: efficitur ut alimentum quod cæteris ad caudam transmittatur: iis in crura id absumptum reddat eã partem auctiorem: qua propter in uolatu pro cauda iis uuntur porrectis enim cruribus in auersum uolant: ita enim fit ut interuolandũ non impediat pedum prolixitas sed iuuet. At quibus crura breuia sunt: hæc ad uentrem contractis cruribus uolãt: cũ enim nullis eaq; impedimento sint: pedes ita positi: tũ unguibus: uel ad raptũ habent expeditiores. Quæ longo sunt collo: si id crassius habent: uolant collo porrecto: si tenue: curuato feruntur: cũ enim tenue præ longitudine quatitur: facile frangi potest.

Clunis auibus omnibus est quanquam non clunẽ: sed femora bina habere propter longitudinem clunis uideant: quippe cũ ad medium usq; uentrem porrigat. Causa ẽ q genus hoc animaliũ bipes est: non erectum: nam si modo hominum aut quadrupedũ clunem breuem a sede. crusq; deinde directa strue subditũ haberet: omino stare nõ posset: homo enim q erectus est: stare potest: Quadrupedibus crura priora ad corporis pondus sustinendũ subdita sunt. At aues nec erectæ sunt: quoniam sua natura in pronationem degenerat: neq; crura habent priora: quoniam alas uice eoq; fortiũtur: itaq; natura pro iis clunem longiorem emolita duxit ad mediũ corpusq; pronum fulciuit: & crura subdidit ea parte qua pondere equiliberante: & ambulare equilibrio possent: & constare. Sed quam ob causam genus auium bipes non erectũ sit: explicatũ iam est cur omne crura carnosa non habeat: eadem causa est: quam de quadrupedũ cruribus reddidimus. Sunt auibus digiti quaterni æq; omnibus: tam multifido: quam palmipedi generi: nã destructione terræ africæ incola postea diffiniemus: ut bisulcus est una cum reliqs quæ ad auiũ genus habet cõtrarii. Sed cum omnibus quatetni digiti sint tres parte priore habentur: unus posteriore pro calce: ut tute sit quã minutus ineſt: in iis quæ longa habent crura ut in crece euenit: nec est quod plures habeat digitos: sed

cum talis digitorum positio in cæteris sit. In iynce una quam turbinem appellatam dixi utrinq; bini: causa est: q eius corpus minus quã cæteraq; ppensum ẽ in aduersum. Testes omnibus auibus esse certũ est: sed intus lũbis adhærent: cuius rei cãm i generationis ratione animalium explicabimus: partes auiũ ita se habeat.

De partibus exterioribus piscium: & causis quare sic a natura instituta sint. Caput duodecimũ.

Iscíũ genus mutilatius itẽ ac iperfectius q̃ auiũ ptibus exterioribus est. Non p eni crura nõ manus: non alas hoc habet: curita: causa iam expolita est. Sed continuo simplici corpore a capite in caudam usq; porrigitur. Cauda uero ipsa non omnibus similis est: sed cum cæteris non euariet planorum nõnullis spina cõstat: & longa est incrementum enim eius partis ad piscis latitudinem transit: ut torpedine: pastinaca: & si quid aliud eiusmodi cartilaginum est: horum igitur cauda spinosa & longa est: quorundam carnosa quidem. sed breuis eadem causa qua & torpedini: nihil enim refert: breuis carnosaq; sit an longa atq; rigidior: contra accidit ranis q enim latitudo earum parte priore minus carnosa est: ideo natura quãtum corpulentiæ priori ademerat: tantum posteriori & caudæ addidit: piscibus nulla membra dependent: quoniam eorum natura natilis est ratione suæ substantiæ: nihil enim superuacaneum: nihil frustra natura agit. Sed cum sua substantia sanguinem habeant: & tamen natiles non egressiles sunt pinnulas habent ut nantes pedibus carent: ut nõ pedestres: sed aquatiles: pedum enim additio utilis ad motum qui in pedo hoc est solo agatur: unde & nomen iditum pedibus est. Ad hæc fieri non potest ut simul & quaternas habeant pinnulas: & pedes aut aliud eiusmodi membrum cum sanguineum habeant. Corduli quãuis branchiis præditi: pedes habent: quoniam penna carent: caudam etiam habent laxam & latam: pisces qui non lati sunt modo raiæ aut pastinacæ quaternas pinnulas habent: binas parte prona: & binas supina: neq; est qui habeat plures: sanguine enim careret: binas quæ parte prona lateribus gerũtur omnes fere habent: reliqs quæ subditæ sunt: carẽt nõnulli ex longis & corpulẽtis ut anguilla: ut conger: & mugilum genus: quod in lacu sipharum nascitur: nullæ omnino pinnæ prælongis: & serpentis speciem referẽtibus: ut murenæ sed flexuoso impulsu corporum: ita humore utũtur: ut terra: serpẽtes: modo namq; eodem serpẽtes natant: quo in sicco repũt. Causa cur id genus piscium pinnis careat: eadem est: qua serpẽtes pedibus uacent: cuius rei causam explicauimus: cum de incessu & motu animalium ageremus: aut enĩ male mouerentur: aut nullo pacto moueri possent: si quaternas mouẽdi notas haberẽt: uix enim mouerẽtur: siue propinquas inter se haberẽt siue remotas: propter longius interuallũ: sed si plures mouẽdi notas sanguinis uacua essent: hæc eadẽ causa bipẽnib9 quoq; piscibus reddẽda est: serpentis enim ea quoq; faciẽ referũt: & sui corporis flexu pro duabus pinnis utũtur: unde fit ut in sicco & repere possint: & diutius uiuere: itaq; alteri nõ potius: alteri cum pedestris naturæ familiares sint: minus exanimantur. Qui aũt binis tantũmodo pinnis natant eas habẽt quæ parti pronæ adhærent: nisi latitudo prohibeat. easq; iuxta caput positas gerũt qui habẽt quoniam eo loco longitudine careãt: qua uice pennaq; moucantur: corpus enim eius generis piscium exporrectum in caudã ẽ. Raia & similes pro pennis extrema sui corporis latitudine natant. Squatina & rana pẽnas lateribus acõmodatas infra gerũt: propter amplitudinem partis superioris: quæ aũt parti supinæ commissæ sunt: eas iuxta caput adiũctas habẽt: nihil enim latitudo impe

dit quo minus moueantur: sed pro superis illis has gerũt minores iis quæ ad latera applicant. Torpedo duas iuxta caudã pẽnas hẽt: pro reliquis latitudine utitur: & utroque sui corporis semicirculo: quasi geminis pennis natat, de partibus capitis & sensoriis antea dictũ est. Piscium aũt genus præ cæteris quæ sanguinem habent animalibus propriam sibi brachiorum naturam sortitum est. Cur ita causam cum de spiratione ageremus reddidimus. Quæ autem branchias habẽt aut intectas gerũt aut detectas: ut genus omne cartilagineum: causa est q̃ cartilagine tum branchiæ: tum earum tegmẽta cõstant. Genus autem hoc omne cartilagineam habet spinam motus etiam cartilaginei generis lentus pigerq; est: quoniam nõ spina aut neruo corroboratur. contra genus spinatum celeriter fertur. tegmẽtum aũt quod brãchias operiat: celeriter moueri oportet. cũ brãchiarꝝ natura quasi ad spirãdi usum piscibus data sit, quãobrem in spinatis nõ modo tegmẽtum: uerum etiam ipsi brãchiarum meatus cõtrahuntur: ut celerius agatur, habẽt brãchias: alii multas: alii paucas: & alii duplices: alii simplices: sed nouissimam simplicem magna ex parte: uerum cognitio diligẽtius ex cõfectionibus cõmentationeq; animalium petenda est causa copiæ & inopiæ brãchiarum caloris cordi insiti: copia aut inopia est, in quibus enim plus inest caloris: hæc celerius moueri oportet & uehemẽtius. geminæ autem brãchiæ atq; duplices: talem naturã potius quã simplices pauciores q; optinent, unde fit ut nõnulli ex iis qui brãchias habent pauciores minusq; cõtinentes: diu extra aquam uiuere possint: ut anguilla: & quicũq; serpentis speciem referũt: nõ enim multum refrigerationis desiderãt. Sunt & oris discrimina. aliis enim os ante & prõptum est: aliis infra: parte supina: ut delphinis & cartilagineo generi. quãobrem hæc nisi cõuersa resupinẽtur: cibum corripere nequeũt q̃ natura nõ modo salutis gratia cæterorum piscium fecisse uidetur: dum enim sese ista cõuertunt mora intercedit: qua pisces quem insectãtur euadere possit. nam omnia id genus rapina piscium uiuũt. uerum etiam ne nimis suam deuorandi auiditatem explerẽt. Cũ enĩ facilius caperent breui per immodicã satietatẽ perirẽt. Quoniã etiam cum rostrũ eorum structura tereti ac tenui sit: facile scindi in oris habitum nõ potest. Ad hæc differẽtia existit: q̃ aliis os rescissum: aliis subinde in acutius cõpressum: carne uescẽtibus rescissum: ut iis quibus se pectinatim stipat dentium series. iis enim uires ore cõtinentur cõpressum: & ut modo dixi coartatum iis quæ nõ carne uescãtur. Cutis aliis squamata, etenim squama præ rigiditate tenuitateq; desistẽs summa corporis occupat) aliis aspera ut squatinæ: raiæ: & reliquis generis eiusdem: aliis lenis sed paucissimis. cartilaginea squamis carẽt: sed aspera cute muniũtur: quoniam spina cartilaginea cõstant. tertenam enim portionem natura inde ad cutem trastulit inq; eius asperitatẽ absumpsit. Testes piscium nullus: nec intus nec foris habet: nec serpẽtes: aut ex iis aliquid quæ pedibus carẽt. partem eam habere cõpertum est. Sed eius uice meatũ excrementa & generationis usui accõmodatum habẽt eũdem: quem cætera quoq; ouipara eandẽq; quadrupeda oia cõtinent. quoniã nec uesicam habẽt neq; excremẽtum humidũ secernũt. piscium genus his a cæteris aialibus differentiis discrepat. Delphini balenæ & reliquũ cætariũ genus brãchiis carẽt sed fistulã sui pulmonis causa cõtinẽt: qua humorẽ quẽ i ore acceperit respuãt. nã & humorẽ admitti necesse est: cũ cibũ I aqua simmersum capiãt: & admissũ emitti necesse ẽ: brãchię igit' iis q̃ spirant cõmode hẽntur. causam uero cũ de spiratiõe ageremus reddidim⁹. haud. n. fieri põt: ut idẽ & brãchias habeat & spiret, sed, n, iis ad respuẽdã aquã fistula data ẽ q̃ ante cerebrũ sita est. ne

postposita id interciperet a spina: causa uero cur pulmonem hæc habeãt: & spirent q̃ maiora animalia plus caloris sibi requirũt: ut possint moueri: quapropter pulmo iis inditus est plenus caloris sanguinei: sunt hæc quodãmõ & terrestria & aquatilia: ut enĩ aerem terrestrium more trahũt sic pedibus uacãt: & cibum in humore: modo aquatilium capiũt. Vituli etiã marini & uespertiliões: quoniã ambigãt: alteri cũ aquatilibus & terrestribus: alteri cũ uolucribus & pedestribus: ideo participes & utrorũq; & neutrorũ sunt uituli nanq; marini si ut aquatiles inspectãtur pedes habẽt: si ut pedestres: pinnas: quippe qui pedes posteriores piscеos admodũ habeãt: atq; etiam dẽtes omnes serratos acutosq;: uespertiliões ẽt pedes ut uolucres habẽt: sed ut quadrupedes nõ habent cauda etiam tam q̃drupedis uacãt: quia pedestres: uolucris: quod iis necessario accidit: habẽt enim cuteas pẽnas: nullum aũt uolatile caudam habet: nisi pẽna scissa uolatile sit. Genus enim id caudæ ex pẽna eiusmodi cõstat: cauda uero q̃drupedis generi uolatili adiũcta: uel impedimento eius pẽnis proculdubio esset.

De structione africo & eius natura & forma Caput. xii.

Trutio etiam africus eodem modo: partim auem partim quadrupedẽ refert quippe q̃ non ut quadrupes pẽnas habeat: ut non auis sublimis nõ uolet: nec pẽnas ad uolãdũ cõmodatas gerit: sed pilis similes. Item quasi q̃drupes sit pilos habet palpebræ supioris: & glaber capite: & parte colli supiore est: itaq; cilia habet pilosiora: sed q̃si auis sit infra pennis itegit': bipes ẽt tanq̃ auis bisulcus tanq̃ quadrupes est non enim digitos habet sed ungulã bipartitam quaꝝ rex causa est q̃ magnitudine non auis: sed quadrupedis est: magnitudinem enim auiũ minimã esse prope dixerim necesse est: corporis enim molẽ sublimẽ moueri nequaq̃ facile est. Sed de partibus animalium quam ob causam quæq; sint: dictum iam est: per oia animaliũ genera. Quæ cũ explicata sint: sequitur ut de generationibus animaliũ disseramus.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER PRIMVS INTEPRETE THEODORO.

Vniuersalis generationis partitio. Caput primum.

VM DE Cæteris animaliũ partibus: tum summatim: tum singulatim seorsum de proprũs generis cuiusq; dictum iam sit: quẽadmodum & qua de causa unumquodq; esset eam causam dico: cuius gratia quippiam sit: ponimus enim causarum genera quatuor numero primum cuius gratia ut finem: secundum substantiæ rationem: quę quasi unum quoddam fere existimanda sunt. Tertium uero quartumq; materiam & id unde principium motus: sed cum de cęteris dictũ iam sit. Ratio enim & id cuius gratia ut finis idem ẽ: materia uero animalibus partibus sunt totis dissimilares dissimilaribus: similares iisq; ea quę elementa corporum appellantur. Restat ut de partibus quæ ad generationem pertinent disseramus: de qbus nihil adhuc diffinitum est: atq; etiam de causa mouẽte quænam sit: sed de ea ipsa cã considerare idẽ quod ammodo est: atq; de generatione cuiusq; agere. Quamobrem nostra hæc disputatio in idem ea cõiecit cum & partes: quæ ad generationem accõmodantur: ultimas dispositisset: & gñationis principiũ ab iis proximũ collocasset. Animalium alia per coitũ fœminæ & maris gignunt': scilicet in quibus gñibus sexus uterq; est: non enim in oibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed in preditis ſanguine: paucis quibuſdam exceptis alterum mas: alterū fœmina perfectum euadit: exanguium uero quedam marem & fœminā habēt: ut ſobolem eiuſdē generis procreēt alia procreant quidem ſed nō ſui generis prolē ſcilicet quæ nō ex coitu animalium prodeūt ſed ex terra putri aut excrementis, quod autē in uniuerſum dixerim, eorum quæ locū mutare ſolent: aut nando: aut uolando: aut gradiendo: uidelicet prout quodq; actum ſuo corpore eſt: nonnulla toto genere ſuo ſexū utrunq; optinent non modo ſanguine prædita: uerū etiam exāguia quedam, nam eorum quoq; aliis toto genere ſexus utrq; eſt ut mollibus: ut cruſtatis: aliis maxima parte ut generi inſectorum, eorum autē ipſorū quæ ex coitu cognatorum animalium gignūtur ipſa quoq; ſibi cognata progenerant. At uero quæ nō ex coitu ſed putri materia oriūtur ea generant quidem: ſed genus diuerſum quodq; prodiit nec mas ē neq; fœmina. Talia ſūt nōnulla in genere inſectorū quod iuſta euenit ratione nam ſi ex coitu eorum quæ non ex animalibus orta ſunt animalia orirentur: hæc ſi eiuſdem generis eſſent primū quoq; ortum parentum talē eē oporteret: quod recte ita cenſemus quando ſic euenire i cæteris animalibus patet. ſed ſi diſſimilia quidem: ſed quæ coire inter ſe poſſent gigneren tur. rurſus ex iis alia quædam natura procrearetur & alia ex ea: idq; in infinitū proce/deret. At natura infinitum uitare ſolet infinitū enim fine caret. natura autē ſemper finem querit. Quæ autem non greſſilia ſunt: ut teſtatum animaliū genus & quæ ſaxis obhærentia uiuunt: quoniā natura ſimili plantis cōſtant: hic ut in illis. Sic in his mas deeſt & fœmina: ſed ſimilitudine proportioneq; nomen ſexus accipiunt. habent enī parum eiuſmodi differentiæ: quoddā etenim in ſtipium genere, ſunt eodem in genere arbores quæ fructum ferant: & quæ ipſe quidem non ferant: ſed ferentes adiuuant illas ad maturandum: ut inter ficum & caprificum euenit generationis etiam ratio eadem i ſtirpibus quoq; eſt: cum aliæ ſemine prodeant: aliæ ſpōte naturæ oriūtur enim a pu/treſcente uel humo uel parte aliqua plantæ, ſunt enim quæ ipſa per ſe nunq; ſeorſum cō ſiſtant: ſed in aliis arboribus dico ſoleant generari ut uiſcum, ſed de ſtirpibus ſiue plantis ſeorſum opere per ſe ipſis dicato agendum eſt.

Principium generationis eſſe marem & fœminā. Caput. ii.

n Vnc animaliū generatione diſſerēdū eſt ,put cui ratio competit deducēda ex iis quæ dicta iā ſunt, gñatiōis enim pricipia ut retulimus illa potiſſimū quis ſtatuerit marē & fœminā. Marem ut quod motus & generationis originē teneat: fœminā ut quod materiæ: q̄ rem ita eſſe potiſſimū credes ſi quēadmodū: undeq; ſemen genitale fiat itellexeris. Ex hoc enī quæ natura oriuntur cōſiſtunt: id autē quēadmodum ex mare ac fœmina prodeat nequaquā latere oportet: q; enim ea pars de femina mareq; ſecernitur: & i iis atq; ex iis hæc ſecretio fit ideo mas & fœmina: principiū cōferūt generationis. marē nāq; id animal dicimus quod in alio gignit, fœminā quod i ſe ipſo: quāobrē i uniuerſo quoq; naturā terræ quaſi fœminā mrēmq; ſtatuūt. Cælu autē & ſolē & reliqua gñis eiuſdē nomine genitoris patriſq; appellāt. mas autē & fœmina inter ſe differūt rōne q; facultas utriuſq; diuerſa eſt ſenſu autē partibus corporis qbuſdā diſcrepāt. rōnis diſcrimē ita exultat ut mas ſit quod in altero generare poteſt ut dictū ē fœmina quod in ſe ipſo & ex quo fit quod generatur cōtentū in eo quod generat. Sed cum facultate & munere quoda hæc diſtinguatur, ad oēm autē officiū functionē inſtrumento opus ſit inſtrumētaq; facultatibus partes corporis accōmodentur. ad procreatiōnem quoq; & coitum partes aliquas eſſe accommodatas neceſſe eſt eaſq; inter ſe diuerſas quibus mas a fœmina differat nam & ſi de toto animali mas aut fœmina dicitur tamē non q̄uis ſui parte potentiaq; idē mas aut fœmina ē: ſed certa quada uirtute ſiue potētia: & parte ſicut & uim cernēdi gradiēdiq; optinet ut ſenſu patet partes uero eiuſmodi ſunt fœminæ uteri & uuluæ: maris teſtes & coles: in omnibus ſanguine preditis. eorum enim aliis teſtes: aliis meatus eiuſmodi quidam ſunt in genere etiam exāgui: diſcrimen maris & fœmine eſt: quibus hæc ſexus contrarietas data eſt. differunt forma inter ſe partes ad coitum delegate in ſanguineo genere: ſed intelligendum ſic eſt ut principio uel exiguo immutato: multa ex iis quæ a principio ſunt imutari ſoleāt. patet hoc in exectis quibus parte genitali tantum corrupta tota fere forma uſq; eo cōmutantur: ut aut fœmina eſſe uideantur: aut parum abſint tanquā non qualibet ſui corporis parte aut potentia animal ſit fœmina aut mas, conſtat igitur principium quoddam eē marem ac fœminam. itaq; merito fit: ut multa cōmutētur. Cum animal qua fœmina aut mas eſt imutatur quaſi principium dimoueatur.

Genitalia membra non eadē omnibus eſſe aīalibns. Caput. iii.

t Eſtes & uteri aut uuluæ: non pari ratione in omnibus ſanguine preditis aīalibus ſunt, iam enim (ut primū de teſtibus dicā) alia omnino teſtibus carent i eo genere: ut piſces: ut ſerpentes meatuſq; tantum geminos ſemini genitali p̄ſcriptos optinent: alia habent quidem teſtes: ſed intus lumbis adhærētes: qua renes cōtinētur: meatuſq; ab eoꝝ utroq; foras tendunt: ut in iis quæ teſtibus carent: q; in idem coniungantur: quomodo in illis cōſtitutum eſt: ita aues oēs habent: & quadrupedes q̄ oua pariunt: inter eas quæ aerem accipiunt pulmonēq; optinēt: his enim omnibus teſtes lumbis intus adhærent: meatuſq; gemini ab his ſimiliter atq; ſerpentibus tendunt ut lacerto teſtudini: atq; omnibus cortice intectis. Quæ autē animal gignunt: omnia teſtes in aduerſo habent: ſed nonnulla intus ultima cōditos aluo: ut delphinus: nec meatus: ſed penem pertendentem habet ut boues: alia foris gerunt quorum alia pendētes ut homines: alia annexos ad ſedem ſeſſiles ut ſues: ſed de his diligentius diſtinctum eſt in libris quos de hiſtoria animalium ſcripſimus, uteri omniū bipartiti ſunt ut teſtes gemini omnibus maribus habentur ſed aliis iuxta genitale: ut mulieribus: & oibus quæ animal non ſolū foras ſed etiam intra ſe generant & piſcibus qui oua ædūt: aliis iuxta ſeptum tranſuerſum ſiue cinctū ut auibus omnibus & piſcibus qui animal pariūt cruſtatis etiam uuluæ biſidæ ſunt: atq; etiā mollibus quæ enim oua eorum uocantur pro uulua habent mēbranas quibus continentur. Sed hoc maxime indiſcretum eſt in polypis ut ſimplex eſſe uideatur: cuius rei cauſa eſt forma corporis quæ ſimilis undiq; ē: inſectis etiam quibus aliquid magnitudinis biſidæ ſunt minoribus incertæ propter corporis exiguitatem. partes quas explicandas propoſui ita ſe habent.

Quam ob cauſam natura teſticulos animalibus indidit: & quæ animalia citius quæ item tardius coeant. Caput quartum.

d E differentia inſtrumentorum genitaliū quæ in maribus ſūt qui quas ob cauſas ſint conſideret: accipiat primū neceſſe eſt: cuiuſnam rei gratia teſtiū conſtitutio habeatnr: ergo ſi natura rem quācūq; facit aut quia neceſſaria ē: aut quia melius ita eſt hoc etiam membrū ob eoꝝ alterutrum eſſe debet: ſed non neceſſariū id eſſe ad generationē patet omnibus enim quæ generāt adiūctum eſſet ſi neceſſitatis ratio haberetur: nunc uero nec ſerpentibus teſtes ſunt neq; piſcibus: niſi ſunt enim coire plenoſq; ſeminis genitalis habere ſuos meatus reſtat igitur ut melioris cuiuſpiam notę

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia testes habeantur. Sed enim maxime animaliū partis munus nullum fere aliud est nisi quod plantaꝝ semen & fructus: utq; in ratione cibi uoraciora auidioraq; sunt quibus intestinum rectū: sic ea quæ testibus carent meatusq; tantū habent: aut non carēt sed intus habent omnia propensiora celerioraq; ad uenerem sunt. At uero quæ castiora esse conuenit: iis ut in cibi usu intestino opus est non recto sic meatus illi reuolutionem anfractusq; habent: nec libido uehemens crebraq; citetur testes autem ad hāc rem emolita natura est motum enim excrementi genitalis stabiliorem faciunt in uiuiparis: ut equis cæteriſq; eiusmodi atq; etiam hominibus cum replicationē seruent. Sed quē admodum se habeant: petendū ex animaliū historiis est nullam enim partem meatū testes cōplent sed adiecti pendent eo modo quo pondera textrices telis annectunt: his enim detractis meatus intro se retrahunt: quo fit ne exacta possint generare nā nisi ita retraherentur possent generare & iam Taurus quidam cū statim a castratione iniisset impleuit quoniam nondum retracti essent meatus. Auium uero & quadrupedū oui parorum testes excrementum recipiunt genitale itaq; tardius iis q̄ piscibus semen prodiit patet hoc in auium genere cum tempore coitus testes multū habeant grandiores quæ certo tempore coeant. At ubi id tempus preterierit: adeo exiguos habent: ut incertum fere an habeant sit: cum tamen eo tempore quo coeunt gerant pregrandes celeriusitaq; ea coeunt: quæ testes intra se continent: quæ enim extra habent: non prius semen emittunt q̄ retrahant testes.

Quæ animalia membrū ad coitū accōmodatum obtineant & quæ non. Cap. v.

i NStrumentum etiam accōmodatum ad coitum quadrupedes optinent habere enim id possint. Aues & quæ pedibus uacant habere nequeunt: quoniam alteris crura sub media aluo posita sunt alteris nulla sunt crura natura autem penis hinc pendet & situm hunc tenet: & quidem ob eam rem euenit ut in coeūdo crura contēdantur nam & instrumētum hoc neruo constat: & crurum natura neruosa ē: itaq; cum habere id nequeant testes quoq; aut non habere aut non eo loco habere necesse est. Idē enim situs penis & testium est in iis quæ habēt utrunq; quinetiā ea quorum testes sunt extra: cum penis per motum calescit semē genitale proinde collectum emittunt: non parato iam semine contrectant ut pisces. Oibus quæ animal generant testes ante habentur uel intus uel extra preterq̄ herinaceo: hic enim unus lumbis adhærentes continet ob eandem qua aues causam coitum enim herinaceorum celeriter fieri necesse est: cum non more quadrupedum superueniant tergis: sed erecti coniungantur propter aculeos causa quamobrem testes habent quæ membrum hoc optinēt & cur alia intus alia extra declaratum iam est.

Quā ob causam nonnulla aialia mēbro genitali careāt. Cap: vi.

q Væ autem carent eo mēbro: non quia melius sit carere ideo carent sed tantū quia necessarium ut dictum est: quoniam celeriter peragatur eorum coitꝰ necesse est. qualis natura piscium & serpentum est pisces enim incurrentes attigunt absoluunturq; ocissime nam ut in hominum & eiusmodi omnium genere semen genitale spiritu retento emitti necesse est: sic in piscibus mari non in branchiis accepto emittitur. facile autem pereunt: nisi id assidue faciant itaq; non iis semen tantisper coquendum est: cum coeunt ut pedestribus & uiuiparis: sed tēpestatis tepore iam cōcoctum continent uniuersum: ita ne dum contingunt: conficiant sed concoctum paratumq; emittant: quamobrē testibus carent meatusq; simplices rectosq; habent: quæ

lis pticula quædā circa testes quadrupedū ē replicatiōis eni meatus pars altera sangui nea est: qua recipitur materia seminis: altera exanguis: qua factum iam semen trāsit ita q; cum genitura eo deuenit: celeriter ea quoq; absoluuntur. At piscibus talis totus meatus est qualis in homine cæteriſq; eiusmodi animalibus pars replicationis altera ē. Serpentes complexu mutuo coeunt carent testibus & pene ut dictū iā est. Pene quia cruribus carent. Testibus propter sui corporis longitudinē meatus modo piscium habent: q; enim eoꝝ natura porrecta in longum est si præterea in testes protraherentur refrigeraretur genitura propter moram lōgioris itineris quod iis quoq; accidit quibus penis imodicus est sunt enim infecundiores iis quibus mediocris propterea q; semen frigidū infecundū est refrigeratur autem quod longe admodum fertur: sed quā ob causam animalium alia habent testes: alia non habent declaratum iam est.

Quomodo serpentes coeant. Caput. vii.

c Oeunt serpentes cōplexu mutuo propter ineptā sui corporis formā ad applicandum: cum enim exigua quadam sui parte coniūgantur: nequeunt prę nimia prolixitate adaptari: cunq; membris quibus amplectantur careant: propiis agilitate corporis utuntur complexuq; mutuo sese obuoluentes expediunt uenerē: unde fit ut lentius absolui q̄ pisces uideantur non solum meatuum prolixitate sed etiam ea ipsa: qua utuntur sollertia.

De situ uteroꝝ aut uuluaꝝ in quibusq; animantibus. Cap. viii.

d E uteris aut uuluis quēadmodū se habeant ambiges: magna ē enim eius partis diuersitas: nā neq; uiuipara omnia habent simili situ. Sed cum homines oē q; genus terrestre infra ad genitale habeant: cartilaginea supra continent iuxta septum: neq; ouipara sibi conueniūt: sed pisces infra ut homines & quadrupedes uiuiparæ habent aues & quadrupedes ouiparæ supra: attamen ipsi quoq; situs cōtrarii non sunt a ratione remoti. Iam enī quæ oua pariunt diuerse pariunt etenim alia imperfecta emittūt oua: ut pisces foris enim piscium oua perficiūtur & augentur: cuius rei causa est q; magna fœcūditas est: idq; munus eoꝝ ut stirpiū est q; si intra se fœtum perficerent pauciora necessario æderent nūc uero & tot continent ut uulua unū esse ouum i paruis quidem piscibus uideatur. Sunt enim ii fecūdissimi: ut in cæteris quoq; tū plātis tum animalibus euenit: quorum natura iis proportionetur: in iis enim magnitudinis incrementū uertitur in seminis copiā aues & quadrupedes ouiparæ oua ædūt: perfecta quæ ut seruari possint: duro iā constent putamine oportet sunt enim quādiu ícrescunt molliora: testa aūt efficitur calore externo euaporante: humorem: itaq; calidum esse locum in quo id fiat necesse est talis aūt locus septi transuersi est quippe qui cibum concoquendo perficiat. Quod si oua contineri in uulua necesse est uuluam quæ corū oua ædūt perfecta sitam esse ad septum necesse est eoꝝ autem quæ imperfecta infra: ita enim in promptu erit: & sua uero natura uulua propensior ad situm inferiorem quā ad superiorem est nisi quid aliud opus naturæ impedit: infra est eni exitus eius officiū.

De generatione uiuiparoꝝ & eius inter eos dria. Cap. ix.

u Iuipara etiam inter se differunt: alia enim non modo foras ueꝝ etiam intra se animal generant: ut homines ut equi ut canes deniq; omnia quæ pilis teguntur & inter aquatilia delphini balenæ & reliqua cætarii generis.

De generatione cartilagineoꝝ & uipere. Cap. x.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Artilaginea uero & uiperæ cum intra se oua generant: mox animal foras pa-
c unt: perfectum generãt ouum: ita enim ex ouo animal gignitur: ex imperfe-
cto nullum non extra hæc pariunt oua quia natura frigida sunt non quia cali-
da ut quidam uolunt.

De generatione mollium animãtium. Caput. xi.

Vte molli intecta generãt oua: q; enim caloris exigui sunt ultimũ siccare natu-
c ra eo; non põt. Quia igitur frigida sunt molle generãt quia molle non extra
periret enim ꝓpter suã mollitiẽ. Cum autẽ ex ouo animal gignitur eodẽ quo
in auibus modo pte plurima generatur descẽdunt oua in imũ efficiunturq; aialia infra
ad genitale quomodo in iis sit quæ iã inde a primo ortu animal generãt quãobrem uul
ua quoq; eo; dissimilis: tum uiuiparis: tum ouiparis est: quoniã utriusq; consortiũ ge-
neris habent nã & supra ad septum & infra porrectã genus omne cartilagineũ habet:
sed tã de ea quã de cæteris uuluæ aut uteri generibus quẽadmodum se habeãt: p histo
rias dissectionesq; animaliũ indagãdum percipiendũq; est: itaq; hoc genus & supra cõ
tinet uuluã quia ouiparum perfectorum ouorum est & infra quia uiuiparum est atq;
particeps utriusq; euadit. At uero ea quæ protinus animal generãt omnia infra habẽt:
nullo enim naturæ opere impediuntur nec partum geminãt. Ad hæc fieri non potest
ut animalia iuxta septũ gignãtur fœtum enim pondus & motum habere necesse est:
is autem locus cum uitalis sit hæc pati non potest difficultatem etiam patiendi ita acci-
dere necesse est propter delationem longiorẽ: nam & nũc mulieres si in partu uel osci-
tando uel aliqua eiusmodi causa retrahunt difficilius pariunt inanes etiã uteri aut uul-
uæ sursum adiunctæ strãgulãt: nec non ualidiores esse eas quæ animal cõtineãt neces-
se est: quãobrem oẽs eæ carnosæ sunt. Quæ ãt ad septum iunguntur mẽbrana constat
tum etiã in iis ipsis animalibus quæ geminãt partum planum hoc idem fit oua eni su-
pra atq; ad latus continent: animalia uero parte infera uuluæ gerunt sed quã ob cau-
sam situ contrario uuluas nonnulla animalia habent & omnino quamobrem: aliis infra
aliis supra ad septum continetur dictum iam est.

Quam ob causam uteros intus animalia habeant: testes autem alia intus
alia extra. Caput duodecimum.

Vr autem uteros aut uuluas omnia intus habeant. Testes alia extra alia in-
c tus: causa est q; cum utero contineatur quod gignitur idq; custodiam operi
mentum & concoctionem desideret: hinc uteri: aut uuluæ omnium intus
sunt: locus enim exterior corporis & frigidus est & offensioni expositus:
Testes aliis intus aliis extra: propterea q; iis quoq; operimento & uelamine opus est:
tum ut seruentur: tum ut semen genitale perficere possint: haud enim fieri potest ut fri
gentes & gelidi possint retrahi atq; emittere genituram quamobrem quibus testes in
pro patulo sunt: habent operimẽtum cuteum: quod scortum uocatur. Sed quibus na
tura cutis præ sua duritia obstat ne mollis cutea & ad complectendum habilis sit ut iis
quæ aut piscea cute aut cortice teguntur: iis intus habeantur necesse est: quapropter
delphini & quæcunq; cætarii generis habent testes intus continent: atque etiam oui-
paræ quadrupedes corticati generis: cutis etiam auium dura est ut magnitudini debi
tæ inhabilis sit: sed ad comprehendẽdum causam his omnibus designari necesse ẽ: una
cum iis quas antea diximus ex iis quæ per initum & rem ueneream accidũt hæc eadẽ
cã est: & ut elephantus ac herinaceus testes habeant intus cutis eni iis quoq; iepta ad

habẽdam particulam quæ operiat. Situs etiam uterorum cõtrarius in iis quæ ani
mal intra se generant ad ea quæ oua ædunt: atq; etiã eius ouipari generis in iis quæ
uterum infra habẽt: ad ea quæ supra ad septum. uerbi gratia piscibus ad aues qua-
drupedesq; ouiparas: atq; etiam iis quæ modo utroq; generant ut oua intra se pari
ant: animal ædant in lucem. quæ enim intra se & foris animal generant uteq; habẽt
in aluo: ut homo: bos: canis: & reliqua generis eiusdem: nam ad fœtus: tũ salutem:
tum incrementum expedit nihil ponderis insidere uteris.

Meatus excrementi sicci & humidi in oibus aialibus esse diuersos. Caput. xiii.

Eatus etiam diuersis iis omnibus est: quo excrementum siccum & quo hu
m midum exit. quamobrem omnia id genus tã fœminæ q̃ mares genitale ha-
bent: quo excremẽtum humidum secernatur quoq; maribus genitura fœ-
minis partus emittatur parte priore superioreq; meatus is cõtinetur. Quæ autem
pariunt quidem oua sed imperfecta: ut pisces ouipari: iis non sub aluo sed lumbis
adhærens uulua continetur. nec enim incrementũ oui impedimento est. quoniam
inchoatum prodiens ouum foris perficitur: & meatus idẽ excrementarius alimen
ti sicci & intus est omnibus quæ genitali carent. ouiparis etiam iis quæ habent uesi
cam ut testudinibus. Generationis enim causa nõ excremẽti emittendi duplex mea
tus est: sed quia seminis natura humida est: ideo meatus idem cõmunis cum excre-
mento humidi alimenti habetur. constat hoc ita esse eoq; cum genitale semen om
nia animalia ferant excrementum tamen humidum illud non omnia reddunt: sed
cum & maris seminales meatus & fœminæ uterum firmari nec oberrare oporteat
idq; aut in parte priore corporis: aut in posteriore ad prona effici necesse sit: iccir-
co uiuiparis propter fœtum uterus in parte priore positus est: ouiparis ad lũbos
& prona. Quæ autem animal ædunt in lucem: cũ intra se oua generarint: iis situs
uterq; quoniam utrũq; referunt genus: & eadem tum uiuipara: tũ ouipara sunt.
partem enim uuluæ superiorem in qua oua gignuntur: sub septo ad lũbos & pro
na habent: inferiorem ad aluum. hac enim iam procreant animal. Meatus idem iis
quoq; sicci alimenti & coitus est: nulli enim ex iis genitale pendet: ut antea dictum
est. meatus etiam genitales marium: tum eo; quorum proprii sunt: tum uero eo
rum quæ testes habent simili modo atq; uuluæ ouiparorum habent. oibus enim
ad prona & spinæ locum adhærent: non enim uagari sed stabiles esse oportet. talis
autem locus posterior est: is enim est qui continentiã præbeat & stabilitatem. Qui
bus itaq; testes intus continentur: iis protinus cum meatibus firmantur: nec secus
iis est quibus extra tum eodem deueniunt scilicet in locum genitalis cõmuniq; exci
piũtur meatu: similis & delphino meatuũ modus ẽ: sed testes sub aluo occulti. sed
quemnã situm partes ad generationem accõmodatæ: & quas ob causas tenuerint ĩ
his generibus dictum iam est.

Crustacea: mollia: testacea & insecta aialia tum iter se tum cum sanguineis in
generatione differre. Caput. xiiii.

Aeteris quæ sanguine uacant animalibus non idem membro; ad genera-
c tionem pertinentium modus: sed tũ intus seipsa: tum etiam cum sangui-
neis dissident. sunt hæc reliqua genera quattuor numero: unum crustatũ
secundum molle: tertium insectum: quartum testatũ. An quarti generis ulla coe-
ant incertum est: plurima tamen non coire apertum est: Quemadmodũ cõsistant
postea dicemus. crustata coeunt modo eorum quæ in auersum mingunt. cum al-
terum supinum: alterum pronum applicuerint. caudas etenim ne parte supina su

Universidad de Deusto
Biblioteca

perueniant pronam impediunt caudæ præ ſuarum pinnarum prolixa appendice habent in hoc genere mares tenues genitales meatus fœminæ uuluas membranas ad inteſtinum fiſſas: hinc atq; inde in quibus gignitur ouum.

De coitu & generatione mollium animalium. Caput. xv.

Mollia ore coeunt renixu complexuq; mutuo brachiorum. Sic enim cõiungi neceſſe eſt quoniam natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit: ut antea dictum eſt cum de partibus ageremus: habere fœminas omnes in hoc genere membrum uuluale apertum eſt. continent enim ouum primo indiſcretum: mox diſcretum in plura: & pariunt omnia imperfecta modo ouiparorum piſcium. meatus ille interior idem excrementi & uuluæ eſt: tum iis: tum etiã in cruſtatis. eſt enim qua ſemen genitale per meatum emittant: idq; parte corporis ſupina: qua putamen diſtat & mare illabitur faciunt. quãobrem ea parte mas cum fœmina copulatur. nam ſi mas ſiue ſemen ſiue membrum aut aliquam uirtutem ſiue uim aliam mittit admoueri ad meatum uuluale neceſſe eſt. crinis uero inſertio maris poylpi per fiſtulam qua piſcatores crine coire polypis aiunt complexus gratia fit: non quaſi inſtrumentum id ſit utile ad generationem: etenim extra meatuũ corpuſq; eſt. interdum tergis quoq; mollia copulantur: ſed generationis ne gratia an alia cauſa nondum exploratum habetur.

De coitu & generatione inſectorum. Caput. xvi.

Inſectorum aliqua coeunt: atq; ex animalibus eiuſdem generis oriuntur modo eorum quibus eſt ſanguis ut locuſtæ: cicadæ: phalangia: ueſpæ & formicæ: aliqua coeunt quidem & generant: ſed nõ ſui generis animal: ſed uermiculos tantum. neque ex animalibus procreantur: ſed ex putreſcente humido: aut ſicco ut pulices: muſcæ ſcarabei. quædam nec ex animalibus naſcuntur neque coeunt: ut culices: & uermiculi: & plura eiuſmodi genera. inter ea uero quæ coeunt fœminæ maxima ex parte maiores maribus ſunt: nec meatus ulli ſeminales in maribus eſſe uidentur: nullum parte plurima dixerim membrum fœminæ a mare inferitur: ſed mari a fœmina ſurſum de parte inferiore quod conſpectum pluribus eſt: nec de ſuperuentu ambigitur: ſed contra ut mas fœminæ inſeratur ſum in paucis eſt: neq; adhuc ita exploratũ habetur ut genere poſſimus diſtinguere. Hocidem fere in piſcibus quoq; ouiparis maxima ex parte: & in quadrupedibus ouiparis eſt ut fœminæ maiores ſint maribus: quoniam id incõmodum eſt ad uterum magna ouorũ copia extumeſcente. fœminis in eo genere membrum quod pro uulua habetur fiſſum iuxta inteſtinum ut cæteris poſitum eſt: in quo fœtus generatur. patet hoc in locuſtis: & reliquis quorum magnitudo aliqua ſit: & natura coitum recipiat. maxima enim pars generis inſecti perexigua eſt: inſtrumenta generationi accõmodata: de quibus non antea diſſeruimus: ita ſe habent. Similarium partium ſemen genitale & lac reliquimus de quibus nũc oportune dicemus. & primum de ſemine poſt in ſequentibus de lacte.

Quæ animalia ſemen emittant: quæ autem non: quorundamq; opinio qui ſemen ex unaquaq; corporis parte prouenire affirmant. Caput. xvii.

Semen alia aperte emittũt: ut ea q̃ ſunt natura ſanguinea: alia ideſt inſecta: & mollia emittãt nec ue icertũ eſt itaq; cõſiderandũ hoc eſt: utrũ mares oẽs ſemen emittant: an non omnes. & ſi non omnes: cur alii emittant: alii non.

Tum etiam utrum fœminæ ſæmen aliquod conferant ad procreationẽ: an nõ. & ſi nõ ſemen utrum nec aliud quicquam adhibeant: an quãuis nõ ſemen tamen aliquod conferant. Ad hæc quidnã cõducant ea quæ ſemen emittũt ſuo ſemine ad generationem querendũ eſt: atq; omnino quæ natura ſit ſeminis: & eorũ quæ meſtrua uocantur: ſcili. cet in iis aãlibus quæ id humoris genus emittũt. Omnia ex ſemine gigni: ſemen aũt ipſum proficiſci a generantibus uidetur. Quamobrẽ eiuſdẽ ſtudii eſt quæſtio: utrũ ambo mas & fœmina emittãt: an alter tantũ: & utrũ ex toto corpore ſecernitur an uõ ex toto: nam ſi non ex toto: nec ex ambobus quidẽ parentibus prodire poſſibile eſt. quapropter primũ de hoc: quẽadmodũ ſe habeat inquirendũ eſt. Sunt enim qui dicãt: id ex toto corpore prouenire. Quibus aũt argumẽtis probẽt: ut ſemẽ ex una quaq; corporis parte ſecernatur: quattuor fere numero ſunt. primũ uehemẽtia uoluptatis: magis enĩ ſuaue eſt: quod idẽ amplioris ſit affectus. amplius aũt eſt: quod oibus mẽbris: q̃ quod paucis accidat. Secundũ quod ex mancis manca procreẽtur. ſemen enim ab ea quæ deeſt parte proficiſci negãt. unde aũt non acceſſerit: id ne procreetur accidit. Tertiũ ſimilitudo parentũ. ſimiles enim gignuntur: ut toto corpore toti ſic particulatim ſingulis partibus: quod ſi cauſa eſt: ut totum ſimile ſit: q; ex tali toto ſemen genitale prodierit. partibus quoq; cauſa ſimilitudinis erit: q; ex una quaq; parte aliqd uenerit. Quartum quod ratio eſſe uidetur: ut quemadmodũ totius aliquid eſt ex quo primũ generetur: ſic partis quoq; cuiuſq; ſit ſemen aliquod propriũ. fidem etiã illa faciunt. huic opinioni ueriſimilem: nõ ſolũ enim rebus naturæ inſitis & natiuis: liberi ſimiles parẽtibus prodeũt. ſed etiã aduenticias atq; externas præſentant. iam enim cum parentes cicatrices haberẽt: filii quidã parte eadẽ ſui corporis idẽ habuerũt: & chalcedone cũ pater brachio eſſet cõpuncto: filius idem retulit. cõfuſa tamen nota: minuſq; explanata. his ſe rationibus quidam potiſſimum crediderunt ſemen a toto corpore proficiſci.

Improbatio contra eos qui dicunt ſemen ex omnibus corporis partibus prouenire: ſemenq; eſſe excrementum'. Caput. xviii.

Sed cum ſcrutamur. & diligentius rem diſcutimus: contra potius eſſe uidetur. nec ſupradicta quattuor illa ſoluere difficile eſt. & quædam alia ſequũtur impoſſibilia: ex ipſa opiniõe. primum igitur. ſimilitudo nullũ iudicium affert: ut ſemen genitale ex toto corpore ſecedat: quandoquidem & uoce & unguibus: & pilis: & motu ſimiles procreantur: ex quibus nihil proueniat. nõnulla etiam nondũ habent cum generant: ut canos: aut barbam: maioribus item ſuis plerũq; ſimiles ſunt: ex quibus nihil ſeceſſit. redditur enim poſt plura genera ſimilitudo: ut elide quæ cum æthiope concubuerat: nõ filiã forma æthiopis peperit: ſed ex filia erat æthiops. In ſtirpibus etiã eadẽ ratio eſt. nam ſi hoc ita eſſet in iis quoq; ab omnibus partibus ſemen procul dubio proficiſceretur. at pleraſq; partes aut illæ non habent aut quiſq; abſcindere põt aut poſt genitas habent. quinetiã ex fructibus nihil ſecedit. & tamen ii quoq; forma eadẽ proueniũt. ad hæc utrũ ex unaquaq; ſimilari parte tantũ prodit. Verbi gratia carne: oſſe neruo. An etiã ex diſſimilaribus: ut facie & manu. nam ſi ex illis tantum ſimiles aut parentibus ſunt: partium potius diſſimilarium forma: ut facici: manum pedũ. Quid nam obſtet ne illæ quoq; ſimiles ſint ſeceſſu ex toto. Sed alia cauſa quando nec in ipſis quidem ſimilitudo propterea ſit: quia ex toto corpore ſemen genitale ſeceſſerit: ſed ſi ex diſſimilaribus tantum. ergo non ex toto & partibus omnibus. At ex ſimilaribus magis conueniat. Sunt enim priores & diſſimilares ex ſimilaribus conſtant: & ut

facie ac manibus ſimiles procreant: ſic & carne & unguibus. At uero ſi ex utriſq; quiſ nam modus ſit generationis? conſtant enim partes diſſimilares ex ſimilaribus: itaq; q̃ ex iis ſecedit ex illis quoq; ſeceſſerit. atq; ex ipſa compoſitione perinde: quaſi a nomine ſcripto quippiam proficiſcat: ſi a toto uel a quauis ſylaba proficiſcetur. quod ſi a ſylabis ab elementis compoſitioneq; prodierit: itaq; ſi ex igne & reliquis eiuſmodi carnes oſſaq; conſtant: ex elementis potius fuerint. nam ex compoſitione quonam pacto poſſint? At qui ſine ea ſimile eſſe nihil poterit: quod ſi quid eam poſtea creat: id cauſa ſimilitudinis fuerit: non ſeceſſio ex toto. Item ſi partes diſtractæ in ſemine ſint: quonam pacto uiuat: ſed ſi coniunctæ paruum quoddam animal fuerit: genitales etiam partes quonam pacto conſiſtant? nõ enim ſimile ẽ quod a mare & fœmina ſecedit. item ſi utriuſq; ſemen æque ex toto uenit: duo animalia generabuntur. utrunq; enim omnia habebit. quamobrem Empedocles maxime (ſi ita dicendum eſt) conſentanea huic rationi ſcripſiſſe uidetur hoc quidem loco. nam ſi alibi diuerſa non bene. dicit enim maris ac fœminæ quaſi ſymbolum eſſe. totum uero a neutro proficiſci. Sed diſcerpta gerunt mas ipſe & fœmina membra. cur enim fœmina non ex ſeipſa generet. ſi quidem ſemen ex toto ſecedit: & conceptaculum optinet. Sed ut uidetur aut non ex toto ſecedit: aut ita ut ille ait: non ex utroq; eadem ſecedunt: quapropter alterum alterius coitum deſiderat. ſed impoſſibile illud quoq; occurrit: nec enim maiora poſſunt diſtracta ſeruari animataq; eſſe: quomodo Empedocles generat amore: cum dicit multaq; ponuntur capita abſq; ſua ceruice. mox enim coaleſcere coagmentariq; ait: quod fieri non poſſe apertum eſt: quando nec anima uitaq; omni uacua ſeruari poſſent: neq; ue luti plura animalia coaleſcere in unum. & iis qui ex toto ſecedere aiunt accidit: ut eodẽ modo quo illæ dicant. nam ut tum amore in terra: ſic in iis in corpore agitur. nõ enim fieri poteſt ut partes coniungantur: cõmeandoq; eodem deueniant. Tum etiam quonam pacto dirimãtur ſuperiora: inferiora: dextra: ſiniſtra: priora: poſteriora. hæc enim omnia carent ratione. item cum partium aliæ facultate: aliæ affectibus diſtinguant: uidelicet diſſimilares eo quod efficere aliquid poſſint. ut lingua: ut manus. Similares duritia: mollicia: & reliquis eiuſmodi affectionibus. non enim utcũq; ſe habet ſanguis eſt aut caro. Conſtat ob eam rem fieri non poſſe: ut quod ſeceſſerit uniuocum ſit: cũ partibus corporis. uerbi gratia ut ſanguis a ſanguine: caro a carne proueniat. At ſi ex diuerſo quodam ſanguis fiat: non ea cauſa ſimilitudinis fuerit: q̃ ex omnibus partibus deceſſerit: ut aiunt qui ita opinantur. Satis eſt enim ex una tantum ſecedere. quando quidem non ſanguis ex ſanguine gignitur. cur enim non omnia uel ex uno gignantur hæc enim ſententia eadem eſſe uidetur atq; illa Anaxagoræ: ut ſimilare gignatur: niſi quod ille cõmune id de omnibus aſſerit. hi uero generationi tantum animalium tribuunt. Ad hæc quonam pacto iſta augeantur. cum ex toto ſeceſſerint? Anaxagoras enim probe ait carnes ex alimento carni accedere: ſed iis qui eadẽ non dicunt: & tamen ſecedere ex toto pronuntiant: quonam pacto alio accedente maius quicquam efficietur. ſi quod acceſſerit maneat? At ſi mutari quod acceſſerit poteſt: cur non iã inde ab initio ſemen ſit tale: ut gigni ex eo poſſit ſanguis & caro? non ipſum ſit ſanguis & caro: nec uero dici poteſt tẽperatione poſt augeri: perinde ut uinũ aqua adiecta. ita enim principio maxie ſincerũ meratũq; eſſet unũquodq;. nunc uero & caro & os & quæuis alia pars quod dicitur: id poſtmodũ magis eſt. Seminis aũt partẽ aliquã dici neruũ eẽ aut os lõge plus eſt ut quã noſter ſenſus aſſequi poſſit. ad hæc ſi fœmina & mas differũt inter ſe

uteri ratione: ut Empedocles ait. Funditur in puris mas fœmina frigore inito mutari uidemus tam uiros q̃ mulieres: ut quemadmodũ ex infœcundis fœcundi: ſic ex habilibus fœminæ procreandæ ad maris procreationẽ propenſi euadant: quaſi non ſit cauſa in ſecedendo ex toto necne: ſed in moderatione immoderationeue eius quod ex mulie re uiroq; ſecedat: aut ob aliquã eiuſmodi cauſam: ſi hoc inquã ita eſſe ponamus, conſtat non propterea eſſe fœminam: quia ex quodã deceſſerit: itaq; nec partẽ quidem quã propriã habet mas: aut fœmina ſeceſſu conſiſtere. Si quidẽ ſemen idem & mas effici poteſt & fœmina. tanq̃ nõ alterutra pars in ſemine ſit. Quid igitur referat de hac parte ita dicatur: an de cæteris? nam ſi ſemen ab utero non prouenit: eadẽ cæteris quoq; partibus ratio ſeruãda eſt. Item nõnulla aialia oriũtur ex nullis uel eiuſdem uel diuerſi generis animalibus ut muſcæ & genera papilionum: ex quibus gignuntur quidem aialia ſed non ſimilis naturæ: ſed genus quoddã uermiculi. patet igitur non ſemine quod ex cunctis partibus ſeceſſerit generari quæcunq; diuerſi generis ſunt. nam ſimilia eſſent ſiquidem ſimilitudo indicio eſſet: q̃ ex cunctis ſeceſſerit: quædam etiam animalia uno coitu plura generant. plantas uero omnino motu eodem: omnem annuum fructum afferre certum eſt: quod fieri non poſſet: ſi ex cunctis partibus ſemen ſecerneretur. ſingulas enim e ſingulis uel coitibus: uel ſeceſſibus: fieri ſecretiones neceſſe eſt. nec uero fieri poteſt: ut in utero diuidatur: iam enim tanquã a planta nouella aut animali nuper ædito: non ſemine ſepararetur. Item quæ auulſione ſeruntur ſemen afferunt. ergo & prius quã auulſa ſerentur: ex eadem ſui magnitudine fructificaſſe non ex tota planta deſtrictum ſemen tuliſſe certum eſt. Omniũ uero maximũ argumentũ in genere inſectorum animaduertimus ſatis: q̃ & ſi non omnium: tamen plurimoꝝ. fœmina per coitum particulam quandã ſuam inſerit in marem: & quidẽ coitũ ita agunt: quod antea dictũ eſt. Subiecta enim in ſupera indere uiſuntur: quãquã non oia ſed plurima ex iis quæ explorata habemus. itaq; in iis etiã maribus qui ſemen emittunt: non cauſa generationis eſt: q̃ ex toto ſeceſſerit: ſed alio quodãmodo de quo poſtea uidebimus. nam ſi cauſæ eſſet ſeceſſus: ut putant: non ex cunctis ſecedere partibus cenſendũ eſſet: ſed ab agente creatriceq; tantũ: uelut a fabro non a materia: ſed ii ſimile aiunt: ut ſi uel a calce is proficiſci dicant. filius enim qui patri ſimilis eſt ſimili fere cultu corporis utitur. cauſa aũt ut uoluptas rei uenereæ uehementior ſit: nõ q̃ ex toto ſeceſſerit eſt: ſed quia prurigo uehemens accidit. quãobrẽ ſi quis frequenter ea re utitur minus afficitur uoluptate. Item uoluptas ueneris in fine coitus potiſſimũ eſt. At ſi ex toto ſecerneretur: non ſimul: ſed ſingulis partibus aliis prius: aliis poſt exultaret. cauſa uero quãobrẽ ex mancis manca proueniunt: eadẽ eſt: & cur filii ſimiles parentibus prodeunt: ſed non manca etiã ex mancis gignuntur: ut & diſſimiles ſuis parentibus. quoꝝ cauſã poſtea conſiderabimus. eadẽ enim quæſtio eſt. Itẽ ſi ſemen non a fœmina emittitur: eadẽ ratione profecto: nec ex toto ſecedere probari poteſt. & ſi non ex toto ſecedit: nihil rationi repugnat. ſi a fœmina quoq; non ſecedere: ſed alio quodãmodo cauſam generationis præſtari a fœmina ſtatuemus. qua de re ut diſſeramus proximum eſt: cũ ſemen nõ excunctis ſecerni partibus apertũ iã ſit: initiũ uero tũ eius ipſius propoſiti: tũ etiã ſequentis totius diſputationis: ut primũ de ſemine quidnã ſit accipiamus: ita enim & officia ipſa. & quæ officiis accidunt: facilius conſiderare poterimus. Tale aũt ſua natura ſemen eſſe requirit: ut ex eo primo oriantur ea quæ ſecundũ naturã conſtituuntur: non quod ex illo. uerbi gratia homine aliquid ſit quod agat. fit enim aliquid ex hoc: quia ſemẽ eius

est. Sed cum multifariam aliud ex alio fiat: alio enim modo: cū ex die noctem fieri di
cimus: aut ex puero uirū: quoniam hoc post hoc. alio cum ex ære statuam: aut ex li
gno lectum. & quæcunq; ex materia fieri dicimus: ut ex aliquo quod inest: & forme-
tur. totum sit: alio cum ex musico immusicum: aut ex sano ægrum: & omnino contra
rium ex contrario: præterea ut Epicarmus facit suam exaggerationem: ex calumniis
maledicta: ex maledictis pugna: quæ omnia eo referuntur: unde principium motus.
quale id quoque quod modo diximus est. pars enim quædam totius discordię calum
nia est: sed aliquorum extra quod mouerit est: ut ars extra suum opus est: & lucerna
extra domus incendium. cum itaq; tot modis aliud ex alio fiat: semen in altero de duo
bus his esse apertum est: aut enim ex eo ut materia: aut ut ex primo quod mouerit ē
quod gignitur. nō enim ut hoc post hoc quomō ex panathenęis nauigatio: neq; ut ex
contrario contrarium. gignitur enim contrarium ex contrario quod corrumpitur: &
aliud quippiam subiici oportet: ex quo primo immanente sit. Igitur in utro nam de
duobus illis constituendum sit semen: considerandum est: utrum ut materia: & pati-
ens: an ut forma & agens: an etiam ut utrunque. una enim cum iis fortasse declarabi-
tur: ex quonam pacto ex contrariis generatio sit: omnibus iis quæ ex semine oriun-
tur. ea quoq; generatio quæ ex contrariis sit: naturalis est. alia enim ex contrariis ori-
untur: mare dico & fœmina: alia ex uno tantum: ut plantæ omnes: & animalium nō
nulla in quibus non distinctus seorsumq; constitutus est sexus maris & fœminæ. Geni
tura igitur id uocatur quod a generante proueniens causa est: quæ prima optineat prī
cipium generationis: uidelicet in iis quæ coire natura uoluit. Semen autem quod ex
ambobus coeūtibus illis originem trahit: quale semen plantarum omniū est & animali
um nonnullorum in quibus sexus distinctus non est. uelut id quod ex mare ac fœmi-
na primum miscetur: quasi conceptus promiscuus quidam: aut animal. hæc enī iam
habent quod ex ambobus requiritur. Semen & fructus inter se differunt: prioris po-
steriorisq; ratione. fructus enim quod ex alio est: semen ex quo aliud. nam alias ambo
idem sunt. Natura aūt prima eius quod semen uocatur quænam sit exponenda latius:
est. Quodcunq; in corpore accipimus: aut partem esse secundū naturā: uel dissimila
rem uel similarem necesse est: aut præter naturā: ut uel papulā uel excrementū uel col
liquamentū uel alimentū: excrementū appello reliquias alimenti: colliquamentū qđ
ex incremento secernitur resolutione præter naturā. Sed nullā id esse partē uel simila-
rem uel dissimilarē apertū est. nihil enī ex eo quāuis similari cōstituitur ut ex neruo aut
carne. Quoniā etiā cū cæteræ omnes partes separatæ sint: ipsum separatum non est:
nec uero præter naturā est neq; naturæ oblesæ uitiū cū in oibus insit: & natura ex eo ip
so oriat. alimētū plane res aduētitia est. Itaq; aut colliquamentū aut excremētū ēe ne
cesse est. ueteres quidē auctores opinati uidētur id eē colliquamētū. Quod enim ex to
to secedere propter motus calorē dicunt: uim habet coiliquamenti: colliquamenta aūt
præter naturam sunt: nec quicquā secundū naturā oriri potest ex iis quæ præter natu-
ram sunt. excrementū igitur esse necesse est. Ad omne excrementū: aut alimenti inuti
lis est aut utilis. Inutile dico a quo nihil preterea naturæ suppeditet: sed quo plus ab-
sumitur: eo magis natura uitiatur utile contra: sed enim non tale excrementū id esse
cōstat: eo quod iis qui uel ætate uel morbo pessime se habēt: genus hoc excremēti plu
rimum inest. semen minime aut enim nullum omnino: aut nō prolificum propter inuti
lis ac morbidi excrementi pmixtionem. ergo utilis excrementi pars aliqua semen est:

utilissimum autem quod ultimum est. & ex quo iam unūquodq; gignitur membrū
est enī tū prius tū posterius primi igit alimēti excrementū pituita ē: & si qd aliud eius
modi est. pituita enim alimenti excrementum est: cuius rei inditium q; permixtum cū
cibo puro alere potest: & labore absumitur: ultimum autem parum admodū ex plu-
rimo relinquitur alimento. sed intelligendū perexiguo augeri quotidie animalia & plā
tas: nā nisi ita esset: additione pluris eadem uel minima modum excederent magnitu-
dinis: igitur contra quā ueteres putarunt dicendum est. Cū enim illi quod ex toto sece
dant semen esse fateantur. Nos quod ad totū suapte natura faciat semē ē fatebimur.
Cūq; illi colliquamentum dicant: nos excrementū potius eē statuimus: quod enim ul
timum accedat & excremētū ultimi sit: id simile eē probabilius ē: proide ut pictoribus
sæpenumero aliqd andriceli: idest purpurissi remanet simile eius quod cōsumpserint.
Tabescens aūt quodq; & colliquescēs corrumpitur & degenerat: argumentū. nō col
liquamentū: sed excremētum potius eē illud est: q; animalia magni incrementi minus
fœcunda parua fœcūdissima sunt: plus enim colliquamēti eē in magnis necesse ē: sed
minus excremēti: quippe cū in corpus magnum copia absumitur alimēti: itaq; parū
fit excremēti. Itē locus secundū naturam nullus colliquamēto datus est: sed fluit quo
cūq; facilius ferri potest. At naturalibus excremētis omnibus locus præscriptus est.
Verbi gratia alimenti sicci excrementis aluus: humidi uesica: utilis uentriculus: semi-
nalis uterus: genitale mammæ in ea enim loca se colligunt atq; confluūt. Testimoniū
etiam faciunt ea qnæ eueniunt: ut semen quod diximus id sit quæ ideo accidūt: quia ta
lis excremēti natura est: dissolutio enī & imbecillitas manifesta consequit: ubi uel mi-
nimū id secesserit: ut quasi corpus eo fine priuetur: qui demū ab alimento afferat pau
ci uero quidam & breui tēpore per ætatem leuantur: cum id secedit: uidelicet ubi copia
superarit: quomodo alimentū: primū si ubi modū excesserit emittitur: melius corpori
cedit: leuat etiam cū secum alia trahit excremēta: non enim solum semē est quod exit.
Sed etiā aliæ permixtæ facultates cum eo secedunt: quæ insalubres sunt: quāobrē nō-
nullis improle aliquando est quod emittitur: quia pax seminis habet: sed enī plurimis
& magna ex parte ita accidit: ut uenere exoluantur debilitēturq; ob eā quam dixim us
causam. Ad hæc semen nec in prima a tate neq; in senecture neq; in morbis est: carent
hoc ægri propter imbecillitatem: senes quia non satis eorum natura potest concoque-
re: pueri propter incrementum: absumitur enim totum alimentū in corporis desideriū
priusquam aliquid excrementi remaneat: quinqnennio namq; fere corpus in homine
quidem dimidium capere uidetur omnis magnitudinis: quæ reliquo toto tempore cō-
paretur: multis autem & animalibus & plantis euenit: differentia in iis ipsis tum gene
ri cum genere: tum etiam in eodē genere consortibus speciei inter se ut homini cū ho-
mine. & uiti cū uite: alia enim multū seminis ædunt: alia parum: alia nihil omnino. id-
que non præ imbecillitate: sed contra nonnullis euenit: absumitur enim in corpus: ut
hominum nonnullis: qui ubi per habitum corporis bonum carnulenti: aut pinguio-
res euaserint. minus semen emittunt: minusq; rem uenereā expetunt: similis & uiti-
bus affectio incidit: quæ nimia alimenti copia luxuriant: & hircire tantisper dicūt. Nā
& hirci pinguescētes minus seminis habent. quāobrē eos solent ante extenuare: & ui
tes hircire ab ea ipsa hircorum affectione dixerunt uiri etiā mulieresq; pingues minus
fœcundæ esse quam non pingues uidentur: quoniam in uegetioribus excrementū cō
coctum transit in pingue; nam & pinguedo excremētū est bonitate substātiæ salubræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt quæ nullum afferant semen. ut salix: ut populus: Itaq; aliæ quoq; eius affectiõis causæ reddi possunt: nam & per imbecillitatem non cõcoquunt: & per uitiũ bonitatẽ assumũt ut dictũ est. Simili mõ fœcũdissima quoq; & fertilissima sunt: alia pp uires alia propter imbecillitatem: multum enim atq; inutile excrementum permiscetur: ut uel morbi nonnullis contrahantur cum non bene purgatio cessit: & alii euadunt: alii obeunt mortem. tabescunt enim eo quo modo per urinæ profluuium: nam id quoq; uitiũ iam aliquibus accidisse certum est. Item meatus idem excrementi & seminis est: quibusq; excrementũ amborum tam sicci quam humidi alimenti: iis quo humidi eodem seminis quoq; secretio agitur. humidi enim excrementum est: nãq; omnium alimentũ humidum potius est. At uero quibus hoc deest iis ea parte qua cibi sicci sedimentum tendit semen quoq; secernitur: addo etiam q̃ colliquatio: & tabes semper morbosa est excrementi emissio semper utilis est seminis secessio in ancipiti uersatur: quoniam: aliquid alimenti inutilis assumit. At si colliquatio esset semper noceret: quod non facit: semen igitur excrementum esse alimenti utilis atq; ultimi: siue omnia semen emittũt siue non in iis tamen quæ emittunt; ita esse apertum iam est.

Mestrua esse excremẽta: oiaq; quæ sanguine prædita sunt ea emittere. Cap. xviii.

OSt hæc cuiusnã alimẽti sit excrementũ: & de mestruis dissẽrẽdũ est (siunt p enim in nõnullis uiuiparis mestrua) nã his declaratis apertũ erit: & utrũ fœmina semẽ emittat ut mas: fiatque unũ ex ambobus seminibus mixtum. An nullũ semen a fœmina secernatur: & si nullũ: utrũ aliud quippiã conferat fœmina ad generationẽ: sed locũ tantũmodo præbeat. An aliquid conferat: idque quo nã pacto: & quomodo. Sed enim sanguinẽ esse ultimũ alimentũ in sanguinario genere aialiũ p portionale autẽ in exangui dictũ antea est. Vex cũ semen quoq; excrementũ sit alimẽti eiusq; ultimi aut sanguis proportionaleue est aut ex iis aliquid: sed cũ ex sanguine cõcocto digestoq; modo quodã pars, quæq; gignatur. semẽ aũt concoctũ diuersum a sanguine secernatur: nã in cõcoctũ aut per uim emissum uidelicet cũ ultra modũ quis re uenerea utitur: cruentũ iã aliquibus prodiit: constat semen esse excrementũ alimenti sanguinei quod ultimũ in mẽbra digeritur & quidẽ ui magnã ob eã rẽ optinet. Sanguinis eni sinceri salubrisq; secessio resoluere pc test: ut filii similes parẽtibus sint ratio exigit: simile est eni quod ad partes accesserit ei quod remanet: itaq; semẽ manus aut faciei aut totius aialis: est manus indiffinita: aut facies: aut aãl totũ indiffinitũ: & quale quodcũq; illoꝝ est actu tale: semẽ potẽtia est: aut corpulentia sua: aut facultate siue uirtute quã in seipso cõtineat. Id eni nõdũ ex iis quæ exposuimus patet: utrũ seminis, corpus causa sit gñationis. An habitũ aliquẽ & pricipiũ motus genitale optineat: neq; eni manus neq; aliud quoduis mẽbrũ siue animali aut alia facultate ẽ manus: aut quodlibet mẽbrũ: sed æquoce tantũ. Cõstat ẽt colliquationẽ quoq; seminariã ubi accidit: excremẽtũ eẽ: quod uitiũ euenit cũ resoluitur quod accesserit: qnomodo cũ protinus decidit quod tectorii opis modo illitũ fuerit. Idẽ enim ultimũ excremẽtũ cũ primo excremẽto ẽ: atq; de his adhunc modũ differuisse satis sit. Sed cũ infirmioris plus excremẽti minusq; concoctũ fieri: idq; copiã cruẽti humoris eẽ: necesse sit: ifirmius aũt secdum naturã ẽ quod minus caloris adipiscit: taleq; fœmia sit ut antea dictũ est hic secretioré quoq; illã sanguineã fœminæ excremẽtũ eẽ necesse é. Talis aũt eiectio ẽ coꝝ quæ mestrua appellant: mestrua igit excremẽtũ eẽ & proportiõe ut maribus genitura sic fœminis mestrua prouenire apertum est. Recte autem ita dici indicant ea quæ in iis ipsis cueniunt eadem enim ætate maribus genitura fieri incipit & secerni fœminis mestrua erumpunt: uox etiam mutatur: & mammæ intumescunt: necnon desinente ætate aboletur maribus generandi facultas fœminis mestruorum confluuium. Ad hæc indiciũ illa faciunt ut excrementum sit hæc secretio fœminarum q̃ non mariscæ: non profluuium e naribus sanguinis non uarices: non tale quid mulieribus magna ex parte accidere solet quandiu mestrua profluunt. & si quid tale accidit deteriores fiunt purgationes quasi hæc materia mestrua consumpta in ea fuerit: minus etiam uenosæ sunt fœminæ q̃ mares & lautiores leuioresq; sunt: quoniam excrementũ quod eo tendat confluere in mestrua solet hanc eadem causam esse putandũ & ut corpora minora sint fœminarũ quam mariũ in uiuiparo genere: in hoc enim uno mestrua profluũt: & omniũ apertissime in muliere: plurimum nanq; mestrui excrementi mulier emittit: ex quo fit ut euidentissime palleat & obscuriores habeat uenas: & corpore plane ad marem deficiat. Sed cum mestrua sint quod fœminis fiat proinde ut maribus genitura: nec fieri possit ut duo simul secretiores seminales agantur ideo semen a fœmina nõ conferri ad generationem apertum est nam si semen esset mestrua non essent: nunc ideo illud deest quia hæc sunt. Sed mestrua esse excrementum ut semen explicatum iam est. Testimonio autem eodem modo accipi possunt: aliqua ex iis quæ animalibus accidunt pinguia enim minus seminis habent quam macilenta, ut antea dictum est: cuius rei causa est q̃ & pinguedo excrementum ut semen & sanguis concoctus est: quanquam non eodem modo quo semen: itaq; ratione optima fit ut cum materia superuacua consumpta in pinguedinem sit deficiat genitura: generis etiã exanguis mollia: & crustata optima sunt cum utero gerunt: q̃ enim sanguine carent: nec pinguedo in iis consistit: hinc proportionale pinguedinis secernitur: in seminale excrementum. Iudicio autẽ est non tale semen a fœmina emitti: quale a mare: nec amborũ mixtura generari: ut aliqui uolunt q̃ sæpenumero fœminæ concipiant sine ea quæ per coitum fit uoluptate rursusq; cum ea ipsa uoluptate pariq; concursu profusionis utriusq; nihilo magis concipitur nisi mestruorum humor sit modice temperatus: quamobrem nec nullis omnino uicibus mestruorum fœmina generat: neq; cum effluunt magna ex parte sed a purgatiõe: uis enim quæ in maris genitura continetur aut caret alimento & materia: ex qua instituat animal: aut nimia copia semen cum humore eluitur: sed ubi effluxerint satis quod remanet: consistit. Quæ autem nullis mestruorum uicibus concipiunt: aut inter ea dũ agitantur & effluũt: non post earum alteris causa est q̃ tantum humoris continent: q̃tum prolificis remanet a purgatione quãquam non ita superat ut effluere possit: q̃ a purgatione os uteri comprimatur. Cum igitur multum quidem effluxit: sed adhuc effluit: tamen non tantum ut semen elabatur tunc concipiunt: nec uero absurdum quicquam si a conceptu item effluunt mestrua: nam uel post aliquandiu prodeunt quanquam parce: nec semper: sed id morbidum ẽ quamobrem paucis & raro accidit. Quæ autem magna ex parte fiunt ea maxime secundum naturam sunt: a fœmina igitur cõferri ad generationem materiam quæ in mestruorum constitutione sit mestrua autem ipsa esse excrementum apertum iam est.

Contra eos qui credunt fœminas ut mares semen genitale emittere argumento q̃ pari fere uoluptate afficiãtur. Caput. xviiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod autem ſemen conferri a fœmina per coitum nonnulli exiſtimant, propterea q̄ interdum ſimili uoluptate afficiat̄: ut mas ſimulq̄ aliquid humoris ſecernat: id non humor ſeminalis ē: ſed loci proprius uteri enī excretio ē q̄ aliis euenit aliis nō euenit (q̄d plurimū dixeri) iis q̄ nitide: fœminaresq̄ ſunt. nō euenit iis quæ fuſcæ atque uiragines: copia uero quibus euenit non pro ſeminis emiſſione interdum eſt. ſed multo excedit: tuū etiam cibor̄ diuerſa ratio plurimū facit: ut plus minus ue eius humoris excernatur: ut quædā acris ſaporis augēt plane excernēdi modum: uoluptas aūt quæ per coitū ſentitur: non ſolum ſemine exeūte accidit: ſed etiam ſpiritu ex quo conſiſtente: ſemen emittitur: quod patet: tum in adoleſcentulis qui nondum emittere queūt propeq̄ ætate ſunt: tū in uiris genituræ expertibus: uoluptas enī iis omnibus ſcalpendo excitat̄: & quorum deprauata eſt generatio. Alius interdū ſoluitur. prodterea q̄ excrementū eo ſecedit quod concoqui atq̄ effici ſemen non poſſit: forma etiam ſimilis mulieris & adoleſcentuli eſt: & mulier quaſi mas in ſeminis eſt: impotentia enim quadam fœmina eſt eo q̄ ſemen ex ultimo alimento concoquere neque at: quod alimentum aut ſanguis eſt aut ſanguinis proportionale. in iis quæ ſanguine carent propter naturæ frigiditatē: ut igitur in aluo profluuiū accidit cruditate: Sic in uenis. tum cætera profluuia ſanguinis tum meſtrua ueniunt: nam ea quoq̄ ſanguinis profluuium ſunt: ſed illa morbo citant̄ hoc naturale eſt. Itaq̄ generationē exoratiōe optima fieri apertū eſt. Sunt enim meſtrua ſemen non pan̄: ſed indigēs confectionis: quomodo in fructuū generatione adhuc imperfecta ineſt quidē alimentū. Sed confectionem ad puritatē deſiderat: quāobrem ut meſtrua genituræ admixta generāt: ſic alimentū in fructibus gignēdis mixtum alimēto ſincero alit: inditio etiā eſt ſemē nō emitti a fœmina: q̄ cum per coitum ſeminis uoluptas cōtrectatione loci eiuſdem atq̄ maribus ueniat: tamen humor ille non hac emittitur. Itē non omnibus fœminis id excerni tur: ſed ſanguineis tantum iiſq̄ non omnibus: ſed quibus uterus non ad ſeptum tranſuerſum eſt: nec partus ex ouo. Ad hæc iis quæ non ſanguinē: ſed proportiōale ſanguinis habent non emittitur ille humor: ut enim in aliis ſanguis ſic in his alia ineſt miſcela: cauſa aūt ne aut his aut ſupradictis ſanguineis fit purgatio: ſiccitas corporis ē quæ parum excrementi relinquit quantumq̄ ſatis duntaxat ad generationem ſit non ut ēt aliquid foras mittatur. At uero quæ uiuipara ſunt ſine ouī partione: ut homo: & quadrupedū quæ ſuffragines intus flectunt hęc enim omnia animal procreant ſine ouo iis omnibus ea purgatio ſit niſi quid leſum per generationē ſit: ut mula: tamen nullis tam purgationes redundant quam homini: ſed quēadmodū cuiq̄ animali hæc eueniant in libris de hiſtoriis animalium ſcriptum eſt: plurima ex omnibus animalibus purgatiō mulieribus fit: maribus etiam plurimum emittitur ſeminis magnitudinis ratione: cuius rei cauſa eſt conſtitutio corporis quæ humida & calida eſt: plurimum enim excrementi fieri in eiuſmodi corpore neceſſe eſt: carent etiam partibus iis in quas uertitur excrementum: in cæteris animalibus: non enim piloꝝ copiam gerunt per corpus: nō oſſium: aut cornuū aut dentium excretiones: indicium ſemen eſſe in meſtruis q̄ ſimul (ut ante dixi) maribus ſemen fieri incipit & fœminis meſtrua innoteſcunt. eadem ætate tanquam ſimul ea loca diſtendantur quæ utrunq̄ recipiant excrementum. Cunque tempus diſtendendi inſtat loca intumeſcunt a ſpiritu: quod mariū teſtes apertius oſtendunt: quanquam & mammæ: ſed fœminarum mammæ potius indicant: cum enim bino digito extolluntur: tunc plurimis incipiunt meſtrua igitur in quibus uita præditis

ſexus maris ac fœminæ diſtinctus non eſt: in iis ſemen ueluti conceptus iam eſt: conceptum appello primam ex mare ac fœminam mixturam: quamobrem ex uno ſemine unum gignitur corpus. Verbi gratia: ex uno tritici grano unus fundus: ut ex uno ouo unum animal. geminum enim ouum: duo eſt ouum. At in quibus generibus mas & fœmina diſtinguitur: in iis plura animalia ex eodem ſemine gigni poſſunt: quaſi natura differat: ſemen in plantarum & animalium genere indicium eſt: q̄ uno initu plura gignuntur in iis quæ plura quam unū poſſunt generare: quo argumento conſtat etiam non omni ex parte corporis genituram prouenire: neq̄ enim deſtincta ſtatim inde ex eadem parte ſecernerentur: neq̄ poſtquam ſimul ad uterum deueniſſent ibi diſtinguerentur: ſed euenit porro quod ex recta ratione eſt: ut cum mas formam & principiū motus præbeat fœmina corpus atq̄ materiam (quēadmodum in lactis concretiōe corpus lacipſum eſt: ſiccus aut coagulum principium ſpiſſandi cogendiq̄ optinet) ſic quod a mare in fœmina diſtinguitur intelligi debeat: cur in plura pauciora ue partiatur aut ſingulare inſtituat alia ratio eſt: ſed quia non differat forma quod diuidit: ſi modo ſe habeat modice ad materiam: ut neq̄ minus ſit, ut concoquere denſare q̄ neque at: neq̄ amplius ut exiccare poſſit: fit ob eam rem: ut plura generentur. Cæterum ex eo quod primum conſtituit. ex uno iam unum tantum procreatur ſed genitura fœmina nō conferri ad generandū: tamen aliquid cōferri idq̄ eſſe meſtruor̄ conſtitutionem aut proportionale in genere exangui tum ex ſupradictis: tum ēt ratione uniuerſali q̄ indagatione conſtat: eſſe enim quod generet: & ex quo generet: neceſſe eſt idque quamuis unum forma quidem differre & rationis diuerſitate oportet. At uero in iis quæ diſtinctas eas potentias ſ optinent corpus etiam & naturam diuerſam eſſe agentis & patientis. Quod ſi mas eſt ut mouens & agens fœmina: qua fœmina ut patiens. Sequitur ut ad maris genituram fœmina non genituram ſed materiam conferat: quod & fieri ita uidetur: natura enim meſtruorum pro prima materia eſt. Atq̄ de his ita docuiſſe ſatis ſit. Apertum una cum iis ē de quo diſſerendum deinceps ſit: quemadmodum ſcilicet ad generationem mas cōferat: & quonam pacto ſemē maris cauſa eius quod gignitur ſit utrum ut inſitum & protinus inde pars corporis gignendi mixtum cum materia fœminæ: an ſemen nihil commune cum corpore habeat ſed motus: uiſq̄ in eo contenta ſit quæ communicet: hæc eſt enim quæ agat. quod autem conſiſtat & formam recipiat reliquū excrementi fœminæ eſt: atq̄ ut ratione ſic effectis quoq̄ probari uidetur. nam cum in uniuerſum animo complectimur: non ita affici unum ex patiente agenteq̄ uidetur: ut quod agit in eo quod efficitur inſit nec omnino ex eo quod mouet & quod mouetur quicquam conſtitui. At fœmina quidem qua fœmina patiēs eſt: mas quā mas agens & unde mouendi principiū eſt. itaq̄ ſi extrema utriuſq̄ ſumātur qua alterum agēs & mouens: alterum patiens & quod moueatur ſit: nō ex iis unū quod gignitur eſt: ſed ita ut ex fabro & ligno lectus: aut ex cera & forma globus ē: patet igitur nihil ſecerni a maris ſemine eē neceſſe: neq̄ ſi qd accidit: idcirco ex eo ut inſito eē quod gignitur ſed ut ex eo quod mouerit & forma. utq̄ a medicina q̄ ſanatus eſt facta etiam rationi conſentiunt hinc enim mares nōnulli p coitū nec mēbrū qdē ullū in fœminā indere uiſuntur. Sed cōtra fœmina in marē ut quibuſdā inſectis fit quod enim in iis quæ indūt efficitur ſemine in fœmina: idē in mare ipſo uapor uiruſq̄ efficit fœmina admouente ſuam particulam quæ ſeminis capax eſt. Vnde ſit ut genus id animalium diu coeat abſolutumque breui generet. couiuncta igitur

manent quouſq; cõſtituãt perinde ut genitura cõſtituit: ſed abiũcta cito ædunt cõceptum: quoniam & imperfectum quod pariũt eſt: quippe quæ uermiculum omnia id genut progenerent: maximo ſane iudicio eſt: quod auibus & piſcibus ouipariſ euenit ſemen: nec omni ex parte corporis uenire neq; tale quid emitti a mare: qđ inſit in eo quod genitum eſt: ſed uirtute tantũ cõtenta in genitura uiuificari: ut modo diximus de inſectis: quoꝝ fœmina tranſigit in marem. Nam ſiue accidit ut auis hypenemia ideſt ſubuentanea oua ferat: ſi poſtea coit nondũ mutato ouo ex luteo in albũ: fœcunda ex ſubuentitiis redduntur ſiue concepta ex coitu. ſi adhuc luteis cum alio mare cõiecit. Simile eius quo cũ poſtea coiuit prouenit omne genus pullorum: quapropter nõnulli ex iis qui ut gallinæ generoſæ procreentur: operam dant. ita mutatis admiſſariis faciunt: tanquã non miſceatur: conſtitutionemq; ſubeat ſemen. neq; omni ex parte uenerit. ex ambobꝰ enim ueniſſet: itaq; bis partes eaſdem haberet: ſed ſua facultate ſemen maris materiam contentã in fœmina: & cibum qualitate quadam afficiat. Id enim efficere poteſt ubi ſecundũ præuenerit. tepefaciẽdo & cõcoquendo. cibus enim ab ouo abſumitur: quãdiu creſcit. hoc idem in generatione quoque ouiparoꝝ piſcium euenit. Vbi enim fœmina oua ædiderit mas ſemen aſpergit: & quæcunq; attigit: fœcunda efficiuntur: quæ nõ attigit remanẽt infœcunda: quaſi non ad quantitatẽ mas cõferat ſed ad qualitatem. patet igitur ex iis: nec omni ex parte ſemen ſecedere. neq; fœminam ita ut marem conferre ad generationẽ: ſed marem principiũ motus fœminam materiam præſtare. hac enim cauſa nec per ſeipſa fœmina generat. principiũ enim & id quod moueat diſcernatq; deſiderat. Sed nõnullis ut auibus aliquatenus natura gignere poteſt. Aues enim cõſtituũt quidem oua: ſed imperfecta quæ ſubuentanea uocantur & ortus eius qđ geratur in fœmina agitur: nec in marem ſemen emittit: aut mas: aut fœmina: ſed ambo in fœminam cõferunt quod ſuum utriq; ſit quoniam in fœmina materia eſt: ex qua conſtat quod creatur: ac protinus partim haberi paratam materiã neceſſe eſt. ex qua primus cõceptus cõſiſtat. partim ſubinde accedere qua nutriatur: & creſcat. itaq; partũ in fœmina cõtineri neceſſe eſt nam faber adeſt ligno & figulus limo. deniq; omnis actio & motio ultima iuxta materiam eſt: ut ædificatio in iis quæ ædificantur. hinc etiam quẽadmodũ mas cõferat ad generationẽ acceperis: nec enim mas omne ſemẽ emittit: & quibus emittitur maribus nulla pars ſœtus hoc eſt: ſicut nec a fabro quicquam ſecedit ad ligneam materiam: neq; pars ulla artis fabrilis in eo qđ efficitur eſt: ſed forma & ſpecies abillo per motum in materia exiſtit: atq; anima in qua forma & ſcientia eſt: mouet manus aut aliud membrũ motu certæ qualitatis uel diuerſo: a quibus efficitur diuerſum: uel eodem a quibus idem. manus autem inſtrumentaq; materiam mouent. Ita natura etiam maris ſemen emittentis utitur eo ſemine quaſi inſtrumento: & actu habente motũ ut in operibus artiũ inſtrumẽta mouentur: in illis enim quodãmodo motio artis eſt. Quæ igitur ſemen emittũt hoc modo ad generationem cõferunt. Quæ aũt non emittunt: ſed foemina particulam ſui quandam inſerit in marem: hæc ſimile facere uidẽtur quaſi quis materiam ad opificem afferat. nam ob imbecillitatẽ eorum marium nihil per aliud natura efficere poteſt: ſed uix aſſidentẽ ipſa motus ualent & ſimilis fingenti non fabricanti eſt. quippe quę non per aliud attingens ſed ipſa ſuis membris rem condat inſtituendam. Sexus igitur maris ac foeminæ diſtinctus in genere omnium animaliũ greſſilium eſt: & quanquã diuerſa ſunt animalia mas & foemina: tamẽ ſpecie idem ſunt. Verbi gratia homo utrunq;. At in plantis facultates iſtæ miſcentur: nec mas a foemina ſeparatur: quamobrem ex ſe ipſe progenerãt nec genituram emittũt ſed cõceptũ quod ſemen uocatur afferunt. idq; Empedocles bene retulit ſuo carmine. deinde etiam ouiparo genus arboreorum tulit ortu. ouum enim cõceptus eſt & animal ex parte cõſiſtit quod oriť. reliquũ alimentum eſt animalis ſeminis & aliqua ex parte conſiſtit qđ oritur. Reliquũ alimentum germini radiciq; prime eſt: hoc idem quodãmodo in iis quoq; euenit animalibus: quæ ſexu diſtinguũtur: cum enim uniũtur & generãt inſeparata reddũtur ut plantæ: idq; natura eorum nititur ut unum fiat: quod cum coeunt & iungũtur conſpicitur unũ effici animal ex ambobus: atq; ea q̃ ſemen nõ emittũt diu cõplexa fungũtur uenere: dũ conceptum conſtituant: ut inſecta quæ ſolent coire: alia tãdiu exigunt: donec partem aduentitiam quandam mittant quæ conceptum conſtituat ſpatio temporis longiore quã in ſanguineo genere agatur. hæc enim parte quadã diei cohærent genitura intra plures dies conſtituit. mox ubi eam emiſerunt partẽ abſoluuntur. profecto animalia tanquam plãtæ diuiſe eſſe uidentur: perinde quaſi illas quoque poſtquã ſemen acculere diſſoluas & ſepares in ſexũ inſitũ maris ac fœminæ. Atq; hæc omnia recte ita a natura cõdita ſunt. plantarum enim ſubſtantiæ non aliud munus nulla actio niſi generatio ſeminis eſt. Quod cũ maris ac fœminæ coitu efficiatur: miſcuit ea natura indiſcretumq; ſexum maris & fœminæ plãtarum generi tribuit. Sed de his alibi diſputatum a nobis eſt. At animalis munus nõ ſolum generare: quod commune omnium uiuentiũ eſt ſed etiam cognitionis alicuius particeps unumquodq; eſt aliud maioris aliud minoris aliud minime: ſenſum & enim habent. ſenſus aũt cognitio quædam eſt: cuius ſiue nobilis ſiue ignobilis nota plurimum referet: ad hominis ne prudentiam an ad genus in animũ conſideretur. nam ad prudẽtiam nihil eſſe uidebitur. tactũ guſtumq; tãtum adipiſci. At ad ſenſus uacuitatem ſummũ id eſſe putabitur. Carum enim cenſuetis cõpotem eius eſſe cognitionis nec emortuum expertẽq; eſſentiæ omnis iacere. ſenſu aũt animalia differũt ab iis quæ tãtum uiuũt: ſed cum uiuat etiam quod animal eſt neceſſe ſit cum fungi uiuẽtis munere opus eſt tũc coeũt: & miſcẽtur & quaſi plantæ efficiũtur ut dictum eſt. Cæterum genus animaliũ teſta intectum quoniã inter aialia & plantas ambiguũ eſt ut in ambobus cõſtitutum generibus munere neutri us fungitur: nam ut plãta ſexu maris & fœminæ caret nec in altero generat: ut autem animal nullum ex ſe fructum affert modo plantæ: ſed cõſiſtunt & generãtur ex terrea & humida quadã cõcretione. ſed de eoꝝ generatione poſtea diſſeremus.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER SECVNDVS INTERPRETE THEODORO.

Quid ſit cauſa ut principium generationis: cuiuſq; mouens primum & procreans. Caput primum.

m

Arem ac fœminam eſſe principia generationis & quæ nam eoꝝ eſſentiæ uis atq; ratio eſſet: dictũ iam eſt. Sed quãobrem gignatur & ſit alterum mas: alterũ fœmina ut neceſſario: & quoniã primo mouente & quali materia id efficiatur procedẽdo explicare conabimur. At uero quod ad melioris rationẽ & cauſam cuius gratia pertinet: cæli tus principiũ ducitur. Cum enim reꝝ aliæ ſint ſempiternæ ſummæq; diuinæ: aliæ quæ poſſint & eſſe & non eſſe. Pulchrũ aũt diuinumq; illud cauſa ſemper ſua natura melioris conditionis in rebus contingentibus ſit: quod uero ſempiternũ nõ eſt: id & eſſe & particeps tum deterioris conditionis; tum melioris eſſe poſſit. cunq; ani

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma sit corpore melior animatūq; inanimato præstet propter animā: & esse quām non esse: & uiuere quam nō uiuere melius sit. & efficitur his de causis ut generatio sit aialiū Cū enim natura eius generis sempiterna eē non possit: quomō fieri pōt: eo sempiternū quod gignitur est: numero igitur non pōt. substātia enim rerū in singularibus est: quæ si talia eēnt sempiterna eēnt. specie uero pōt: itaq; genus hoium sp & bestiarū & plātarum est. Sed cū principiū sit eorū mas atq; fœmina sit ut generationis gratia sit mas & fœmina in rerū natura. Cunq; sua natura melior magisq; diuina causa sit ea quæ prima mouet cui ratio inest: & forma quā materia. Cunq; melius etiā sit separari a deteriori quod melius est. Ideo in quibuscūq; fieri potest: & quoad eius fieri potest: mas a fœmina separatur. melius enim magisq; diuinū est principiū motus quod per generationē mas optinet. fœmina enī materia est: sed coit & iungitur ad generatiōis officiū mas cū fœmina: id enim cōmune ambobus est. Qua igitur ratione sexu maris ac fœminæ participant uiuūt. quāobrē plātæ quoq; uitæ participes sunt. qua aūt sensus adest genus animaliū est. Quorū incessilibus fere oibus mas a fœmina separatur ob eas quas modo reddidimus causas eorūq; alia ut dictū est semen emittūt: alia non emittūt cū coeūt cuius rei causa est q; quæ nobiliora sunt eadē sua natura magnitudinē sibi postulāt: qđ nō nisi calore aīali fieri potest: Quod enim maius est id a facultate ampliore moueri necesse est: mouere aūt calor pōt quāobrē in uniuersum prope dixerim: maiora quæ sanguinē habent: quā ea quæ non habent & incedentia quā stabilia maiora: quæ semen genitale propter calorē ac magnitudinē emittunt. de mare & fœmina quā ob causam sint dictū iā est. Animaliū uero alia perficiunt partū forasq; mittunt sibi simile: ut ea quæ animal ædunt in lucē: alia nondū explanatū suamq; formā adeptū pariunt. Quorū sanguinea ouū pariunt exanguia uermen. Inter ouū & uermen hoc interest: ouū est cuius ex parte animal gignitur: reliquū cibus ei quod gignitur est. Vermis ex quo toto animal gignitur. eorum aūt quæ perfectū sibi simile ædunt in lucem: atq; uiuipara sunt: alia statim intra se animal gignunt ut homo equus: bos: & ex marinis delphinus: & reliqua generis eiusdem: alia ubi primū intra se ouū genuerint: mox animal ædūt ut aues: ut quæ cartilaginea appellantur. Ouiparorum alia ouū ædunt perfectū ut aues & quæ quadrupedes ouū pariunt: ut lacertæ & testudines: aut quæ pedibus carent: ut serpentum pars plurima. oua enim eorū postquā prodierunt nullum insuper capiunt incrementū: alia imperfectū ædunt ut pisces & crustata & molia nomine: nāq; eorum oua ædita augentur. Omnia quæ aut animal pariunt aut ouū sanguinē habēt: & quę sanguinem habent: aut animal pariunt aut ouū: nisi omnino improla sint. Exanguiū insecta uermiculum pariunt: quæ aut ex coitu generantur: aut ipsa coeunt. Sunt enī nōnulla insecta quæ spōte naturæ gignātur: sed sexum maris ac fœminæ habeāt cōiū ectaq; procreēt aliquid quod tamē genera ut imperfectū est causam antea reddidi. Magna permutatio generibus euenit nec enim bipedes omnes uel animal pariūt uel ouū aues enim ouum: homo animal parit. neq; quadrupedes oēs aut ouum pariūt aut animal: equus enim & bos & alia plurima animal pariunt: lacertæ crocodili & aliæ cōplures ouū. nec uerū in habendis pedibus: necne ratio partus cōtinctur. nam expedū alię animal pariūt: ut uiperæ: & cartilaginea. aliæ ouum ut piscium genus: ac cæteræ serpentes pedes habentiū multæ: & ouum & animal pariunt: ut quadrupedes quas modo enumerauimus necnon intra se pariunt tum pedata ut homo: tum expeda ut balenæ delphini. igitur diuidi non potest: nec discriminis eius causam habet instrumētum

ullum incessui delegatum. Sed enim ea pariunt animal quæ natura perfectiore sunt: & principium sincerius optinent. nullum enim intra se gignit animal nisi qnod aerem recipit & spirat. perfectiora autem sunt quæ natura calidiora & humidiora nec terrena constant. Caloris uero naturalis ratione pulmone describitur sanguinis compote. Quæ enim pulmonem habent omnino calidiora sunt iis quæ non habent: & interea superant quæ non fungosum aut retorridum: & parum sanguinis continentem habent pulmonē: sed sanguinulentum & mollem: utq; animal res perfecta. uermis autem & ouum imperfecta est sic perfectū nasci solet a perfectiore. Quæ autem calidiora quidē sunt propter pulmonem sed natura cōstant sicciore: aut quæ frigidiora quidem sed humidiora sunt: eorū altera ouū ædunt perfectum: altera intra se & ouum & animal pariunt. Nam & aues & cortice intecta calore suo perficiunt: sed præ siccitate ouum pariunt: cartilaginea cum minus iis calida magis humida sint utroq; participant. quippe quæ & ouum & animal intra se pariunt. ouum: quia frigida sunt. animal: quia humida humor enim uiuificus est: siccitatis longe a uita remota est. sed cum non penna nō cortice non squamma tegantur: quæ indicia sunt naturæ siccæ atq; terrenæ: idcirco molle generant ouum: ut enim ipsis sic eorū ouis nulla satis insidet siccitas. atq; ob eam rem intra se pariunt oua. nam si ouum foras prodiret facile periret: carens putamine quod protegat duriore: frigida siccioraq; pariunt quidem ouum: sed imperfectum. Crusta etiā duriuscula opertum propter naturā terrenam sui generis: utq; iperfectum exiens possit seruari tutela operimenti testacei. pisces itaq; cū squamati sint & genus crustatū: ut terrena cōstitutum natura oua putamine duriore generant. Sed molliū genus ut pisciū natura corporis lenta est: sic oua quæ imperfecta ædere solet ruetur & seruat. plurimum enim lentoris sua cum fœtura emittunt. Insecta omnia uermiculū pariunt: eadēque omnia sanguine carent: unde fit ut quæ extra uermiculum pariūt sanguine uacēt: quanquā exanguia nō oua uermen pariāt: cōmutāt enim inter se uices insecta: & quæ ouum pariūt imperfectū ut pisces squamati: & crustata & molia: horū enim omnia uermen imitātur. quippe quæ foris incrementū recipiant illorum uermiculi tempore procedente in speciem oui transeunt: quod quēadmodum fiat postea explicabimus. Nūc prius intelligēdum quam bene miroq; deinceps ordine natura reddit generationē. perfectiora enim callidioraq; animalia prolem reddūt perfectam qualitate. nam quantitate nullum omnino animal perfecte progenerat. omnia enim posteaquā nata sunt incrementū recipiunt: & generant quoq; ea ipsa animalia intra se statim. cætera ab iis proxima loco secūdo constituta: nō statim perfecta intra se generāt. cū enim prius intra se ouum peperierint mox animal ædunt in lucem. Alia non perfectum animal generant: sed ouum idq; perfectum. quæ autem iis frigidiora constant natura generant quidem ouum sed non perfectum: uerum quod foris perficiatur: ut genus piscium squammata & crustata & mollia. Quintum genus quod frigidissimum est ne ouum quidem ex se parere potest: sed hæc affectio foris euenit ei ut dictum est. Insecta enim primo uermiculū pariunt: qui addito tēpore speciem accipit oui. Aurelia enim appellata: oui optinet facultatē: tum ex eo animal nascitur tertia mutatione finē recipiēs generationis. Sunt igitur quæ nō semine genitali procreētur ut antea dictū est. Sanguinea tū oia semine procreātur: uidelicet ea q̄ per coitū oriunt emissa a mare in fœminā genitura: qua ingesta aialia cōstituunt suāq; formā recipiūt aut intra ipsa aialia: quæ solēt aīal generare: aut in ouo aut in semine & eiusmodi alia secretione de quib⁹ questio lōge dubia orit

quonam pacto ex semine generetur aut planta aut animal: qd' enim gignitur & ex ali quo & ab aliquo & aliquid gigni necesse est: ex quo gignitur materia est quā nonulla secū habēt primā acceptam ex fœmina, uerbi gratia ea quæ nō forma aialis nascūtur: sed uermiculi aut ouí quædā diu ex fœmina capiūt' qm̄ lactent: ut ea quæ nō modo foras: uerū etiā intus forma animalis gignātur. Talis íd ex quo oriūtur materia ē sed hoc loco nō ex quo oriātur quærimus. Sed a quo partes corporis generētur: aut enim extrinsecus aliquid aut in genitura & semine insitū agit: idq; aut pars aliqua aiæ, aut aia: aut habens aīam est: sed ab aliquo extrinsecus agēte effici quæq; aut uiscera: aut alia mēbra remotū a ratione uidet'. fieri enim nō pōt ut moueat qd' nō tangit & quicq̄ ab eo quod nō moueat afficiat': igitur in ipso cōceptu aliquid iā ineſt quod aut pars eius sit aut seorsum cōtineat'. Sed aliud quicquā esse abiunctū irrationabile est. etenim generato iā animali corrūpatur ne illud an maneat. At nihil ineſſe uidet': quod nō tot9 pars sit: aut plātæ aut aialis: Quinetiā corrūpi postq̄ uel omnes uel aliquot partes efficit absurdū est. Quid enim efficiat reliquas, nam si illud posteaquā effecerat cor interiit. Cor aūt ipsum partē aliā efficit eiusdē rationis est: ut uel oia seruētur: ergo seruari necesse est, pars igitur eius est id qd' protinus in semine ineſt. sed si nihil animæ est: qd nō aliqua in parte sit corporis: ut aiata quoq; pars aliqua protinus sit consequit'. Sed cætera quonā pacto efficiant'. Aut enim simul oēs partes generant'. Verbi gratia cor pulmo: iecur: oculus: & reliqua oia: aut ordine deinceps: utin iis carminibus quæ ad Orpheum auctorē referūtur. Similiter enim ut retis implexum cōstitui anlmal ibi scribitur. Sed enim non simul omnia effici uel sensu percipi potest. Cum partes aliæ iam ineſſe: aliæ nōdum adesse cernantur: nec dici potest eas præ sua exiguitate latere. pulmo enim qui amplioris quā cor magnitudinis est: posterior corde in primo ortu cōspicitur. Sed cum aliud prius: aliud posterius fiat. utrum alterum efficiat alterum: & sit propter proximum: an potius hoc post hoc fiat' Verbi causa: nō cor iam ortum efficit iecur: idq; aliud quippiā: sed hoc post hoc ut postquā puer factus est uir efficitur. Cuius rei ratio illa est: q̄ ab eo quod actu est: id quod potētia est efficiatur: tum in naturæ tum in artis operibus, itaq; speciem & formam esse in illo oportebit. Verbi gratia in cor de formam iecinoris quāquā alias quoq; illa opinio absurda & cōmentitia est. Quineti am ut in semine ꝓtinus pars aliqua animalis aut plāte facta contineatur. Siue quæ cæteras efficere possit siue quæ nō possit. Impossibile est quando ex semine & genitura omnia generātur. ab eo enim qui semen fecerit: creatum id proculdubio est siquidem protinus ineſt. At uero semen prius fiat oportet. Idq; officiū generātis est: nulla igitur pars cōdita ineſſe pōt: ergo qd' agit nullā in se habet partē. At ne extra qdē alterutrū autē sit necesse est. Hæc igitur soluere conandū est. fortasse enim aliqd ex iis quæ diximus nō simplex é ut ab extero nihil effici posse. nā & est ut possit: & é ut nō possit: sed semē an id a quo semē dicam9 nihilo refert scilicet qua motū quē illud mouebat. semē in seipsum cōtinet. fieri aūt pōt: ut hoc ab hoc moueat': & ob hoc ab hoc sitq; perinde quasi admirabilia illa spōtina: partes. n. hēnt uim mō quodā etiā cū quiescūt. quare prima ubi extrinsecus aliqd mouerit: statim ꝓxima actu efficit', ut igit' in spontinis illis quodāmō illud mouet qd nihil nūc tāgit sed ante tetigit: sic id a quo semē aut qd' semē efficit mouet cū aliqd tetigerit: quanq̄ nō adhuc tāgit: & motus qui ineſt quodā efficit mō ut ædificatio ædes. igitur aliqd esse qd' efficiat sed nō ita ut hoc quicq̄ nec perfectū ieſſe primū agens apertū iā est: quēadmodū aūt unūquodq; fiat accipiēdū hinc é hoc

initio. Omnia quæcūq; aut natura: aut arte efficiūtur ab eo quod actu est fiūt ex eo: quod potētia tale est. Semen igitur tale est motūq; habet & principiū tale. ut motu per acto pars existat quæq; eadē sit aiata. nō est enim facies nisi aiam habeat' neq; caro: sed corrupta equiuoce dicetur facies aut caro peride quasi lapidea aut lignea facta sit. simul aūt partes similares & instrumētales siue officiales efficiūtur. & quēadmodū nō securim in nō aliud instrumentū dixerimus factū esse ab igne solo: sic nō pedē nō manū eo demq; modo ne carnē quidē. nam eius quoq; aliquod officiū est. dura igitur: mollia: lenta: rigida: & quicūq; alii affectus partibus insunt aiatis a calliditate frigiditateue efficí possunt. At ratio qua iā caro aut os est nō potest: sed a motu ꝓficiscente efficitur ab eo qd genuit quodq; actu est id quod potētia est id ex quo gignitur quomodo in iis quoq; agitur: quæ arte efficiūtur: ferrū enim durū aut molle efficitur calore uel frigore. At uero ensis a motu instrumentoꝝ quí artis optinet rationē. Ars enim principium: formaq; eius qd' efficitur ē: sed in alio. Motus aūt naturæ in ipso est ab altera ꝓfectus natura quæ actu optinet formā. Sed habeat ne semen aiam necne ratio eadē atq; de partibus reddēda est. nec enim anima ulla esse potest in alio nisi i eo cuius est: neq; pars ulla esse pōt: qd particeps animæ nō est: nisi æquiuoce ut mortui oculus. semen igitur & habere aiam & esse potētia palam est. Propius aūt & remotius idē a seipso potentia esse pōt: ut geometra dormiens remotius quā uigilans est: isq; remotius quā qui iam contēplatur. Sed enim huius nulla pars causa est generationis: sed quod primum extrinsecus nouit id causa est. nihil enim seipsum generat sed postq̄ generatū est seipsum iam auget. quāobrē nō simul omnes partes generātur. sed una primū eamq; primū oriri necesse est: quæ principiū augēdi cōtineat siue enim planta siue animal est æque oibus ineſt: quod uim habeat uegetādi siue nutriendi. id aūt est quod tale alteraꝝ generet quale ipsum est. hoc enim cuiusq; perfecti: tum animalis: tū stirpis secūdum naturā officiū est. necessitatis aūt ratio est ꝙ cū aliquid ortū est: augeri idē necesse est. Generat igitur quod est uniuocū: ut homo hoiem: sed per seipsum augetur ergo ipsū cū aliquid sit auget: quod si unū quid idq; primū sit id primū generari necesse est. itaq; si cor primū in nonullis oritur aialibus: aut cordis proportionale in iis quæ corde carēt ex corde principiū illud est: in iis quæ cor habent: cæteris ex proportionali. expolui iā ad ea quæ ante quærebantur. Quid causa sit ut principium generationis cuiusq; mouens primum & procreans.

De seminis natura: & qd sit semen & quā ob causam nō cōgelascit. Caput secundū.

d E seminis natura dubitauerit qspiā: semē. n. ꝓdit de aiali crassum & albū mox refrigeratū humidū: ad quæ speciē redditur: colorē etiā accipit aquæ· Absurdum igitur id putaueris: aqua. n. nō crassescit calore. Id aūt intrinsecus e loco calido ꝓficiscit': crassum refrigeratūq; humescit. At quí oia aquosa cōcrescūt frigore: semē uero positū i gelu sub diuo nō cōcrescit sed humescit q̄si a cōtrario crassū cōstiterit. Sed neq; a calore crassari rō ꝓbabilis ē: q̄. n. plus terrę cōtinēt ea cōsistūt crassant' que p coctionē ut lac. igitur refrigeratū solidescere debuit: at nihilo solidius sit: sed totum modo aquæ liqueſcit. hoc igitur dubiū est: nam si aqua est cū aqua nō uideat' posse a calore crassari: hoc tamē ex eorpore calido crassum & calidū exit. Sed si ex terra cōstat aut si mixtū terræ & aquæ est: nō totū resolui in humorē & aquā debuit. An nō oia quæ accidūt diximus: nō solū enim quod ex aqua & terra humidū cōstat crassatur sed etiā quod ex aqua & spiritu ut spuma crassior albaq; existit; & quo ampulæ pau

ciores incertioresq; sunt: eo & albior & rigidior fastus cõspicitur: quod idẽ in oleo quo que fit: crasescit enim mixtũ cum spiritu. Quamobrẽ crassius redditur quod albescit, cum humor in eo contentus discernatur a calore efficiaturq; spiritus. Galena etiã aquę mixta aut oleo amplũ ex paruo erigit fastũ: q; spissum ex liquido: & albũ ex nigro, cau sa est q; spiritus imiscetur: qui fastũ efficit: & albedinẽ dilucide aperit: ut in spuma & ni ue. nã & nix spuma est: aqua etiã ipsa permixta cũ oleo crassa albaq; redditur: per con cussum enim attritũq; includitur spiritus: & ipsum oleũ quoq; multum spiritus conti net. pingue enim nec terrę est neque aquæ: sed spiritus ex quo sit ut per summa aquæ fluitet: aer enim cõtentus in eo ueluti in uase effert: per summaq; sustinet: & causam le uitatis præbet. quinetiã frigore & gelu crasescit: oleũ non congelascit: calor enim fa cit ne gelu cogatur. aer nãq; calidus & incõgelabilis est: sed quoniã a frigore is quoq; consistit & densatur: hinc oleũ crassius redditur. his de causis semen quoq; exit quidẽ i trinsecus spissum & albũ calore interiore multũ spiritus calidi continens: sed egressum ubi calor euanuit & aer refrigeratur: humidũ nigrũq; euadit. remanet enim aqua: & si quid parum terrenæ portionis continetur: ut in pituita: sic in semine cum siccescit. Se men igitur cõmune est spiritus & aquæ spiritus aũt aer calidus est: quãobrẽ natura hu midũ est: quoniã ex aqua constat. Cresias Gnidius plane, mentitur ea quæ de semine elephanti scribit: ait enim usq; adeo durari siccescens ut electro ideſt succino simile effi ciatur: quod nunq; fit. magis enim alterę altero semen esse terrenæ necesse est: & præci pue tale eorę est: quorum in corpore multũ materiæ terrenæ habetur. Crassum aũt al bumq; est spiritus mixtione. Semen enim oium album est. Herodotus uera non scri bit: cum nigram esse æthiopũ geniturã dicat: quasi necesse sit omnia nigra esse eorum quibus nigra ẽ cutis. At qui dẽtes eorę albos eẽ cernere potuit, causa ut albũ sit semen: q; genitura spuma est. spuma aũt alba est & maxime quæ ex paucissimis partibus cõ stent: & tam paruis ut cerni ampullæ nequeant: quod in oleo quoq; & aqua euenit: cũ miscentur & concutiuntur ut ante diximus. Nec uero homines antiquos latuisse uide tur naturam seminis esse spumosam. deã enim quæ rei uenereæ preest: ab ea ipsa facul tate nominarunt. Causa propositæ quæstionis explicata iam est. Congelascere au tem semen non posse ob eam rem apertum iam est; aer enim incongelabilis est.

Vtrum i iis animãtibus quæ semen in fœminam mittũt insit aliqua cõstituendi cõ ceptus pars. Caput tertium.

Equitur ut & dubitemus & dicamus: si in iis quæ semen emittunt in fœminã nulla pars constituendi conceptus sit quod subierit: quonam uertatur corpu lentia eius: quando ipsum facultate quam in se continet agit. diffiniendum igitur prius est utrum quod in fœmina constituitur accipiat aliquid ab eo quod subie rit: an nihil accipiat. Atque etiam de anima qua animal dicitur (. Est autem ani mal parte animæ sensuali) utrum in semine & conceptu ineſt: an non & unde. con ceptum enim inanimatum esse nemo staatuerit uita omnibus modis priuatum quip pe cum nihilominus semina & cõceptus animaliũ uiuãt quã stirpes & aliquãdiu pli sica sunt. ergo aiam in iis haberi uegetalẽ palã est. sed quãobrẽ eam primũ haberi ne cesse sit ex iis quæ alibi de aia disseruimus apertũ est. Sensualẽ etiã qua aial est tẽpore procedẽte recipi & rationalẽ qua homo certũ est, nõ enim simul & animal sit & homo: nec aial & equus eademq; in cæteris aialibus ratio est, finis enim postea contingit, pro

prium aũt est finis cuiusq; generationis: quãobrem de mente etiam quonam tempore & quomodo: & unde eam recipiant: quæ principium id participant: plurimũ dubita tur. Sed enitendum pro uiribus & quo ad fieri potest accepisse operæpreciũ est. Ani mam igitur uegetalem in seminibus & conceptibus scilicet nondũ separatis haberi po tentia statuendum est: non actu priusq; eo modo quo conceptus qui iã separãtur: cibũ trahant: & officio eius animæ fungant: principio enim hæc omnia uitam stirpis uiue re uidentur: de anima quoq; sensuali pari modo dicendum est: atq; etiã de intellectuali: omnes enim potẽtia prius haberi quã actu necesse est: sed aut omnes contingere cum ante non fuerint necesse ẽ: aut omnes cum ante fuerint aut partim cũ ante non fuerint & contingere: aut a materia non subeuntes semen maris: aut eo quidem inde uenien tes: sed in mare aut omnes non extrinsecus contingere: aut nullam: aut partim extrin secus: partim non extrinsecus: cæterum omnes ante esse impossibile rationibus his eẽ ostenditur. Quorum enim principiorum actio est: corporalis hæc sine corpore ineſſe non posse certũ est. Verbi gratia ambulare sine pedibus itaq; extrinsecus ea uenire im possibile est: nec enim ipse per se accedere possunt: cum inseparabilia sint: neq; cũ cor pore semen enim excrementum alimenti mutati est. Restat igitur ut mens sola extrin secus accedat: eaq; sola diuina sit: nihil enim cũ eius actiõe cõmunicat actio corporalis. Sed enim omnis animæ: siue uirtus siue potẽtia corpus aliud participare uidetur: idq; magis diuinũ q̃ ea q̃ eleměta appellant: ueręput nobilitate ignobilitateue aiæ inter se differunt: ita & natura eius corporis differt. Ineſt enim in semine omniũ quod facit ut fœcunda sint semina uidelicet: quod calor uocatur: idq; non ignis non talis facultas ali qua est: sed spiritus: qui in semine spumoso q; corpore cotinet & natura quæ in eo spi ritu est proportione respondens elemento stellarum; quamobrem ignis nullum ani mal generat: neq; constitui quicquam densis uel humidis uel siccis uidetur: at uero so lis calor & animalium non modo qui semine continet: uerum etiam si quid excremẽti sit quãquam diuersum a natura: tamẽ id quoq; principiũ habet uitale: cæterũ calorem in animalibus cotentũ: nec ignẽ esse neq; ab igne originẽ ducere apertũ ex his est: cor pus aũt genituræ in quo semẽ animalis principii contẽtum una prouenit partim sepa rabile a corpore in quibus diuina pars comprehendit: qualis est quæ mẽs appellatur partim inseparabile: hoc inquã genituræ semẽ disoluit: uersumq; in spiritũ euanescit: cum naturã humidã aquosamq; habeat: quãobrem an semper id foras exeat quæren dum non est neq; an pars ulla sit formæ cõstitutæ: quomodo nec de succo a quo lac co gitur quæri tale quid cõuenit: nam his quoq; mutat: & nulla pars cõstitutæ magnitu dinis est. De anima quẽadmodũ conceptus & genitura habeant eam & quẽadmodũ non habeant diffinitũ iam est: potentia enim habẽt actu non habẽt. Semẽ aũt cũ excre mentum sit eodẽq; moueatur motu quo auget corpus digestione ultimi alimenti ubi utęq; subiit cõstituit & mouet excremẽtum fœminæ eodẽ motu quo ipm mouet: nã il lud quoq; excrementũ est: habetq; oẽs partes potẽtia actu nullã: habet enĩ eas partes potẽtia: qbus differt fœmina a mare: nã ut ex læsis interdũ læsa: interdũ nõ læsa gignũ tur: sic ex fœmina ptim fœmina: alias nõ fœmina: sed mas gñatur fœmina enĩ q̃si mas læsus est: & mestrua semẽ sunt: q̃q̃ nõ paręt. Vnum enĩ illud nõ habẽt originẽ & prin cipiũ aiæ quãobrẽ qbus aialibus oua subuẽtitia gignunt: partes qdẽ utrorũq; obtinet ouum institutũ. Sed principio caret: qua propter aiatum non ẽ: id enĩ a maris semine afferẽ: qd pricipiũ ubi fœminæ excremẽtũ recepit; cõceptus fit; humidis uero corpulẽ

tiis cū incalescunt obducitur: ut in pulte refrigerata crustula. Corpora aūt oia cohærent & continent lentore: quē in dies iāq; adauctis corporibus natura accipit neruī q̄ partes animaliū continet. In aliis neruo: in aliis eo quod neruo proportionet: cutis etiā formæ eiusdem est: & uena & mēbrana: & omne eiusmodi genus differūt: hæc enī inter se maioris minorisq; ratione: & omnino excessu defectuue.

Quæ nam sint generationis cause: quemadmodumq; partes quæq; cōstituatur in animalibus, Caput quartum.

a Nimalia uero quorum natura imperfectior est: conceptū cū perfectus iā est: sed nondū animal perfectū foras mittūt: qd' quas ob cās ita fiat ante diximus perfectum est autem animal cum conceptus iam aut mas aut fœmina est licet in quibus sexus hæc differentia habetur. Sunt enim quæ nec marē neq; fœminā generent: uidelicet quæ & ipsa non ex fœmina mareq; & coitu animalium procreantur: sed de eorum generatione postea dicemus. Quæ autem animal intra se generāt licet naturæ perfectæ animalia quousq; animal pariant. foraq; emittāt: gerunt itra se innexum quod gignitur, At uero quę foras animal pariūt: cū intra se prius ouū genuerint: eorum nōnullis ouum iam perfectū absoluit: ut eorum quæ foras pariūt ouum: atq; ita animal ex ouo intra fœminā nascitur aliis. Cum alimentū in ouo contentū absumptū iam est: repletur ab utero & perficitur: atq; ob eam rem ouū utero non abiūgitur: hæc cartilagineoꝝ piscium differentia est: de quibus post seorsum per se dissere mus. Nunc a primis incipiendum est: prima autem sunt quæ perfecta eiusmodi autē sunt quæ animal generant: eorumq; primum homo est: decessio igitur seminis omniū non aliter quam cæteroꝝ excrementa fieri solet: fertur enim unūquodq; suum in locum, non uim spiritu inferente non alia eiusmodi causa cogente: ut quidam a testibus trahi modo cucurbitarum medicinalium per uim spiritus opinantur: quasi fieri possit ut nisi uis inferatur: alio tendit excrementum alimenti: aut humidi aut sicci: quoniā retento spiritu ita uniuerso excernatur. At id cōmune omniū est quæ mouere uoluimus uires enim retento spiritu augentur: nam & sine ea in excrementa per somnū exeunt si meatus laxi pleniq; excremēti sunt simile ab iis dicitur ut si quis plantaꝝ semina dixerit quot annis a spiritu secerni: eo ubi fructū afferre solent. Sed enim causa eius rei ut diximus est: q; excrementis partes capaces descriptæ a natura habentur omnibus: tū in utilibus illis sicco & humido: tū sanguini quæ uenæ uocant: fœmīæ itaq; uenis duabus maiore atq; ahorta fissis superne uenaꝝ multitudo tenuiū in uteꝝ desinit: quibus alimento expletis naturaq; præ sua frigiditate facultatis concoquendi indiga transfunditur in uterum: propter uenaꝝ tenuitatem: cū præ sua angustia nequeant exuperantiam continere. Itaq; affectus hic ueluti mariscæ aut alia ꝓfusio sanguinis euenit. Cę terum mestrua nullo circuitu certo describunt: tēdunt tamē moueri decrescēte mense: itaq; ratione recta: sunt enim corpora animaliū frigidiora cū euenit ut cōtinēs acerta lis efficiatur: mensium autem coitus frigidi sunt propter lunæ defectū itaq; fit ut fines mensiū quā media sint frigidiores: igitur postquam excrementum mutatū in sanguinem est: mestrua moueri tēdunt: eo quē modo dixi circuitu at si concoctū non ē: paulatim aliquid subinde secernit: quamobrem quæ alba uocantur paruis adhuc & puellis proueniūt. Seruat corpora integra uteriq; excrementorū hic secessus cum modice fit utpote cū ab excremētis uindicent: quæ causæ corporibus sūt ut egrotēt. Sed si uel non sit uel imodice fit dānum euenit: aut enī morbi orunt aut corpus emarcescit & ex

tenuatur. q̄obrem & ea alba cū frequenter mouētur: & superāt incremētum auferunt puellaꝝ. Fit igitur necessario excrementū hoc ob eas quas diximus cās. Cum enī natura concoquere nequeat: excrementum fiat necesse est: non solū alimenti inutilis: sed etiam in uenis & per tenuissimas uenas exundando superet: sed melioris notæ finisq; gratia natura eo abutitur in hūc locū scilicet generatiōis cā ut quale erat futurū tale alterū oriatur. Iam enim tale potentia est quale est corpus cuius secretio ē: fœminis igit' omnibus excrementū fiat necesse est. Sed sanguineis amplius earūq; mulieribus plurimum: ueꝝ cæteris quoq; aliquid colligi i uuluariū locū necesse ē: causam quāobrē sanguineis amplius eorūq; homini plurimum ante exposui: sed cur i fœminis omnibus excrementū hoc ineſt: in maribus non omnibus ineſt: (quædā enim nō emittūt genitu ram) sed ut quæ emittūt motu suæ genituræ creāt quod instituit' ex materia contēta in fœmina: sic ea motu suo interno in ea parte contēto: unde semen secernit' idē faciūt & constituūt: pars ea locus septi transuersi est in omnibus id habētibus principiū enī naturæ cor proportionaleue est: cā in quā cur omnibus maribus nō sit excremētū genitale: cū omnis fœmis sit. Quod animal corpus est animatū ad quod instituendū fœmina semper materiā prębet: mas uim creādi: hāc enim eoꝝ utriq; facultatē tribuimus idq; est: quo alteꝝ mas alteꝝ fœmina sit: itaq; corpus & magnitudinē præberi a fœmina necesse est: a mari nihil tale necessario desideratur: nec enim iustrumenta in iis quæ efficiuntur inesse neq; ipsum efficiēs necesse é: corpus igitur ex fœmina est: anima ex mare substātia corporis alicuius anima est: & ideo quæ nō unigena coeūt: quod ea faciunt: quoꝝ tempus par & uteri gestatio proxima & corporis magnitudo: nō multo discrepans: hæc primos partus similes sibi ædūt cōmuni generis utriusq; specie q̄les ex uulpe & cane generātur: aut ex perdice & gallinaceo: sed tēpore procedēte diuersi ex diuersis proueniētes demum forma fœminæ instituti euadūt: quomodo semina pegrina ad postremū pro terræ natura reddunt': hæc enim materiā corpusq; seminibus prę stat: quāobrē pars fœminaꝝ ea quę semē recipit: non meatus traiectusq; quidā est: sed uterus amplior mares qui semē emittūt: meatus ad id emittendū habent exāgues excrementū quoduis simul & suo i loco est: & excrementū efficitur: nec prius ullū nisi uis magna cogit & contra naturā diuertitur: sed quā ob causam excremēta animaliū genitalia secernunt': declaratū iam est: cum autem semen de mare accessit in fœminæ uterum partē purissimā excremēti constituit. Plurimū enim in mestruis quoq; humoris inutilis continet' ut in maris genitura quod humidissimū est: tum eadē emissione: tū i diuersis: prior enim emissio minus fœcunda quā posterior est: minus enim caloris animalis continet propter cruditatē. At uero quod concoctū est: crassum & corpulentius est. Quibus autem uel mulieribus uel cæteroꝝ animalium fœminis nihil foras emittit' quoniam non multū excrementi inutilis continet': iis tātundē quod colligit' in utero ē quātum iis quæ foras emittūt: remanet quod maris facultas cōstituit: aut in semine decedente contēta: aut marē subeunte particula fœminæ: quæ ꝓportione respōdeat uuluis: ut in quibusdā insectis fieri cernit': humorem aūt qui a fœminis cū uoluptate emittitur: nihil ad conceptū cōferre: dictum est ante sed potissimū inde uideri pōt: q; ut maribus sic & fœminis accidat noctu per quietē quod pollutionē appellāt: ueꝝ hoc nullū inditiū est nā & adolescentibus idem euenit: qui & si emissuri aliquando sunt tamē nōdum emittūt: & iis qui uel emittunt uel emissuri sunt infœcundū: res ita se habet ut si ne maris emissione concipi impossibile sit: atq; etiam sine mestruorū excremēto, quod

aut redundans effluat foras aut intus satis sit. At si sine ea uoluptate quæ fœminis per coitum euenire solet concipitur. Si locus turget & uulua descēdit propius: uerum tamen magna ex parte sic accidit: ut cū profusione fœminæ agat: quoniā os uteri se cōprimat: cum profunditur: in qua quidem profusione uoluptas & mari & fœminæ cōtingere solet: semē etiam maris melius ita dirigitur & iuuatur: profusio autem non intus fit ut quidam uolunt. Os enim uteri angustum est: sed ante quo fœmina mittit uaporem: illud nōnullaꝝ recremētū: eodem enim mas etiam mittit quod fuderit: & aut ibidē manet semen emissum: aut intus ab utero trahitur si calidus est: & modice tēperatus. Cuius rei inditiū q̄ locus qui modo madebat: resiccatus mox sentiat. Aialibus etiā quoꝝ præcordiis uulua iungit ut auibus & piscibus qui animal pariūt ne semen illuc trahat: sed profusum deueniat ipsum impossibile est: Trahit genituraꝫ hic locus suo calore: mestruoꝝ ēt decessio: & cōfluuiū fomitē in ea parte caloris parat itaq̄ ut uasa non illita calido diluta humore aquā in se trahūt ore inuerso ita attrahit: nec audiendi sunt q̄ partibus accōmodatis ad coitū officialibus id fieri opinant: nullo enim pacto sic fieri potest. cōtra euenit iis qui semē a muliere quoq̄ emitti aiūt. Accidit enī ut postquā foras emiserūt retrahant intus: siquidē quod emissum est misceri debet cū maris genitura: quod ita fieri superuacaneū est. At uero natura nullā rem superuacaneam facit: cum aūt excrementum fœminæ in utero constiterit a maris genitura: q̄ simile facit ut lactis coagulum: Coagulum enim lac est continens calorē uitalē q̄ partes similes ducit eodem & unit atq̄ constituit: & genitura ita se hēt ad mestruoꝝ naturam: eadē enim natura lactis & mestruoꝝ est: itaq̄ coactis iam partibus corpulentus humor excernit obducūturq̄ circū parte resicescētе terrena membranæ: tū necessario tum ēt alicuius gr̄a: nā & calescētis frigescētisue rei extrema siccescere necesse est: & aial nō in humido: sed seorsum cōtineri oportet: uocant ea quibus obuolutus ē fœtus partim mēbranæ: aliæ secūdæ quæ maioris minorisue ratione differūt: hæc parimodo in omnibus tam ouiparis quā uiuiparis habētur: sed enim cū conceptus institutus est, facit simile iis quæ ferunt: principiū enim primū semina quoq̄ intra se continent quod potētia primo contentū: ubi secretū mox est: germē mittit & radicem qua alimentū assumitur, incrementū enim desiderat. Sic in conceptu quodāmodo cū partes corporis omnes potentia insint: principiū maxime promptū habet: q̄obrē cor primū actu secernit: quod nō mō sensu ita fieri cōstat: ueꝝ ēt rōne. Cū enī qđ gignit de ambobus abiūctū iā est: seipm gerere gubernare & dispēsare debet: pinde: q̄si filius a pr̄e emācipatus: seorsūq̄ collocatus: itaq̄ principiū haberi oportet: a quo ēt post ordo mēbroꝝ describat: & q̄cūq̄ ad absoluēdū aial ptinēt: disponātur: nā si extrinsecus aliquādo aderit: & post inesse icipiet: nō solū dubitaueris: & quonā tpe accedat q̄ieris sed ēt cū pars queuis distinguitur: id primū substare necesse ē: ex quo & incremētum & motus cæteris partibus cōtingat: q̄obrē quidā ita ut democritus aiunt exteriora primū animalis discerni, tū interiora quasi lapideū aut ligneū aial condāt: nō recte dicūt res enī talis nullū principiū habet: at aialia oia hnt: atq̄ intra se cōtinēt: q̄propter cor primū distinctū in oibus inspicitur aialibus quæ sanguinē habēt: id enī principiū ē & similariū & dissimilariū ptiū: iam enī principiū id accepisse aialis cōstitutiq̄ fœtus decet: cū alimētū desiderat: qđ enī iā aial est augetur alimētū aūt ultimū aialis sanguis ē aut qđ sanguini ꝓportionetur: quoꝝ uasa & cōceptacula uenæ sūt: q̄obrē uenaꝝ quoq̄ principiū cor ē: patet hoc ex historiis & dissectionibus aialiū: sed cū potētia qđē aial

sit: sed imperfectū aliunde accipiat alimentū necesse ē: q̄obrem utero & parēte: ut terra plāta utit ad cibū hauriendū donec perficiat: & iā sit aial potētia gressile: quo circa ex corde primū uenas illas duas natura descripsit: de q̄bus uenulæ depēdēt in uteꝝ: ex q̄bus: q̄ umbilicus uocat cōstat: umbilicus enī uena i aliis simplex in aliis multiplex. ē quā uenā putamen cuticulare ambit: qđ umbilicus uocat qm̄ uenaꝝ ibecillitas tutelā opimentūq̄ desideret: uenæ aūt quasi radices cōtingūt ad uteꝝ: ꝑ quas alimētū hausit fœtus: eius enī rei gr̄a aial in utero manet: nō ut democritus ait: ut mēbra formentur secundū mēbra parētis: apertū hoc in ouiparis ē. Nā illa in ouis distinguūtur separata a uulua parētis: sed dubitaueris. Cū primū cor oriat sanguine ꝑditū. Saguis aūt si alimentū quod extrinsecus uenit: unde nā primū alimentū subierit. An id ueꝝ non dicit alimentū omne eē extrinsecus: sed protinus: ut in plantaꝝ seminibus inest aliquid tale primū quod lacteū uocat. Sic in animaliū materia excremētū constitutionis alimētū est. Incrementū igitur fœtui umbilicū contingit: eodē quo plantis mō radices: atq̄ etiam animalibus ipsis ubi absoluta iā sunt: ex eo quod continet alimento idē accedit: de quibus post suo loco dicēdum est. Distinctio aūt partiū non (ut quidam opinant) propterea fit quia simile suapte natura ad simile feratur: nam præter alias multas quas ratio ista habet difficultates: accidet ut queuis pars similaris seorsum creet: uerbi gratia ossa per se & neruī & carnes. Si qs eam cām approbet. Sed quoniam excremētum fœminæ potētia tale ē: quale natura animal ē. partesq̄ potētia insunt: actu nulla inest ideo pars quæq̄ existit. Quoniā etiā agens & patiēs cum se inuicē tetigerūt: quēdā in modū alterum agēs: alteꝝ patiens est: modū hunc ita intelligi uolo ut conditionibus: sic ubi: quando describatur: ita enim continuo alteꝝ agit alterum patitur: materiā igitur fœmina præbet: principium motionis mas: & quēmadmodū quæ ab arte efficiuntur: per instrumēta efficiuntur: sed uerius dixerim per motū eorum qui artis operatio est: ars autem forma eorum quæ efficiuntur ē in alio: sic a facultate siue uirtute animæ uegetalis agitur: utq̄ in animalibus ipsis & plantis postea ex alimento uis eadem efficit incrementum utendo caliditate & frigiditate quasi instrumentis (motus enim in iis cōsistit & ratione aliqua unumquodq̄ efficitur) sic etiam principio constituit id quod natura efficitur: eadem enim materia est ex qua augetur & ex qua cōstituitur primū. Itaq̄ facultas quoq̄ agens eadem quæ principio est: sed maior quod si hæc uegetalis anima est: eadem quæ generet quoq̄ est: idq̄ natura cuiusq̄ est insita & in plantis & i animalibus omnibus: cæteræ animæ partes aliis insunt aliis desunt animalibus: sed cū in plantaꝝ genere nullo discerniculo sexus distinguatur a fœmina: in animalibus quā-q̄ non omnibus distinguitur: & mas ob eam rē desiderat fœminā. Atqui quæsierit quispiam qua de causa fœmina desideret maré nec ex se ipsa generet. Quandoquidem animam habet eandem & materia excremētum fœminæ est: sed causæ illud est q̄ animal sensu differt a planta: nec fieri potest ut uel facies uel manus uel caro uel alia ps sit nisi anima sensualis insit aut actu aut potentia: & aut aliquatenus aut simpliciter: erit enim ut mortuus aut pars mortui: quod si mas est efficiens talis animæ ipossibile est ut fœmina ex se ipa animal generet: ubi mas a fœmia separatur eo enī quod diximus mas definitur: qua mas est ratione. Quæstionem uero propostam ratione non carere patet in iis auibus q̄ oua subuētanea pariūt: cum aliquatenus possint gñare: quod & ipsum recipit questionē. Quonāmodo oua eorum dicuntur uiuere: nec enim ita ut oua fœcūda possunt sic enī actu animatū ex iis efficeretur: neq̄ ita se habēt ista aut lignū aut lapis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus concoquuntur: & auium oua & quadrupedum ouiparum sine parentis incubitu: hæc enim omnia in terra pariunt concoquũturq; oua tepore terræ: nam si quę quadrupedes ouipare frequentantes fouẽt quæ ediderint oua: custodiæ gratia potius id faciunt: gignũtur uero eodem modo oua quadrupedum: quo auium: crusta enim dura intecta & bicolora sunt, & iuxta cinctũ consistunt: ut auium & reliqua eadem: tũ intus: tum extra eueniunt. Itaq; omniũ causæ eadem consideratione cõtinẽtur: sed quadrupedum oua: ut ualidiora tempore concoquũtur: auium imbecilliora sunt: atq; ob eam rem parentẽ desiderant. Tum etiã natura attendere uidetur: ut sensum prouidũ curãq; diligentẽ erga prolem parentes habeant: sed in genere deteriore hoc facit: quousq; pariant: in aliis quibusdam etiã donec perficiant. Prudentioribus uero plus curæ mandatur: ut etiam enutriant: postremo iis quæ prudentia iam maxime prædita sunt: consuetudo amor: & caritas in prolem etiam adultam seruatur ut homini & quadrupedũ nonnullis auibus cura donec pariant & enutriant: quãobrem & ab incubitu laborant in prole enutriẽda a partu uero deterius afficiũtur: quasi priuate aliquo sibi natiuo gestamine perficitur animal in ouo celerius diebus tepidis: tepore enim iuuat: nam concoctio est calor quidã: terra enim suo calore concoquit: & quæ incubãt: hoc idẽ faciũt adhibent enim suũ calorem deprauantur ẽt oua & fiunt: quæ urina appellãtur: tempore potius calido: idq; ratione: ut enim uina temporibus calidis coacescũt fece subuersa (hoc enim causæ est ut deprauant) sic oua pereunt uitello corrupto: id enim i utriusq; terrena portio est: quãobrem & uinũ obturbatur fece permixta: & ouũ uitello diffuso multiparis igit hoc accidit: merito cũ non facile omnibus calor conueniẽs reddi possit sed aliis deficiat: aliis superet: & quasi putrefaciẽdo obturbet: uncũguibus etiam q̃is parũ fœcundis: nihilominus tamẽ idem euenit. Sæpe enim uel alterũ ex duobus uirum fit: sed tertiũ semper fere. Cum enim calida sua natura sint: faciũt ut quasi feruerat supra modũ humor ouoꝝ. Iam enim naturã quoq; contrariam luteũ & candidum habent: luteum nãq; gelu duratur & coit: calore contra humescit: quapropter cũ uel in terra uel per incubitũ concoquit humescit atq; ita pro cibo animalibus nascẽtibus est. Nec uero cũ ignitur assaturq; durescit: quoniã naturæ terrenæ est ut cera. Ideoq; cum plus iusto calescunt, nisi ex recremẽto humido sint sanies cũt reddũturq; urina. At candidum gelu non concrescit: sed magis humescit: cãm ante reddidi: ignitũ solidescit quãobrem cum ad generationem animaliũ concoquitur crassescit: ex hoc enim constat animal: luteum aũt pro cibo est: & mẽbris subinde instituendis incremẽtũ hinc administratur: quo circa & cãdidum membranis iter se distinguũtur: quasi naturã habeant. Sed quẽadmodũ hæc inter se habeant: tum initio generationis: tum constitẽtibus animalibus: atq; etiam de membranis & umbilicis diligẽtius ex iis quæ per historiam scripsimus: considerãdum annotãdumq; est: At id aũt quod in presentia tractamus: tãtum aperuisse satis est. Principio corde cõstituto & uena maiore ab eo distincta: umbilici duo de uena eadem pertẽdunt: alter ad membranam: quæ luteũ cõtinẽt alter ad membranã: cui secũdarum species est: qua animal obuolutũ continetur: quæ circa teste membranã est. Altero igit umbilico cibũ ex luteo assumit efficit luteũ copiosius: quippe quod calescẽs reddat humidius: cibum enim qm̃ corpulẽtus est humidum esse oportet: qualis plãte suppeditat: uiuũt aũt principio: & quæ in ouis: & quæ in animalibns gignuntur uita plãtæ adhærendo enim capiũt primũ & incrementum: & alimentũ alter umbilicus ad secũdas tendit: ita enim iis quæ ouo nascuntur anima-

libus pullum uti luteõ existimandum: ut fœtus uiuiparus sua parente utitur quamdiu intra parentem continetur. Cum enim non intra parentem nutriantur: quæ ouo proueniunt partem eius accipiunt aliquam: habentq; secum in cibo. Membrana uero exteriore nouissima sanguinulenta hæc perinde ut illa utero utuntur: simul autem & luteum & secundas testa oui complectitur uteri proportione: perinde quasi quid unum obductum amplectatur fœtum parentemq; totam: quod ita est: quoniam fœtum esse in utero & cum parente necesse est. Itaq; in uiuiparis uterus in parente est: in ouiparis e diuerso fit: quasi dixeris parentem esse in utero: luteum: est enim cibus qui a parente præstatur: causa est q̃ fœtus nutricatio non intra parentem est: Crescentibus umbilicus primũ consident qui secundis adiungitur, hac enim pullum excludi cõuenit. reliquum lutei & umbilicus ad luteum pertinens post collabitur. cibum enim habeat statim oportet: quod exclusum est, nec enim a parente nutritur: & per scipsum statim capere cibum non potest: quapropter luteum subit cũ umbilico: & caro adnascitur. Talis ortus eoꝝ est: quæ ex ouis perfectis foris generantur tum in auibus tũ in quadrupedibus quæ ouum crusta intectum dura pariunt. Sed hæc euidentiora in auctionibus sunt aialibus: nam in minoribus obscura præ sua exiguitate habentur.

De iis aialibus quæ perfectũ ouum intra se pariunt foras aũt animal. Quamq; ob causam piscium oua mollia sint cõtra ac auium. Caput tertium.

Enus etiam piscium ouiparum est: cuius ea quæ infra continent uterum imperfectum pariunt ouũ causa quã ante reddidimus. Quæ aũt cartilaginea nuncupantur perfectum intra se ouũ pariunt: mox aial foras edũt uno excepto: quã ranam uocant. hæc enim una foras ouũ perfectum parit: causa natura corporis est. caput enim longe grãdius reliquo corpore habet: idq; aculeatum naldeq; asperũ: quãobrem nec postea suos catulos intra se recipit: neq; principio animal parit. Capitis enim magnitudo & asperitas ut aditum: sic exitũ impedit. Et cum cartilagineoꝝ ouum cute molli operiatur: q̃ enim frigidiora q̃ aues sint: nequeũt partẽ circundantẽ indurare: ideo ouũ unũ ranaꝝ solidũ durũq; est: ut foris feructur: cæteroꝝ humida sunt natura: & molli: operiuntur enim intus corpore suæ parentis: ortus ex ouo idem ranis quæ extra perficitur: & iis quæ intus: sed coꝝ atq; auiũ ortus partim similis partim diuersus ẽ primũ enim altero carent umbilico: qui ad secundas pertinet: quæ sub testa ambiente positæ sunt: cuius rei causa est q̃ testã illã circundantem non habent cum nihilo his utilis esse possit: parens enim ipsa integit & seruat. Testa in ouis edendis tutela est contra detrimenta quæ de foris ueniant: Tum generatio iis quoq; ex oui parte extrema est: sed non qua utero adhærent. aues enim ex cacumine oriuntur: qua ouũ adhæret causa est q̃ auiũ ouum separatur ab utero. At coꝝ quãquã non oium tamen plurimorum ouum perfectũ utero adhæret. Cũq; animal extremo nascitur ouũ consumit totũ quomodo in auibus cæterisq; quoꝝ oium absoluitur: demũq; utero umbilicus iã perfectoꝝ adhęret similis modus coꝝ etiã est: quoꝝ oua utero absoluũtur. nõnullis enim coꝝ ouũ perabsoluitur cum perfectũ est. Quæres igitur cur ita differant auiũ & piscium generationes: causa est q̃ auiũ oua luteũ a candido separatũ cõtinent: piscium unicolora sunt: miscenturq; in iis ista usquequaq; & cõfunduntur. itaq; nihil prohibet: quominus e cõtrario principiũ habeãt genitale, nõ solũ enim parte sui adhærẽte tale est: sed etiã altera obiecta: alimentũ uero ex utero meatibus trahere qbusdã eo ipso principio facile est: apertũ hoc est in iis ouis quæ nõ absoluũtur, nã in nõnullis cartilagineis

ouum nõ absoluitur utero: sed inhærens descendit ad aïalis generationẽ: in quibus ani
mal perfectũ habet suum umbilicũ ex utero cõsumpto iam ouo. cõstat igitur uel ante
meatus ouí eodẽ tendere. fit hoc mustellorꝫ genere leui cognomine ut dictũ est: ortus
pisciũ his rebus & his de causis differt ab auiũ: cætera eodẽ ueniunt modo. alterũ enim
umbilicũ habent similiter ut aues ad luteũ: sic pisces ad totũ ouũ. non est enim huius
pars altera lutea altera cãdida. sed totum est unicolor: atqꝫ ex eo aluntur: consumpto
que pari modo subsidet: & caro circum adnascitur. Talis eorum generatio est quæ in-
tra se ouum perfectũ foras animal pariunt.

Quam ob causam pisciũ oua foras suscipiũt incrementũ. Caput quartum:

Aeteri pisces maxime in parte foras pariunt oua omnesqꝫ imperfecta præterꝙ
c rana: cuius causam iam reddidimus. eorũ etiã qui imperfectũ pariunt ouum
causa declarata est. Ortus uero eorũ quoqꝫ ouo pueniens, eodẽ agit' mõ quo
cartilagineorꝫ: quæ intra se pariunt: sed incrementũ celer atqꝫ ex paruis & ultimũ oui
durius est incrementũ ouí simile uermibus est. aïalia enim quæ uermen pariunt: pri-
mo exiguũ ædunt quod per se augetur sine ullo annexu: causa similis ut in farina sub-
acta humore: fit enim massa ex parua magna parte solidiore humescente: humida spi-
rascente: quod in aïalibus natura caloris animalis facit: in massa calor permixti humo
ri. Augentur igitur oua necessario ea causa: habent enim excrementũ massale: sed rei
melioris gratia: quoniã fieri nõ potest: ut totũ suum incrementũ recipiant: ꝓpter sum
mam eorꝫ aïalium fœcunditatẽ, hinc enim & parua admodũ excernuntur: & celeriter
augentur: parua ꝙ uteris angustior sit: q̃ ut tantã ouorꝫ copiã possit capere celeriter:
nedum per generationẽ mora in augendo protrahitur genus pereat: quãdo uel nunc
magna pars editi partus interiit. quãobrẽ genus pisciũ præfœcundũ est. repræhendi-
tur enim & cõpensatur a natura interitus multitudine. sũt quorꝫ uterus dehiscat & dis
rumpatur: ut quæ acus uocatur præ magnitudine ouorꝫ. hęc enim pro multis maiuſ
culos habet cõceptus. quod enim natura numero adempserat id magnitudini addidit:
oua pisciũ foris augeri: & quam ob causam dictum iam est.

De ortu cartilagineorꝫ piscium: eosqꝫ qui pisces omnis esse fœminas putant
non recte sentire. Caput quintum.

Ed ouum eos etiã pisces parere indiciũ est: ꝙ uiuipari quoqꝫ pisces ut cartila
f ginei primũ oua inter se pariunt. Totum pisciũ genus ouiparũ esse certũ est:
finem tamẽ nullũ recipit ouũ eorum pisciũ qui sexu maris & fœminæ distin-
guuntur: & per coitũ generant: nisi mas suũ semen aspergat. Sunt qui oẽs pisces fœ-
minas esse opinentur: exceptis cartilagineis: sed non recte. putant enim eos qui mares
habiti sunt differre a suis fœminis modo plantarꝫ: in quibus altera fructificet: altera nõ:
ut olea & oleaster: ficus & caprificus. sic pisces differre inter se uolunt: præter cartilagi
neos: de iis nõ ambigũt: quãq̃ similis ratio partiũ seminaliũ in maribus oibus: tũ carti-
lagineí: tũ ouipari generis est: & semẽ genitale utriusqꝫ suo tẽpore emitti uidet'. uuluas
etiã fœminæ habẽt. Atqui nõ modo ouiparos sed etiã cæteros uuluas habere oporte-
ret: q̃uis diuersas ut mulæ habẽt in genere ueterinorꝫ. Si genus totũ sexu fœmineo es-
set nec nisi sterilitate nõnullorꝫ dissideret: nunc uero partim cõceptacula habẽt seminis
genitalis: partim uuluas: atqꝫ in oibus excepto rubro & hiatula hoc discrimen est: ut
aut conceptacula seminis prolifici habeant: aut uuluas. difficultas autem qua ita opi-
nari mouentur: solui facile potest: cum rem quæ accidit audis. nullum enim ex iis quæ

coeunt tam multa parere posse aiunt. idqꝫ recte. quæ enim ex se generant perfectum
uel animal uel ouum hæc non ita pariunt multa: ut pisces qui oua pariunt: nam innu-
mera quædam eorꝫ multitudo ouorꝫ est: sed illud nõ uident q̃ diuersa pisciũ oua ab aui
um sint. aues enim & quadrupedũ ouiparæ: & si quæ cartilaginea enumeranda sunt
in hoc genere perfectũ generant ouũ: & quod ædití non recipiant incrementũ. at pi
sces imperfecta pariũt oua quæ foris incrementũ iustũ recipiant. eodẽq; modo mollia
& crustata quæ quidẽ & coire plane cernũtur: quoniã eorꝫ coitus diuturnior est. alterꝫ
etiã eorꝫ marẽ esse: alterũ uuluã habere certũ est. absurdũ præterea est: nisi in oibus ge
neribus uis hæc habeatur quomodo in uiuiparis est. alterꝫ mas: alterũ fœmina. causa
uero ignorantiæ eorũ qui ita censent ꝙ differentiæ quæ multæ ac uariæ in aïaliũ coi-
tu generationeq; sunt: non omnes pateãt sed paucarꝫ quarundã intuitu. Idẽ in oibus
esse oportere arbitrentur. quãobrẽ & qui cõceptus fieri aiunt captu seminis genitalis
quod a fœminis piscibus deuoretur: rem de qua uerba faciunt nõ tenent. Tempore
enim eodẽ mares semen genitale fœminæ oua habent: & quo fœmina propius ad par-
tum accedit: eo copiosius & humidius redditur semen genitale in mare: & ut incremẽ
tum seminis in mare, ouí in fœmina eodẽ tẽpore euenit sic emissio. nec enim fœminæ
uniuersum sed paulatim pariũt neqꝫ mares semen suũ uniuersum emittũt. Atqꝫ hæc
oia ratione ita usu ueniũt. ut enim in auiũ genere sunt quæ sine coitu oua concipiant:
quanq̃ pauca & raro: sed per coitũ magna ex parte implẽtur: sic in piscibus euenit: sed
minus. Eque tamẽ utroqꝫ in genere infœcunda sunt quæ sponte constiterũt: nisi mas
suũ aspersérit semẽ: uidelicet in quibus mas quoqꝫ est. Auibus igitur qnoniã oua per-
fecta exeũt: id fiat cũ intus adhuc sunt necesse ẽ: at piscibus qm̃ iperfecta oia oua ædũ-
tur: quanq̃ nõ intus per coitũ cõstitit ouũ: tamẽ si extra aspersum est seruari potest: at
que in hũc usum cõsumitur semen mariũ genitale. quapropter una cũ ouis fœminarũ
sublidit atqꝫ minuit'. aspergũt enim mares sequẽdo in iis quæ subinde ædunturouis.
ergo in piscibus quoqꝫ sexus discrimen maris ac fœminæ est oẽsqꝫ coeũt: nisi sexus ali-
cui generi fit indiscretus: & sine maris genitura nihil ex iis potest generari: facit enim
celeritas coitus pisciũ ut eius opinionis autores decipiantur. Tanta enim celeritate rẽ
uenerem peragũt: ut etiã piscatores cõplures lateant. nemo enim eorꝫ aliquid tale co
gnitionis gratia obseruatur. Verũ tamẽ coitus usus est: codẽ enim modo quo delphi
ni pisces etiã coeũt ammouẽdo supina ꝓ lapsum: quibus impediméto cauda est. Sed
delphinorꝫ abiunctio diuturnior est: pisciũ uero huiuscemodi celerrima est. Itaqꝫ cum
eam nõ cernant: captu siue uoratu seminis & ouorꝫ quẽ exploratũ habẽt mouẽtur uel
piscatores: ut stultã illã & uulgarẽ rationẽ de cõceptione pisciũ afferant: quã & fabula
tior Herodotus scribit: quasi seminis deuoratu pisces ipleantur: nec uident id fieri non
posse meatus enim qui per os introtendit in uentriculũ fertur non in uuluã quodqꝫ uẽ-
triculũ subierit: alimentum id effici necesse est. Concoquitur enim, uuluæ aũt plenæ
ouorꝫ cernuntur: quæ unde quæso subierit?

Contra eos qui coruos & ibin ore coire, mustellã aũt ore parere: hyenã duplex ge
nitale habere: Throcũ uero seipsum inire opinati sunt. Caput sextum.

Imilis error in generatione quoqꝫ auiũ euenit. Sunt enim qui coruos & ibin
f ore coire opinẽtur, inter quadrupedes etiã mustellã ore parere. Hæc enim &
Anaxagoras & alii quidã naturales autores scribũt: simpliciter ualde & incõ-
siderate qui in aliũ genere ratiocinatione illa fallũtur: ꝙ raro coruorꝫ coitus cernatur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

rostrorum coniunctio sæpenumero quæ omnibus id genus auibus solita est. quod in monedulis quas mansues alimus planum est. Genus etiam columbinū hoc idem facit. Verum hæc quoniā coire quoq; uisuntur ea fama caruerunt, coruinum genus libidinosum non est: quippe quod parum fœcundū sit. Coire tamen id quoq; uisum ē: sed enim non cogitasse quēadmodū semen ad uuluā deueniat per uerticulū qui semp quod ingestum est eum cōcoquat ut patet in cibo perficiēdo absurdū omnino est. uuluas aūt id quoq; auiū genus & oua habere cernitur iuxta sæptum. Mustellam etiam modo cæteraꝝ quadrupedū uuluā habere certū est: ex qua quonā pacto fœtus ad os deueniat: sed qa mustella paruos admodū parit: ut & cæteræ fidipedes de quibus post ea dicemus: & sæpe catulos suos ore susceptos transfert: fecit ut ita opinarētur. Quinetiam de trocho & hyena stulte magnoq; errore narratur, hyenā enim cōplures aiunt trochū Herodotus heracleota scribit duplex genitale habere maris ac fœminæ: & trochum seipsum inire: hyenā inire & iniri annis alternis, sed uisa est hyena mas & altera fœmina sui discrimine genitalis, locis enim nōnullis penuria huius cōspectus non est: uerū hyenæ tam mares q̄ fœminæ habent sub cauda lineam quādam similem genitali fœmineo, quæ quidē nota quāuis cōmunis sit tamē in maribus potius cernitur, quia mares quā fœminæ magis capiūtur. Itaq; qui rem parū diligenter cōsiderant in hanc aberrāt opinionē: sed de his satis.

Quare cartilaginei pisces mares semen spargere non uisuntur: nec fœminæ suos conceptus. Caput septimum.

E piscium generatione quæres quā ob causam cartilagineorum nec fœminæ
d suos cōceptus neq; mares suum semen spargere uisuntur: cū generis non uiui pari & fœminæ oua & mares semē spargere soleāt: causa uero est q̄ genus cartilagineū semine minie abūdat. uuluas etiā fœminæ ad septū positas cōtinent. æq; enī mares a maribus & fœminæ a fœminis differūt. sunt enī cartilaginei minus copiosi generaturæ. At uero mas ouipari generis: ut fœmina oua præ multitudine reponit: sic ipse spargit. plus enim seminis habet q̄ satis ad coitū sit. tēdit enim natura potius absumere semen id ad augēda oua reposita quā ad primam cōstitutionem. nam ut & ante & modo diximus oua auiū intus perficiūtur: piscīū extra. similis enim quodāmodo generatio atq; i uermiparis ē: q̄q̄ imperfectiorē ædūt conceptum quæ uermē pariūt. Sed utrisq; tam auiū quā piscīū ouis perfectionē mas adhibet. Verum auiū intus cū intus perficiātur: piscīū extra: cum hæc imperfecta ædatur. nam alias idem utrisq; cōtingit. Auium igitur subuētanea: foecūda reddūtur: & quæ cōcepta maris diuersi coitu sunt naturā in eum qui post coierit mutāt: propria etiam quæ increméto carēt: cum coitus intermissus est: celeriter accrescūt. Cum repetitur coitus: nō tamē quouis tēpore, sed si prius quā albumē secerni incipiat. At piscīū ouis nihil tale præscriptū est: sed ut seruentur quāprimū mares aspergūt. cuius rei causa est: q̄ hæc bicolora nō sunt: hinc enim tēpus his tale statutū nō est. At in auiū genere ratione sic euenit: cū enim luteum & cādidum distincta inter se sunt: principiū iam habetur: quod ꝓficiscit a mare. Istuc enim mas cōfert. Subētanea igitur recipiūt generationē quoad fieri potest. perfici nāq; ad aīalis usq; fœcūditatem impossibile est. sensibus enim opus est. At uegetalem animæ uirtutē optinēt & fœminæ: & oīa quæ uiuūt ut sæpius dictum est. quāobrē hoc ouū ut plātæ cōceptus perfectus est: ut animalis imperfectus. Quod si mas in eorum genere deesset. Idem sane fieret quod in piscīū genere si tale genus in ūs est: qd' si

ne mare progeneret. Dixi de his ante nondum exploratum haberi satis: nunc uero in omni auium genere: alteꝝ mas alteꝝ fœmina est. itaq; fit ut qua planta est: ꝓficiat qd' non mutetur a coitu. q̄ non planta nō perficiat nec aliud quicquā perueniat ex eo quod genuit. ueq; enim ut plātæ simpliciter: neq; ut aīalis per coitū prouētus est. Quæ autem oua coitu cōcepta discreta iam sunt in albuminis portionem: hæc pro eo qui primum coierit mare euadunt: iam enim utrunq; principium optinent.

De partu mollium aīantium & ortu locustarum. Caput septimum.

Ollium etiā partus similis est: ut sepiæ cæterorūq; id genus atq; etiā crustatoꝝ
m locustæ & reliquoꝝ generis eiusdem. pariūt enim ea quoq; per coitum. & qui dem sæpe mas cōiunctus cum fœmina uisus est. Quāobrem hinc etiā historice nequaquā dicere illi uidentē: qui pisces omnes fœminas esse autumāt: nec per coitū parere. hæc enim oriri per coitū arbitrari: illa non mirū est: aut si hæc ita parere illos latuit: indiciū imperitiæ est: diutius hæc q̄ cætera coeūt more insectoꝝ ratione. sunt enī exanguia & ob eā rem frigida natura sepiis & lollginibus oua gemina apparēt. quoniam uulua eaꝝ ita articulata est: ut bifida cernat'. At polipoꝝ ouū simplex est causę est forma eoꝝ uteri quæ specie rotūda cōglobataq; est. fissio enim eius iā repleri incerta est. Locustaꝝ etiā uulua bifurcis est. cōceptū hæc quoq; oia imperfectū cadē de causa ædūt. locustacei generis fœminæ apud se partū exponūt. quāobrē ampliores ipsæ q̄ mares habēt tabellas: ut oua seruētur mollia foris reponunt. fœminis huius generis mares aspergūt: quomō ouis mares in genere piscīū: reddūturq; oua eoꝝ glutino cohærētia ad speciē uuæ. At locustaceis tale quid fieri: nec uisum est neq; ratione exigit'. cōceptus enim eoꝝ sub fœmina cōtinetur: & crusta intectus est. Incrementū tamen eorum quā molliū oua foris recipiūt sicut piscīū: adhæret ouo sæpia nascēs parte sui priore. hac enim tantū potest adhærere: cū hæc una partē posteriorē & prioré codē habeat. Quæ nam situs dispositio sit eius cū oritur: petendum ex historiis est. de ortu cæterorum animalium: tum pedestrium: tum uolatilium: tum etiam natatilium diximus.

De triplici insectorum generatione. Caput octauum.

E insectis atq; crustatis hoc loco dicēdū est uia & ratione quam cepimus. At
d primū de insectis: hæc partim coitu: partim sponte oriri dictū iam est. Itē uermiculū ea parere: & quā ob causam ita pariūt. genus hoc enī omne fere uermiculū quodāmodo parere uidetur, cōceptus enim qui imperfectior est: talis ē. in omnibus aūt uel iis quæ perfectum pariunt ouū: conceptus primus indiscretus adhuc recipit incrementū: qualis natura etiā uermis est. mox alia conceptū suū ouo perfecto ædunt: alia imperfecto: quod extra perficiatur: ut sæpe de piscibus dictū est. Quæ uero intra se pariūt animal: in iis quodāmodo post primū cōceptū ouiforme quiddā efficitur. humor enī in mēbrana tenui cōtinet': perinde quasi oui testā detraxeris: quāobrem deprauationes cōceptuū: quæ per id tēporis accidūt fluxus uocāt. Sed insecta & uermen generāt q̄ uim optinēt generādi: & quæ nō p coitū sed spōte naturæ oriunt': ex tali origine cōsistūt. nā & erucas genus esse uermis cēsendū est: & fœtū arancorū quāquā pp figuræ orbiculatā speciē similia ouo: tū coꝝ nōnulla: tum alia cōplura primordia eē uideant': uerū nō figura: nec mollitie: aut duritie ouū definiēdū est. Sūt. n. cōceptus nōnulloꝝ duri: q̄is ouo diuersi: sed qd' totū mutet' nec ex parte eius aīal gignat': id uermis ē. omne aūt hoc uermiculi genus ubi suæ magnitudinis finē receperit quasi ouū efficit', indurescit enī putamē eoꝝ: & tātisper imota reddunt': qd' in uermi-

culis apum & ueſparum: atq; etiam in erucis apertum eſt. Cuius rei cauſa eſt: q; natura præ ſua imperfectione quaſi maturans anteq̃ tempeſtiuũ ſit ouũ pariat: tanquã hic uermis ad incrementũ ouí mollis adhuc pergat. hoc eodẽ modo in cæteris quoq; euenit oibus q̃ nõ coitu oriũtur: uel i lanis: uel aliis huiuſcemodi atq; etiã in aquis. Omnia enim poſt uermis naturã motu ceſſant & putamine obareſcũt. mox rupto putamine exit ueluti ex ouo animal tertia perfectum generatione: idq; pẽnatũ magna ex parte. Ratione illud etiã euenit quod iure multi admirent. Eruce enim cũ primo capiãt cibũ mox non capiunt, ſed motu ceſſant quæ per id tempus aureliæ a nonnullis uocantur. ueſparum etiam uermiculis & apum idem accidit. poſt deinde quæ nymphæ appellãtur proueniunt: quæ nihil huiuſcemodi habeant. Quorum enim natura adepta ſuum finem non inſuper acreſcit: ſed ante augetur: & aliter donec diſtinguatur & fiat ouũ perfectum. uermium autẽ alii hoc intra ſe habent unde excrementum ipſis nutriendis accedat: ut uermes apum & ueſparum: alii de foris capiunt: ut erucæ & cæteroꝝ non nulli uermium. Sed quãobrem triplicem generationem hæc ſortiãtur: & qua de cauſa ex motis imota reddant explicatũ iam eſt. Oriũtur eorꝝ alia per coitũ more auiũ & uiuiparorum & piſcium partis plurimæ alia ſponte modo nonnullarum plantarum.

De generatione & ortu apum. Caput nonum.

Pium generatio magnam recipit ambiguitatem: & quæſtionem: cum enim
a in genere piſcium talis quædã ſit generatio nõnulloꝝ: ut ſine coitu generent: hoc idem i apibus etiã euenire uidetur quoad ſenſus ratioq; apparẽs admonet: aut enim aliunde portare fœtũ eas neceſſe eſt ut quidã uolunt: eũq; uel ſponte naſcente uel ab aliquo aiali ædítũ aut ipſas generare, aut parũ portare: partim generare. nam id quoq; aliqui dicunt: fucorumq; fœtum tantum portari opinantur. Item generare eũ aut p coitũ aut ſine coitu & p coitũ generare: aut ſingula genera p ſe: aut quod libet unũ cætera aut aliud cũ alio iunctũ. uerbi gratia apes ex apibus coeũtibus inter ſe gigni: fucos ex fucis reges ex regibus: aut cætera oĩa ex uno: ut ex iis qui reges ac duces uocãtur. Aut ex fucis & apibus. ſunt. n. q; fucos mares eẽ: apes fœminæ arbitrentur, alii cõtra apes mares eẽ. fucos fœminas opinãtur. Quæ oĩa ipoſſibilia ſunt rõcinati: partí ex iis q̃ apibus priuatim eueniãt: partim ex iis q̃ cũ cæteris ſint aialibus cõmuniora. Nam ſi nõ ipſæ pariũt ſed aliunde portant fœturã oriri apes oportet etiã ſine ulla opera apũ ſcilicet eo loco de quo ſemen portetur cur enĩ trãſlato ſemíe oriãtur: manente ſuo loco nõ oriãtur: prorſus oriri nihilominus cõuenit: ſiue ſpõte in floribus ſemen id naſcit: ſiue ab aliquo ædit aiali. q̃q̃ nõ apes ſed illud aial gigni oportebit: qd ſemen generet. ad hæc mel portari ab apibus rationis eſt. Cibus eẽ enim, at fœtũ alieníge nam deferre abſurde crediderís. nã cuius rei grã quæſo: qñ oĩs labor q; prolis cauſa ſuſcipitur: in ea quæ ppria eſſe uidetur prole uerſat. nec uero apes fœminas eſſe: fucos mares ratio patit. Arma enim ad pugnã uireſq; exercẽdas nulli fœminæ a natura tribuũtur. Sunt aũt fuci inermes: carẽt enim aculeo. Apes oẽs aculeo armãtur, nec contra dici ratione ꝓbabili põt apes eſſe mares: fucos fœminas: mas enim nullus ſolet i ꝓle elaborare: qd apes faciũt oĩno cũ fœtus fucoꝝ gigni uideatur: etiã cũ nullus eſt fucus: apes aũt nõ gigni ſine regibus: & quidẽ ob eã rẽ fœtũ fucoꝝ tãtũ portari aliq putant. Cõſtãt nõ p coitũ gigni uel ex alterutro genere ſecũ coeũte: uel ex apib9 & fucis: portari ẽt fœtũ fucoꝝ tãtũ cũ ipoſſibile ſit ob ea q̃ mõ diximus: tũ rõ aſpnat ut i genere toto eaꝝ talis affectio nõ eueniat. Qñ ẽt fieri nõ põt ut ipſę apes parti mares parti

fœmię ſint: In oibus enĩ generibus mas a fœmina differt: generarẽt etiã ſe ipſe. At nullus eaꝝ cernit fœtus niſi duces aſſint ut aiũt. Cõmune aũt argumẽtũ tã ad agẽdã uiciſſim gnationẽ q̃ ad eã quã fuci efficiãt & ſiue ſeorſum ſiue ꝓmiſcue agi dicit q; nullũ eoꝝ coire unq̃ uiſum ẽ. At ſæpenumero eueniret: ut coitus cerneret. Si alterꝝ mas alterꝝ fœmina in iis eẽt. Reliqnũ eſt ut ſi p coitũ oriantur reges coeũtes inter ſe generẽt: at fuci oriri uiſuntur: etiã cũ nulli ſunt duces quoꝝ fœtũ nec portare neq; parere apes ſuo coitu poſſunt. Relinqtur itaq; ut qd in piſcibus euenire uidemus apes ſine coitu ſuos generẽt & fœminæ ſint q̃ generãt rõne: ſed habeat ĩtra ſe ut plãtæ ſexũ maris & fœminæ: q̃obrẽ iis datũ eſt iſtrumentũ ad pugnã: nec fœmina appellãdũ eſt in quo mas diſtinctus nõ eſt: qd ſi in fucis id euenire uidet: ortuſq; eoꝝ exiſtit ſine coitu. Iã & apibus & regibus eãdẽ ſeruari rõnẽ neceſſe ẽ: ut ſine coitu ꝓcreent. Cæteꝝ ſi ſine regib9 gigni fœtus apũ uideret: apes ẽt ſine coitu ex ſe generari neceſſe eẽt: ſed cum hoc negent q in eoꝝ aialium cura uerſant: relinqtur. ut reges & ſe generẽt: & apes: itaq; cum ſingulari q̃dã peculiariq; natura genus ſit apũ: ortus quoq; eaꝝ peculiaris merito eẽ ꝓcipitur: nã ut apes ſine coitu generẽt: minus propriũ eſt: cũ idẽ uel in aliis eueniat aialibus ne idẽ procreẽt genus propriũ eſt: rubri enĩ generãt rubros: & hiatulæ hiatulas: cauſa ẽ q; ipſe generant non ut muſcæ: & reliq̃ id genus aialia. ſed ex diuerſo: tamẽ cognato genere prodeũt: ex ducibus: enim oriunt q̃obrẽ proportio quodãmodo in eoꝝ generatione ſeruat: duces enim magnitudine fucis aculeo apibus ſimiles ſunt. Apes igitur aculeo regibus aſſimilant: fuci magnitudine: aliquid enim diſcriminis ineſſe neceſſe eſt: niſi ſemp genus ex quouis idẽ gigni neceſſe ſit: quod ipoſſibile ẽ: ita enĩ genus totũ duces eẽnt: apes itaq; uiribus & pariẽdi facultate ſimiles ducibus ſũt: fuci magnitudine emulant: qd ſi aculeũ quoq; haberẽt: duces utiq; eẽnt: ſed nũc id ipſum ex propoſita quæſtione reſtat & ſolutũ iã eſt: quæ enĩ ſupius dicta ſunt totã hãc ſoluũt q̃ſtionẽ: duces enim idẽ ſimiles ſunt generi utriq; qua enim aculeũ gerũt: apibus: qua magnitudine præſtãt: fucis aſſimilantur. Sed duces ẽt ipſos ex aliquo gigni neceſſe ẽ. Itaq; cũ nec ex apibus neq; ex fucis creentur ipſos ſe ẽt generare neceſſe ẽ. Cellulæ eoꝝ nouiſſime cõſtruũtur: nec multæ numero: itaq; euenit ut duces generẽt & ſeipſos: & aliud genus quod apũ eſt. Apes aliud generẽt ideſt fucos: ipſi uero fuci nõ inſup generent: ſed hoc ipſi priuent. Cũ enĩ ſemp quod ſecũdũ natura eſt: ordinẽ habeat. Ideo fucos ea quoq; facultate priuari ut aliud generẽt neceſſe ẽ: & quidẽ ita hoc euenire uidemus: ipſi enim gnantur nihil uero aliud gnant: ſed in ternario numero finẽ generatio recipit. atq; adeo bene inſtitutum ẽ a natura ut ſemper hæc genera ſeruent: & nullum deficiat: q̃quam nõ omnia generẽt. Ratione illud ẽt euenit: ut annis ꝓſperis copia mellis proueniat & fucoꝝ: hymbribus uero crebris fœtus omnino ſuperet. humor enĩ facit plus excremẽti in corporibus ducũ: Anni uero temperies facit hoc idem in apibus: cum enim corpore ſint minore tẽperie magis deſiderãt. Recte ẽt reges intus manẽt immunes omni negotio neceſſario: quaſi nati ad ſobolis procreationẽ. magnitudine itẽ ꝓſtant. quaſi ad prolẽ generandã corpus eoꝝ ſit inſtitutũ conuenit & fucos ocioſos inerteſq; eſſe cũ nulla habeant arma quibus de cibo poſſint dimicare. Cũq; pigritia tarditateq; corporis degenerent apes mediũ inter reges & fucos tenent, ita enĩ utiles ad negotia officioſeq; operatie cẽ poſſunt utq; & filios alant & parentes: qn & ſequi ſuos reges: ut faciũt: conſentaneũ eſt rationi: qua generatione apum a regibus, pficiſci ſtatuimus: nã niſi tale quid eẽt ratione careret: ea quæ agũtur in eaꝝ imperio: atq; etiã regi

bus concedere nihil laboris ſuſcipere ut parẽtibus fucos uero caſtigare ut filos: iuſtius enim filii caſtigãtur: & quoꝝ negociũ nullũ eſt: apes aũt multas a ducibus ipſis pau/cis generari ſimile uidetur leonũ generationi: qui cũ primũ quinq; numero genuerint mox pauciores generãt: poſtremoq; unũ: tũ deinde nullum: nam & apũ duces primũ multitudinẽ generant: mox ſeſe paucos atq; illaꝝ fœtum minorẽ: ſuũ uero auctiorem quod enim eorum numero natura adẽpſerat id magnitudini addidit. Generatio apud ita ſe habere uidet̃; tum ratione tum etiam iis quæ in eaꝝ genere euenire uiſuntur: nõ tamen ſatis adhuc explorata quæ eueniãt habemus: quod ſi quãdo ſatis cognita habe buntur: tunc ſenſui magis erit quam rõni credẽdum. Rationi ẽt fides adhibẽda eſt: ſi quæ demonſtantur conueniũt cũ iis quæ ſenſu percipiũt̃ rebus. Apes ſine coitu gene rare argumento illud ẽt eſt q; fœtus exiguus admodũ in cellulis faui cernit̃: cũ inſecta quæ per coitũ oriuntur coeãt diu: pariant breui magnitudine ad ſpẽm uermis. Quod ad generationẽ cognatoꝝ iis aialium pertinet ut crabronum ueſparũq; ſimilis quodã modo ratio ẽ. Sed defuit his locuples naturæ dotatio merito: nihil enim ut apũ genus habent diuinitatis: generãt quippe matrices uocatæ primoſq; fauos cõfingunt gene/ratione uero coeũdo inter ſe fungunt̃: uiſus eſt enim ſæpe eoꝝ coitus: ſed quot nã dif ferentiis hæc genera aut inter ſe diſſideãt: aut cũ apibus petendũ eſt ex iis quæ per hi/ſtorias explicauimus. Atq; de generatione inſectoꝝ omnium dictum iam eſt.

De generatione & ortu teſtatorum animantium quomodoq; nõnulla plantaꝝ ge/nerationi: contigua ſint: deq; teſtatoꝝ incremento. Caput decimum.

Equitur ut de teſtatis diſſeramus. Generatio eorum quoque partim ſimi/ſ lis partim diſſimilis cæteris ẽ. Idq; euenit ratione: quippe cũ animalium com paratione plantis plantaꝝ animalibus aſſimilent̃. ita ut ſemini gigni quodã modo uelut animalia uideãtur. At alio modo non ſemine: & tum ſponte: tum ex ſe: aut alia ſponte: alia ex ſe oriri. Sed quoniã naturam proportione plantis reſpondentẽ hoc genus habeat: hic teſta intectum aut nullum in terra gignitur: aut paꝝ: quale genus limacum eſt: & ſi quid eiuſmodi aliud ſit: ſed rarum. At in mari ſimiliq; humore multa & uaria gignũtur: genus plantaꝝ contra mari lociſq; huiuſcemodi parum: & nullum fere: in terra autem hæc omnia oriunt̃: habent enim naturam proportionalẽ atq; diſ/iunctam: ſed quãto uitalius humidũ quam ſiccum: & aqua quã terra eſt: tanto natura teſtatoꝝ quam plantaꝝ uiuatior eſt: nam alias eo quidẽ ſpectãt: ut ſicut plantæ ad ter ram ſic teſtata ad humorẽ ſe habeant: quaſi plãtæ: oſtrea terrena: oſtrea plãtæ aquati les ſint. Hinc etiam ſit ut multiformiora ſint: quæ in humore gignũtur: quam quæ in terra: humor enim naturam habet ad effingendum afformandumq; habiliorem quã terra: nec multo minus corpulẽtam eam quæ potiſſimum in mari habentur: humor enim potulentus dulcis quidem alumnuſq; eſt. Sed tum minus corpulentus: tũ frigi/dus eſt: quamobrẽ quæ ſanguine carent: nec natura calida ſunt: ea naſci in lacu nõ poſ ſunt: minus etiam in ſalſis aquis: quæ ſint potulẽtiores gignũtur ut teſtata ut mollia ut cruſtata: hæc enim omnia ſanguine uacãt: & natura frigida ſunt: ſed ſtagnis marinis & iuxta amniũ oſtia gigni ſolẽt. quærũt enĩ una teporẽ & alimẽtũ: mare aũt humidũ multoq; corpulẽtius aqua potulẽta eſt: atq; etiã ſua natura calidũ eſt: ut particeps oſ/um partiũ ſit. uidelicet humoris aeris terræ itaq; omnia adipiſcunt̃: quæ ſingulis his lo cis gignũtur: plantas enĩ terræ icolas qſpiã·eẽ ſtatuerit. Aquæ aquatile aialiũ gen9 ae ris pedeſtre: ſed q; magis minuſue & remoti9 aut ꝓpi9 res cõſtet, magna miraq; diffe-

rentia exiſtit. Quartũ genus non his locis quærẽdum eſt: quãquam aliquid eſſe exi/git ordine ignis: id enim quartũ corpus enumeratur: ueꝝ ignis ſemper formã non ꝓ/priam habere uidet̃: ſed in alio corpore aut enim aer aut fumus aut terra eſſe uidet̃ qđ ignitum eſt: ſed enim genus hoc apud lunam quærẽdum eſt: hæc enim quartã illã di/ſtantiam adipiſci uidet̃: ſed de his alias. Natura teſtati generis cõſiſtit: partim ſponte: partim aliqua ab ipſis emiſſa facultate: quãquam ſæpenumero ea quoq; ſpontina oriã tur conſtitutione. Sed generationes plantaꝝ accepiſſe hoc loco cõgruit: oriunt̃ enim eaꝝ aliæ ſeminæ: aliæ auulſione: nõnullæ etiam ſobole: ut cæpe: hoc igit̃ tertio modo mituli gignũtur: quippe qui minores ſubinde iuxta principiũ adnaſcũtur: buccina & purpuræ: & quæ fauaræ dicũtur quaſi a ſeminali natura humores quoſdam mucoſos emittũt: ſemẽ uero nullũ eſſe reputandũ eſt: ſed quo diximus mõ plãtis aſſimilant̃: q/obrem larga eoꝝ copia ꝓuenit. Cũ primũ conſtiterit aliqd: hæc enĩ oĩa uel ſpõte ut ori antur: euenit itaq; rõne tũc magis: cũ origo præceſſerit: conſiſtũt aliqd enim exremẽ tí ſingulis ꝓficiſci credendũ merito eſt ab eo principio cui ſoboles quæq; adnaſcit̃. Sed cum ſimilẽ habeant facultatẽ cibus excrementũq; cibi: fauantiũ ſubſtantiam ſimilem eſſe conſtitutioni primæ conſentaneũ eſt: quapropter excremẽto hoc gigni probabi/le eſt. Quæ aũt uel ſobolem nullã: procreant: uel non fauãt: eoꝝ omnium ortus ſpon/tinus eſt: omnia uero quæ hoc modo conſiſtũt: aut in terra: aut in aqua cũ putredine gigni uiſuntur: & hymbre admiſſo. Cũ enim dulce in principiũ conſtituendũ fecer/nitur: quod ſupereſt talẽ accipit formã: nihil aũt gignit̃ putreſcẽs ſed concoctũ: putre do uero & putridũ excrementũ rei concocte eſt: nihil enĩ ex toto efficit̃: quomodo ne que in iis quæ ab arte condũtur. Nam niſi ita eẽt: facere nõ reqretur. Sed q̃tum inutile eſt: id aut a natura aut ab arte detrahit̃. Generãtur aũt in terra humoreq; aialia & plã tæ: quoniam humor in terra ſpiritus in humore: calor animalis in uniuerſo ineſt: ita ut quodammodo plena ſint animæ omnia. Quamobrem conſiſtunt celeriter: cum ca/lor ille cõpræhenſus ſiue exceptus eſt: cõpræhendit̃ aũt & humoribus corporeis inca leſcentibus efficit̃ uelut bulla ſpumoſa: ſed differentia nobilioris ignobilioriſue generis conſtituendi in cõpræhenſione principii aialis eſt: huius autem rei cauſam & loca ha/bent & corpus quod cõpræhendit̃. In mari uero multũ portionis terrenæ ẽ: quo circa ex tali concretione natura teſtati gñis orit̃: ita ut pars terrena circiter dureſcat: coga/turq; eodẽ modo quo oſſa & cornua. (Sũt enim hæc illiquabilia igne) corpus itus cõ tineatur: quod uitã optinet unũ ex his genus cocleaꝝ coire perſpectũ eſt: ſed an ortus eaꝝ per coitũ ſit necne: nõdũ exploratum ſatis habet̃. Sed enim quæret qſpiam recte quid nã in his ſit quod ſecũdum materiale principiũ cõſiſtat: nam i fœminis excremẽ/tum quoddam animalis hoc ẽ: quod principiũ genitale a mare profectũ mouẽs potẽ/tia tale quale id eſt de quo uenit aĩal efficit. At in his: qd nam hoc eẽ dicẽdũ ſit; & un/de & quod principiũ genitale ſecũdum marem? ponẽdum igit̃ in animalibus generã tibus calorem in animali contẽtum; ſecernẽdo ex cibo ingeſto & cõcoquẽdo facere ex crementum: quod conceptus principium ſit: nec ſecus in plantis niſi q; in iis & qbuſdã animalibus nihilo maris principiũ deſideratur: habent enim hoc intra ſe mixtũ: at plu rimorum animalium excrementũ illo principio aget. Alimẽtum autem aliis aque: aliis terra: aliis quod ex iis conſtet. Itaq; q; calor in animalibus contentus ex alimento effi/cit: hoc temporis calor in aere abiente contentus: ex mari aut terra cõcernit cõcoquẽs atq; conſtituit, Quod aũt cõpræhenditur exceptum in ſpiritu animali; id conceptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit motumq; imponit. Constitutio igitur plantaꝝ: quæ ſponte oriuntur ſimilis eſt: quadam enim ex parte contrahitur: & alterum eius partis principium genitale: alterū alimentum ſit primum iis quæ oriuntur. At uero animalia quædam uerme naſcūtur. Tum exanguia quæ non ab animalibus gignuntur: tum etiam ſanguinea: ut mugilum genus quoddam: & aliorum fluuiatilium piſcium: ad hæc anguillarū genus: hæc enim omnia quamuis naturam parum ſanguineam habeant: tamen ſanguinea ſunt: & cor optinent: quod principium ſanguinarium corporis eſt. Quæ autē inteſtina terræ uocantur: uermis habent naturam: in quibus corpus anguillaꝝ conſiſtit: quāobrem de prima hominū atq; quadrupedum generatione ſi quādo primū terrigenę oriebantur: ut aliqui dicūt: non temere exiſtimaueris: altero de duobus his modo oriri: aut enim ex uerme conſtituto primū: aut ex ouo. Quippe cū aut intra ſe habeant cibū ad incrementū neceſſe ſit: qui quidē conceptus uermis é: aut aliūde accipere: idq; aut ex parente aut ex parte conceptus: itaq; ſi alterum fieri non poteſt ut affluat ex terra quō cæteris animalibus ex parem relinquitur neceſſario: ut ex parte conceptus accipiatur: talem generationem eſſe ex ouo aut uerme fatemur: ergo ſi initiū ullū generationis omnium animaliū fuit alterutrum de his fuiſſe probabile eſſe apertum ē: ſed minus rationis eſt: ut ex ouo prodierint: nullius enim generationē animalem talem uidemus: ſed alterā tum ſanguineoꝝ: quæ diximus: tum exanguiū qualia ſunt inſectoꝝ nonnulla: & ea quæ teſta operiunt: de qbus agit: nō enim ex parte aliqua oriunt ut ea quæ ouo naſcuntur. Incrementū etiam ſimiliter ut uermes capeſſunt: uermes cnī augentur in partem ſuperiorē & qua principiū continet: alimentum enim ſuperius ab iſerioribus miniſtratur: atq; id quidē cōmune cum iis quæ ex ouo proueniūt habet: ſed illa totā materiam abſumūt. In iis uero quæ ex uerme gignūtur: cū ex conſtitutione in parte inferiore contēta pars ſuperior creuerit: mox ex reliquo alimēto iſerior articulatur: cuius rei cauſa ē q; cibus poſtea quoq; in parte ſæpto ſubiecta cōficit oībus: incrementū autem hoc modo fieri uermiū apertū in apibus: cæteriſq; ſimilibus ē: principio cnī partem inferiorē magnam: ſuperiorē habent minorem. Idem augēdi modus in teſtatis ēt eſt. Quod & ipſum conſtat in genere turbinato ſcilicet anfractibus eius: qui ſub ide ac creſcent: plures efficiunt in partem priorē quod caput uocatur: dixi fere quēadmodū generatio: tum eoꝝ: tum cæteroꝝ ſponte orientum agitur: omne aūt genus teſtatum ſponte inſtitui apertum hinc eſt: quod nauigiis putreſcēte fæce ſpumoſa adnaſcuntur & locis multis ubi nihil tale aderat ante: poſt per inopiā humoris facto ceno oſtreæ p uenerunt ut apud chodū inſulam: cū claſſis applicuiſſet & lictilia protecta eſſent i mare tempore poſt cæno obducto teſtis oſtreæ in iis reperiebant. Nihil aūt partis genitalis emitti ab iis argumētum eſt: quod cū chii quidā ex pirrha leſbi inſulæ oſtreas uiuas portaſſent: & i loca quædā maris reciproci æſtus & euripo ſimilia dimiſiſſent: plures nihilo fuere temporis ſpatio: q̄q̄ incremento corporis plurimum profecerūt: Quæ autē oua appellantur: nihil ad generationē conferūt ſed inditio ſunt nutricationis melioris: quale in ſanguineis pingue eſt q̄obrem ſapore per id tēpus p̄ſtant ciboq; laudātur: argumēto q; & pinnæ & buccina & purpure continēt quidē ſemp ouū illud uocatum ſed alias maius: alias minus: ſunt ēt quæ nō ſemper ſed uere id habeāt: mox enim tēpore procedēte minuit demūq; totum aboletur ut pectines: mituli oſtreæ. Tempus hoc enim prodeſt eoꝝ corporibus: aliis nihil tale aperte uenit ut callis. Sed ſingula eorum & quibuſdam oriantur locis petere ex hiſtoria debes.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER QVARTVS INTEPRERE THEODORO.

Democritum Empedoclem & nonnullos alios non recte de maris & fœminæ generatione ſenſiſſe. Caput primum.

d DE GENERATIONE Animalium omniū: tum uniuerſum: tū ſingulatim dictū iam ē. Sed cū in eoꝝ pfectiſſimis mas & fœmina diſtincte habeant: eaſq; facultates omniū aīalium & plantaꝝ eē principia fatemur q̄q̄ in aliis indiſcretas: diſſerendū hic eſt: primo de eoꝝ ipſoꝝ generatione: impfectis enim adhuc ſuo in genere diſtinguitur ſexus maris & fœminæ. Sed utrū prius ēt quam hæc differētia ſenſu nrō pcipi poſſit alteꝝ mas alteꝝ fœmina ſit diſcrimine facto in utero. An poſt ābigitur. Alii enim protinus in ſeminibus hanc eſſe contrarietatem aiunt: ut anaxagoras: & alii naturales autores: etenim ſæmen gigni ex mare: fœminam autem locum prębere: marem a parte dextra: fœmina ſiniſtra proficiſci & uteri latere dextro marem contineri fœminā ſiniſtro. Alii uero id aſcribunt ut empedocles. Quæ enim uterum ſubierint calidum: hæc effici mares arbitratur: quæ frigidum fœminas: caliditas uero frigiditaſue cauſam eſſe confluuium meſtruorum. Quod frigidius uel calidiū ſit & aut antiquius aut recentius: democritus abderites differentiam maris ac fœminæ fieri quidē in matre ait: ſed non caliditate frigiditateue ad alterum effici marē alterum fœminam: ſed utrius tamen ſemen euicerit: quod ab ea prodiiſſet parte qua mas & fœmina inter ſe differunt: hoc enim empedocles profecto negligentius opinatus eſt: ut caliditate frigiditateq; tantum differre hæc iter ſe exiſtimaret: cum partes ipſas genitales: & uterū magnā habere differentiā cerneret: nam ſi poſtea quam formata ſunt aīalia alteꝝ partibus fœminæ omnibus. alteꝝ maris conſtitutū: mox in utero tanq̄ fornacæ ponantur quod uteꝝ habet in calido: quod non habet in frigido: erit foemina qđ utero caret: mas quod uteꝝ habet: quæ res īpoſſibilis eſt: itaq; eatenus quidē melius a democrito dicitur. Quærit enim ille differentiā huius gnationis & reddere conatur: ſed an bene nec ne id alio pertinet: tum etiam ſi caliditas & frigiditas cauſæ ſint: ut partes hæ differant: hoc explicare debuerūt: quia ita uolūt: hoc enim fere ē docere de gnatione maris ac fœminæ: his enim partibus plane differūt: nec paꝝ negotii ē: cām generatiōis eaꝝ partiū ab illo principio ducere: cū neceſſe ſit ita ſeq; ut aial refrigeret: pars efficiat ea quam uteꝝ appellamus: ſi caleſcit non hæc efficiat: eadēq; modo de iis partibus quæ ad coitum accōmodantur: nā eſſe differūt inter ſe ut ante expoſitū eſt. Ad hæc ſæpenumero euenit ut eadē in parte uteri gemini mas & fœmina generant: idq; ſatis inſpeximus in diſſectionibus animaliū uiuiparoꝝ: tum pedeſtrium: tum etiā piſciū. Quæ ſi non ille conſpexerat merito errabat: cū eam afferret cauſam ſed ſi cū hæc explorata habuiſſet ita ſenſit: abſurdū ſane eſt quod inſuper putarit cauſam uteri eſſe caliditatē aut frigiditatē: ambo enim ſemper aut mares aut fœminæ efficerentur. Quod non ita euenire uidemus. Item cū partes eius qđ gigniť diſcerptas eſſe fateať parti cnī in mare partim in fœmina eē putat ideoq; alteꝝ coire cū altero concupiſcere magnitudiné eaꝝ quoq; partim eſſe diuiſſam uelleq; coniūgi neceſſe eſt: non refrigeratione calefactioneue ita inſtitui: ſed ſeminis huiuſmodi cauſæ complura fortaſſe obciici poſſunt: modus enim

hic causæ figmẽto simílis est omnino: cæterum si ratio seminis ita se habet: ut explicatum a nobis est: & neq; ex omni corporis parte decedit neq; materiam ullam iis quę gignũtur præbet quod proficiscitur a mare: iam & ei & democrito & si qs alius ita cẽset occurrendum simili modo ẽ nec enim discerptum eẽ potest seminis corpus: ut partim in fœmina sit partim in mare ut empedocles cẽset cum dicat: sed discerpta gerũt: mas ipse & fœmina membra: neq; totum ipsum ex utroq; decedẽs: qa pars aliqua partem aliam uicerit: ideo efficit mas aut fœmina: quãquam omnino melius partis exuperãtia fœminã aut marẽ effici dixerit: quam perincuriam calori aut frigori tantũ causam tribuat: sed cur formam ẽt genitalis diuersam eẽ una eueniat causa reddẽda ẽ: ut hæc semper uicissim consequantur: nam si quoniã iuxta sunt ita fit: reliquæ ẽt quæq; partes consequi debuerunt: sunt enim inter eas quæ superant aliæ aliis propinque: itaq; si mul & fœmina eẽt & matri simile aut mas & simile patri: absurdum ẽt tantum eas effici partes oportere nec totum corpus mutari existimare: & præcipue primoq; uenas quibus ueluti descriptione deductis, corpus adiacet carnium quas suã recipere qualitatẽ propter uterum nulla probabili ratione dici põt: sed potius uterum propter eas suam recipe qualitatẽ ratio ẽ: quãquã enim utrumq; sanguinis conceptaculum ẽ: tamẽ uenæ sunt prius: principium aurẽ mouẽs prius eẽ semp & causam gnationis aliqua sui q̃litate necesse ẽ. Accidit igitur differẽtia earum partium inter se fœminæ & mari nõ id esse principium neq; causam eẽ hanc arbitrandũ sed aliam etiam si nullum semẽ uel a mare uel a fœmina decedit: sed quolibet modo consistit: quod gignitur. Quinetiã cõtra eos qui marẽ a dextra fœminã a leua parte proficisci aiunt: eadẽ ratio sufficit quæ cõtra empedoclẽ & democritum: siue enim nulla materia a mare affert: siue aliqua affertur ut uolunt nihil dicunt qui ita cẽsent: necnon empedoclis sentẽtiæ pari ratione occurrẽdum est: qui marẽ a fœmina distinguit caliditate uteri & frigiditate: quod illi etiã faciunt q̃ dextris sinistrisq; rõnẽ describũt: quanq̃ uideant marẽ & fœminã inter se differre: & parte & toto. sed cur sinistris corpus uteri adiungatur dextris nequaquã: nam si fœtus eo uenerit: nec eam ipsam habuerit partẽ fœmina erit sine utero: & mas erit cũ utero. si ita fors tulerit. Itẽ ut ante retulimus: & fœmina parte uteri dextra cõtineri uisa est: & mas læua: & ambo eadẽ in parte idq; non semel sed sæpius: quam aut mas in dextra aut fœmina in læua nec minus ambo in dextra gignuntur: atq; ẽt cum gemini mas & fœmina gestarẽtur marẽ in læua: fœminam i dextra contineri pspectum ẽ: Proxime quia aliqui persuasi dicunt teste prælígato dextro aut sinistro cuenire p coitum: ut mas aut fœmina generetur. Sic enim & leophanes dicebat. Tum ẽt excctis alterum testẽ hoc idem accidere quidam aiunt non uere sed rem coniectantur futuram ex consentaneis atq; anticipant: quasi ita sit priusquã ita fieri uideant: ignorant etiam nihil ad generationẽ maris aut fœminæ conferri ab iis partibus: cuius rei inditium q̃ multa animalia & ipsa mares ac fœminæ sunt: & generant partim fœminas: partim mares: cum tamen testes nõ habeãt: uelut ea quæ pedibus carẽt: uerbi gratia genus piscium & serpẽtum causam uero maris & fœminæ caliditatẽ frigiditatẽue arbitrari sequerniq; de dextris aut de sinistris: nõ sine ulla ratione dici potest. Sunt enĩ partes corporis dextræ calidiores sinistris & semẽ concoctũ calidius ẽ: quale id quod spissum est fecundius aũt quod spissius est: sed ualde a longe tangitur causa cum ita aufertur. Accedẽdũ aũt semper ad rei causas primas: quod maxime fieri potest propius de corpore igitur toto & de partibus quid quæq; sit; & qua de causa iam ante explicatum alibi ẽ.

Sed cum mas & fœmina potentia quadã & impotentia diffiniantur, quod enim potest cõcoquere & constituere & secernere semen atq; principiũ optinẽt formæ: id mas est principiũ autẽ non hoc dico ex quo ut materia tale gignitur quale, quod generat est, sed id quod primũ moueat siue in seipso siue in altero possit hoc facere: quod autẽ recipit nec potest constituere & secernere id fœmina est. Item si omnis cõcoctio calore efficitur mares quã fœminas esse calidiores necesse est, ob frigiditatem enim & impotentiam fœmina sanguine abundat quibusdã sui corporis locis: idq; inditium facit, contra quam aliqui afferunt causam: cum fœminam esse mare calidiorẽ opinentur: idest mestruoq; emissionem. sanguis enim calidus est: & quod plus sanguinis habet hic calidius est, putant aũt hunc affectum moueri abundantia sanguinis & calor is: quasi æq; quod uis sanguis esse possit: modo humidũ sit & colore cruentum: nec ita eueniat ut minus sanguinis & sincerius fiat in corpore alimenti melioris & habitus. sed illi perinde ac excrementum aluí: quod pluris sit hoc iudiciũ esse naturæ calidioris: magis quam quod minus existimant. At qui contra omnino est, ut enim in fructibus conficiendis ex copia primi alimenti parum secernitur: quod utile sit demumq; nulla pars remanet respectu copiæ primæ: sic in corpore animalis postq̃ partes per successionem alimentum cõficiendum receperunt: ad postremum parum admodũ remanet ex toto alimento: quod in aliis sanguis: in aliis proportionale sanguinis est, sed cum alter; potest alterum non potest secernere excrementũ sincerum; omnisq; facultas instrumentũ aliqd̃ sibi accõmodatum habet: ei quæ melius & quæ deterius idem efficiat, fœmina aũt & mas cum multifariã uerba hæc posse & non posse: dicantur modo prædicto: sibi opponatur: instrumentũ ob causam rẽ tum fœminæ: tũ mari tribui necesse est, itaq; alteri uterus alteri coles datus ẽ. Natura autem simul & facultatem cuius dat & instrumẽtum: sic enim melius est, quamobrem singula loca una cum singulis excrementis: & facultatibus sibi accõmodatis instituuntur: atq; ut nec uisus sine oculis neq; oculus sine uisu perficitur: sic & aluus & uesica simul atq; excrementa fieri possunt conditur, sed cum idem sit ex quo generentur & augeantur. idq; sit adimentũ. pars corporis quę que ex tali materia taliq; excremento qualis est capax consistet: & fiet: Gignitur item ex contrario quodãmodo unum quodq; ut nos censemus. Ad hæc tertiũ illud sumendum est: ut quoniam omnis delatio in contrarium est: quod non ab eo superatur a quo conditur siue creatur: id in contrarium mutari necesse sit. his ita subiectis apertius fortasse iam fuerit: qua de causa alterum mas alterum fœmina fiat. Cum enim principium non superat neq; concoquere potest ꝓpter caloris inopiam: neq; ducit in suam formam: sed tantisper superatur mutari in contrariũ necesse est, contrariũ autem maris fœmina est uidelicet qua alterũ mas alterum femina est. Et cum facultatis siue uirtutis differentiã habeat: instrumentũ quoq; habet auersum. itaq; in tale mutatur. parte autẽ aliqua oportuna mutata cõstitutio tota aialis multo discrepat forma. licet hoc perspicere in spadonibus qui una parte truncati tã a pristina forma discedunt parumque a fœmina specie distant. Cuius rei causa est: q̃ partes nõnullæ principia sunt: principio aũt mutato multa ex iis quæ sequũtur cõmutari & dimoueri necesse est, quod si mas principiũ quoddã & causa est: masq; est qua aliquid potest fœmina uero qua non potest: potẽtiæ aũt & impotẽtiæ ratio sic describẽda est: ut facultas aut assit: aut desit cõcoquendi ultimi alimenti quod in sanguineis sanguis appellatur: in exanguibus ꝓportionale, eiusq; causa in principio & parte quæ originẽ naturalis caloris cõtinet sita

est: cor profecto in sanguineis cõstituí: & aut marem aut foeminam fieri quod gignitur necesse est: in cæteris uero generibus mas & fœmina est quod proportionale cordis habetur: origo & causa foeminæ & maris hæc & in hoc est. fœmina autẽ & mas iam est cum partes etiam habent quibus fœmina differat a mare. non enim quauis parte mas aut fœmina est quomodo nec uidens nec audiens. Sed repetendo dicimus. item semẽ excrementum esse ultimũ alimenti positum est. ultimum autem id intelligi uolo quod in unamquãq; partem feratur: quãobrem quod generatum est: simile ei quod generauit est. Nihil enim refert ab unaquaq; parte proficiscatur: an ad unamquãq; accedat. sed rectius ita. maris aũt semen differt q̃ principium in se continet tale quo moueat: & alimentum in animali ultimũ concoquat. fœminæ semen materiã tantũ præbet. quotiens igitur semen superat maris ad se ducit: cum superatum est in cõtrarium demutatur. hoc est in corruptionem. contrarium aũt maris fœmina est. fœmina eruditate frigiditateq; sanguinei alimenti describitur. natura uero excremento cuiq; dat concepta culũ: semen aũt excrementũ est quod in calidioribus atq; maribus sanguinei generis contractius est quapropter mẽbra capientia eius excrementi meatus in maribus sunt. At fœminis præ eruditate copia redundat sanguinea. inconfectus enim inconcoctusque sanguis est: itaq; conceptaculũ eius haberi necesse est. idq; dissimile esse & amplius. quocirca natura uteri talis est qua parte fœmina differt a mare. Exposui causam quãobrem alterũ mas alterum fœmina generetur.

Inditia quibus maris a fœminæ generatiõe generatio discernat. Caput secundũ.

i Nditia uero faciunt res quæ accidunt. nouella enim & senescens ætas magisq̃ florens fœminas generat. in altera enim calor nondũ perfectus est: in altera deficit. humidiora etiã effœminatioraq; corpora fœminam potius gignunt: & semina humida magisq̃ spissa hoc idẽ faciunt. hæc enim omnia eueniũt caloris inopia naturalis. Flatibus item aquilonis magisquã austrinis mares gignuntur. fit etiã ut excrementis eiusmodi corpora abundent: plus aũt excrementi concoctu difficilius est quãobrẽ maribus semen mulieribus mestrua decedunt humidiora. Tum etiã ut mestrua secundũ naturã mensibus decrescentibus potius fiant eadẽ de causa accidit. tempus enim hoc mensis frigidius est & humidius propter lunæ decrementũ defectionẽq; Sol enim per totũ annũ hyemẽ atq; æstatẽ facit. At luna per mensem id agit quod ita fit non accessu discessuq; lunæ: sed altero increscente luce: altero decrescente. Necnon pastores aiunt interesse ac maris ad fœminæ pecoris foctura nõ solũ si ita accidit: ut initiis aquilonis austrinisue flatibus fiat: sed etiã si cũ pecus coit: spectat ad aquilonẽ aut austrũ. Ita minimo interdũ momento causa datur caliditatis aut frigiditatis, hæc uero causam cõplent generationis. Dissident oino inter se mas & foemina: ob eas quas dixi mus causas ad maris aut foeminæ generationẽ: sed moderatione quæ intercedat opus est. nã oia quæ uel natura uel arte efficiuntur ratione aliqua sunt. Calor aũt si ualde superat exiccat humorẽ: si multo deficit non concernit: sed medii rationẽ ad rẽ condendã seruari requiritur. Alioquin ut in iis quæ igne coquuntur plus ignis deurit: minus non coquit: ac euenit utrinq; ne quod agitur perficiatur. Sic in coitu maris & foeminæ moderatione opus est. hinc multis tũ maribus: tũ foeminis euenit: ut coniuncti inter se nequeant generare: disiuncti queant: & aut minoribus natu aut maioribus hæ contrarietates existant equæ in generatõe sterilitateq; & maris foeminæq; procreatiõe. Quĩ & inter terras & aquas interest eisdẽ de causis. qualitatẽ enim quandã potissimũ reci-

pit & alimentũ & dispositio corporis ex tẽperamento aeris continentis & cibi ingredientis: sed præcipue ex alimonia aquæ: huius enim usus plurimus est: atq; in omnibus aqua alimento est etiã siccis. Quãobrẽ aquæ crudæ & frigidæ aut sterilitatem aut partum foemineum faciunt.

Causæ ob quas nati uel parẽtibus uel aliis sint aut similes aut dissimiles. Caput tertiũ.

Edem causæ sunt: & ut alii parentibus similes generẽtur: alii dissimiles & alii e patri: alii matri: tũ corpore toto: tũ uero partibus singulis & parentibus magisq̃ maioribus suis & iis potiusq̃ quibuslibet: ac mares potius patri: foemina matri: alii nulli consanguineo similes: sed tamen homini similes: alii ne homini quidem sed iã monstro. Qui enim suis parentibus similis non est monstrũ quodãmodo est. discessit enim in eo quodãmodo natura ex proprio genere. cepitq; degenerare: sed initiũ primũ degenerandi est foeminã generari non marẽ: uerũ hoc necessariũ est naturæ. Genus enim seruari oportet eoq; quæ foemina & mare distinguuntur. Sed cũ fieri possit ne aliquando semen superet maris aut ob ætatẽ iuuenilẽ senilẽue: aut ob aliã eiusmodi cãm: foeminã ob eam rem gigni necesse est scilicet ad cãm cuius gratia & finẽ: quãquam per accidens necesse est. nã principiũ hinc sumatur oportet. quotiens enim excrementũ seminale bene concoctũ in mestruis est: motus maris agit pro sua forma. nihil enim refert genitura dicatur an motus: id quod partẽ corporis unãquamq; augeat nec interest augentẽ motũ: an principio instituentẽ placeat apellare eadẽ namq; ratio motus est. itaq; si superat faciet marẽ non foeminã & similẽ ei qui generat non matri: sed si non superat: pro ea qua non superarit facultate defectũ faciet. facultatẽ aũt hoc modo intelligi uolo quod generat: non solũ mas est: sed etiã talis mas ut coriscus aut socrates nec modo coriscus est uerũ etiã homo: atq; ad hunc modũ alia propius: alia remotius insunt in eo quod generat uidelicet qua genitale est non per accidẽs. Verbi gratia si grãmaticus aut uicinus cuiusquã qui generat est. Valet aũt super in generando magis quod propriũ & particulare est. Coriscus enim & homo & animal. generat autem & quod particulare est & quod genus est: sed magis quod particulare: hoc enim substantia est: Quod enim gignitur & si quale quid est: tamen hoc quicquã est: idq; substantia est. quãobrẽ ex facultatibus insunt in seminibus eiusmodi oium motus: maiorum etiã propria in nepotũ semine insunt potentia: sed propinquius semper quod particulare est: particulare coriscũ dico & socratẽ: sed cũ omne quod mutatur non in quodlibet: uerũ in sibi oppositũ transeat. Ideo & quod in generatione non superatur. transeat in oppositũ necesse est: pro ea facultate qua non superarit: quod generat moueatq;: quod si qua est: mas non potuit fœmina gignitur. sed si qua est coriscus aut socrates: non patri sed matri simile gignitur: ut enim oino patri mater opponitur: sic singulis generantibus singulæ generantes opponuntur similiq; modo in sequentibus facultatibus agitur. semper enim in sequentẽ & proximũ maiorẽ potius transitur tã in patre quã in matre. Insunt aũt motus alii actu: alii potẽtia actu isunt motus eius q generat & uniuersaliũ ut hominis: ut aialis potentia. insunt motus fœminæ & maioꝝ tã in patre quã in matre. mutatur igitur transigens in opposita. motus autẽ qui creant soluũtur in propinquos. Verbi gratia: motus eius qui generat si soluatur: primũ differentia minima in motũ patris transibit: mox in aui atq; deinceps ad hunc modũ in cæteros similes. In fœminis quoq; transitus fit. motus enim concipientis in motũ soluitur matris si non in eũ in auiæ eodẽq; modo in superiores: sed potissimũ ita natura fert: ut

qua mas & qua pater est simul aut superet aut superetur. parum enim discriminis est. itaq; ut simul utrunq; eueniat nequaquã difficile est. Socrates enim uir talis quis est. quamobrẽ mares magna ex parte similes patri existunt: fœminæ matri. simul enim ĩ utrunq; discedit. opponitur aũt fœmina mare: mater patri discessusq; inopposita fit sed si motus qui a mare est superarit. qui uero a socrate est non superarit: aut hic superarit: ille non ita: euenit ut mares similes matri: fœminæ similes patri generẽtur. Item si motus maris seruetur. Socratis soluatur in patris mas erit auo similis: aut alicui cæterorũ superiorũ maiorũ prout solutio tetenderit. Sed si qua est mas superetur: fœmina erit similis potissimũ matri assimilabitur matris aut alicui superiorũ pari ratione. Idem modus partiũ quoq; est. sæpe enim aliæ patri similes aliæ matri: aliæ maiorũ alicui similes constituuntur. insunt enim & partiũ motus: alii actu: alii potentia ut: sæpius diximus. oĩno subiicienda sunt tria illa unũ quod modo dixi motus inesse: alios potentia: alios actu alterũ degenerare in oppositũ quod superatur. Tertiũ transire in motũ proximum id quod soluitur: & si minus soluitur in propinquũ: si magis in remotiorẽ discedere: demũq; ita confundi ut nemini suorũ similes prodeant: sed cõmune tantũ relinquatur: ut hõ sit cuius rei causa est q̃ cõmune particularia consequitur omnia. homo enim uniuersale est socrates pater & quæcũq; est mater particulare est. causa ut motus soluantur est: q̃ omne agens patitur etiã a patiente. ut qd̃ secat habeatur ab eo quod secatur: quod calefacit refrigeratur a calescente. deinde quocunq; mouet excepto primo: mutuo mouetur aliquo motu. Verbi gratia quod pellit pellitur quodãmodo qd̃ præmit reprimitur. Interdũ etiã ita fit: ut quod agit magis patiatur q̃ agat & refrigeretur quod calefacit: calescat quod frigefacit. Cum aut nihil fecerit aut minus quã ipsum affectũ est. dixi de iis cũ de ratione agendi patiendiq; docerem uidelicet quibus in rebus inesset agere & pati. Degenerat aũt quod patitur nec superatur aut defectu facultatis eius quod coqt & mouet: aut copia frigiditate quæ eius quod cõcoquitur & distinguitur. Cum enim partim superet partim non superet facit multiforme quod cõstituitur. ut athletarũ nõnullis per usum cibi nimiũ accidit. Cũ enim per copiã pastus natura nequeat superare: ut proportione augeat formãq; seruet eandẽ: diuersæ efficiuntur partes & adeo interdũ: ut nihilo fere similes primis euadãt. proximũ huic ẽ morbus quẽ satyriã appellamus: etenim in eo præ abũdantia fluctionis aũt flatus crudi in partes faciei decũbentis facies aĩalis diuersi & satyri apparet. Sed quã ob cãm mares & fœminæ generẽtur & alii parẽtibus similes: fœminæ fœminis: mares maribus. Alii e diuerso: fœminæ patri: mares matri. deniq; alii maioribus suis similes: alii suorũ nemini similes existant. idq; tum corpore toto: tũ partibus singulis de iis inquãoibus dictũ iam est. Sententiæ aũt aliorũ etiã naturæ interprætũ sunt de his rebus scilicet quãobrẽ similes parẽtibus generẽtur: afferũt illi duplicẽ modũ rationis. nõnulli enim ita cẽsent ut ab utrouis plus seminis uenerit: ei similes magis generẽtur: æque toti totũ: & parti pars: quasi ex una quaq; parte semen decebat. sed si par de utroq; uenerit: similis neutri procreet: qd̃ falsum est nec omni ex parte decedit: constat nec similitudinis & dissimilitudinis cãm id esse quod referũt. tũ etiã quẽadmodũ simul & fœmina sit & patri similis: aut mas: & similis matri non facile explanare possunt. Quod enim ut Empedocles aut Democritus causam de mare & fœmina reddũt impossibilia modo alio dicũt: sed qui quod plus minusue a mare aut a fœmina secesserit: alterũ marẽ: alterũ fœminã gigni causantur: ii nequeant explicare quẽadmodũ fœmina patri similis mas similis

matri reddantur. simul enim plus de utroq; uenire impossibile est. Ad hæc cur simíles maioribus suis magna ex parte remotisq; generentur? cum nihil seminis ab illis secesserit. nihil profecto isti quod bene tueantur habent: sed qui reliquum similitudinis modum afferunt ii tum cætera: tum uero hoc melius dicunt. Sunt enim qui semen genitale dicant: quamuis unum tamen ueluti omnifariam quandam esse multorum seminum mixtionẽ. Itaq; ut si quis multa sapoꝝ genera in eodem humore miscuerit mox in de sumat possitq; sumere semper non tantundem ex uno quoq;: sed modo huiusmodi illius plus: alias etiam ex hoc sumat: ex illo nihil sumat. sic in semine genitali esse: cum ex multis ac uariis mixtum sit. a quocunq; enim gignente accesserit plurimum: ei simílem forma generari: sed hæc ratio nec plana est: & passim fictitia est: uult hæc nõ actu sed potentia inesse: quam omnifariam seminis cõmixtionẽ appellat: & quidem ita dici melius est. illo enim modo impossibile est: hoc possibile est. Verũ qui ita causam reddunt nullo modo rationem afferre de omnibus facile potuerunt. cur fœmina cur mas gignatur. Quamobrem sepenumero fœmina patri simílis mas matri proueniat. Atque etiam de maiorum similitudine: ad hæc qua de causa interdum homo quidem sed nulli suorum simílis generetur: alias usq; adeo procedendo degeneret: ut demũ ne homo quidem sed animal tantum aliquod existat. Quæ monstra dicuntur. proximum enim ab iis quæ iam explicauimus est: ut causas de monstris reddamus. ad extremum enim cum motus soluantur & materia non superetur: remanet quod maxime est uniuersale. ideſt animal. Iam puerum ortum capite arietis aut bouis referunt. Idemq; in cæteris membrum nominant animalis diuersi uitulum capite pueri & ouem capite bouis natam asseuerant. Quæ omnia accidunt quidem causis supradictis. sed nihil ex iis quæ nominant est. quanuis similitudo quædam generatur: quod euenit etiam non in monstrum peruersis. quamobrem sæpenumero per conuitium nonnulli deformes assimilantur: aut capræ ignem efflãti: aut arieti peculeo: physio gnomon quidam omnes ad duorum aut trium animalium formas redigebat. & dicendo plerũq; persuadebat. Sed enim impossibile esse ut tale monstrũ gignatur. ideſt alterũ in altero animal: tẽpora ipsa grauiditatis declarant quæ plurimũ discrepant in homine & cane: & ĩ oue & bue: nasci autẽ nullũ nisi suo tẽpore potest. partim igitur hoc modo dicuntur monstrua partim q̃ forma prodeant multimẽbri scilicet multis pedibus: aut multis capitibus sed profecto rationes monstrorũ & oblæsorũ animaliũ propinquæ & similes inter se quodã modo sunt: monstrum enim oblæsio quæda est.

Quas ob causas monstrosa aĩalia generentur & quare aliis 'unifer; aliis paucifer aliis multiplex sit partus. Caput quartum.

Emocritus uero monstrua fieri ea causa scribit: q̃ duo subeunt semina: alterũ ante: alterũ postea: quæ cũ in utero confundantur euenit: ut mẽbra
d coalescant atq; dissideant. Auibus uero quoniã coitus agitur crebro: idcirco semper & oua & colorẽ euariare autumat. Sed si ita sit: ut ex uno semine eodẽq; coitu plura generentur: quod patet prestat non circumire uia omissa breui & facili: iis eni tũ maxie id accidere necesse est cũ semina non distinguuntur: sed simul subeunt. quod si semini maris causa tribuenda est: hoc modo dicendũ sit. Sed eni ex oto potius causam in materia: constituendisq; conceptibus esse censendũ est: quãob

rem monstra eiusmodi raro admodum fiũt in iis quæ singulos pariunt. sed crebrius in iis quorum partus est numerosus: & præcipue in auium genere: earumq; potissimum in gallinis: iis enim partus numerosus: non modo q; sæpe pariant: ut columbæ: uerũ etiam q; multos simul conceptus intra se continent: & temporibus omnibus coeunt: hinc gemina etiam pariunt plura. cohærent enim couceptus: quoniam in propinquo alter alteri est: quomodo interdum fructus arborum complures: quod si uitella distinguuntur membrana gemini pulli discreti sine ulla superuacua parte generantur: sed si uitella continuantur: nec ulla interiecta membrana distinguuntur: pulli ex iis monstrifici prodeunt corpore & capite uno: cruribus quaternis: alis totidem: quoniam superiora ex albumine generentur: & prius (uitellum enim cibo iis est) pars autem inferior postea instituitur: quãquam cibus idem indiscretusq; suppeditatur. iam serpens etiam biceps uisus est: uidelicet eadem de causa. nam id quoq; genus oua parit & multa numero. sed rarius in eo monstri institutio euenit: propter uteri formam: porrecta enim in uersum copiam ouorum continetur pro uteri longitudine nec uero in genere apum aut uesparum tale quid accidit. Cellulis enim discretis partus earum continet. At in gallinis e contrario fit. Vnde apertum est causam euentorum huiusmodi in materia esse putare oportere: ut enim in iis quæ plura pariunt magis, sic in iis quæ pauciora minus id accidit. Quocirca homini minus. singulare enim perfectumq; parit. nam & homini locis quibus mulieres præ fœcũdæ sunt magis id euenit ut in terra ægypto capris uero & ouibus magis ut fœcundioribus accidit atq; etiam magis multifidis. multipara enim id genus animalia sunt: nec partim perficiũt: ut canis: cæcos enim magna eorum pars solet parere: quod quam ob causam accidit: & quamobrem pariant multos postea explicabimus: sed enim hæc propensiora iam sunt suapte natura ad monstrificam portionem: quando non similes sibi generãt: sed imperfectos. nam & monstrũ quid dissimile est: quamobrem iis quorum talis natura est facilius casus hic obuenit. in iis enim potissimum: & quæ metachera appellantur consistunt: quæ aliquatenus labe monstrifica sunt affecta. nam deesse aut superesse quicquam monstrosum est. mõstrosum est enim res præter naturam: sed præter eam quæ magna ex parte sit. nam præter eam quæ semper & necessario est nihil fit. uerum in rebus iis quæ magna quidem ex parte ita fiunt: sed aliter etiam possunt fieri. euenit: quod præter naturam cõsistat. nam & inter ipsas quibus accidit quidem præter hunc ordinem: sed nunquam quolibet modo: minus monstrum esse uidetur quoniam quod præter naturã sit. Idem etiam secundum naturam quodammodo est: cum naturam materiæ: natura formæ non superat: quamobrem nec ea monstri nomine appellantur: neque ubi fieri aliquid solet ut in fructibus. uitis enim quædam est: quam aliqui Capinum uocant: quæ cum uuam albam soleat ferre si nigram tulit: monstrum id esse non putant: quoniam sæpissime id facere soleat. causa est q; sua natura inter albam & nigram est. Itaq; non longe disceditur: nec præter naturam fere. non enim in aliam naturam transitur. At in iis quæ pariunt plura. Tum ea ipsa eueniunt: tum uero copia partus impedit: alter alterius perfectionem & causam genitalem. de partu numeroso paucifero & singulari: atq; etiam de iis partibus: quæ aut supersunt aut desunt quæstio existere potest. Gignũtur enim interdũ alia pluribus quã iustum sit digitis: alia uno tantũ. eodemq; modo in cæteris partibus: aut excedunt aut deficiunt. nonnulla etiam duplici genitali altero maris: altero fœminæ nascũtur: & in genere quidẽ hominũ: sed maxime in capra

rum: gignuntur enim quas uocant hircænas propterea q; simul genitale habẽt & maris & fœminæ. Iam & cornu gerens in crure capra conspecta est. Partibus etiam internis mutationes detrimentaq; accidunt: ut uel careant aliquibus: uel habeant minuta & læsa: uel plura numero uel non suis posita locis. Sed corde carens nullum unquã animal ortũ est: quanquã liene carens: & duplicem habens lienem: & altero uacans liene usum est. Iecore etiã carens toro nullum notatum est quanquã quod non totũ haberet: iã patuit: hæc autẽ in perfectis uiuisq; reperiuntur: felle itẽ priuata prodierunt: cũ sua natura habere deberent: alia contra plura habuerunt. Iã locis etiã permutatis iecur latere sinistro lien dextro contineri usus est: hæc ut modo dixi in animalibus iã perfectis explorata sunt: in nascentibus autẽ uariæ perturbatur. Quæ si parũ de sua natura discedunt: uiuere solent: si plus uiuere nequeunt: uidelicet cum quod præter naturã est partibus uiuendi principalibus accidit: modus uero considerandi de his est utrum eandem causam putare oporteat partus singularis & partium defectus. Itemque partus numerosi & partiũ excessus: an non eandẽ. Primum igitur q; alia pariant multa: alia unũ merito quispiã miretur. Quæ enim maxima inter animalia sunt ea singulos pariunt ut elephans: camelus: equus & reliquæ sollipedes quæ parti maiora cæteris sunt partim longe magnitudine superant. Canis uero & lupus & reliqua multifida omnia fere pariunt multa: atq; etiã parua eiusdẽ generis: ut mures bisulca pauca generant: pterquã sues: hæc enim inter multipara est enumeranda. Ratio enim probabilis est ut maiora animalia plura generare pluscq; afferre seminis possint. Sed certe id ipsum quod admirari facit causæ est: ne admiremur: facit enim corũ magnitudo. ne multa pariant cibus enim in iis absumitur in corporis incrementũ: minoribus uero natura demendo de magnitudine auget in excremento seminali exuperantiã. Itẽ plus seminis genitalis esse quod maioris est animalis: minus autẽ quod minoris necesse est. At multa effici parua in eodẽ possunt multa magna effici difficile est: mediocribus uero magnitudinis mediũ a natura datũ est. Sed quãobrẽ animatũ alia maiora sunt alia minora: alia mediocra: causam ante reddidimus: sunt alia unipara: alia paucipara. alia multipara: & magna ex parte unipara sunt: quæ sollipeda: paucipara quæ bisulca: multipara quę multifida: cuius rei causa est: q; magna ex parte magnitudines corporis iis differentiis distinguuntur tũ non ita in omnibus est magnitudo enim & paruitudo corporis causam habent partus amplioris: & partioris: non sollipedis: aut multifidi aut bisulci generis ratio: cuius rei testimoniũ est: q; elephas animaliũ maximũ idẽq; multifidũ est: camelus bisulcũ est: quod maximũ inter reliqua est: nec solũ in pedestriũ genere: sed etiã in uolatilibus & nantiũ magna pars fœcunda sunt parua uero perquã fœcũda cadẽ de causa: plantæ etiã non quæ maxime sunt plurimũ afferunt fructus: diximus quãobrẽ alia parere multa alia pauca sua natura assolent. Sed huius quæstionis illud maxime quis miretur in iis quæ pariunt multa: q; plerunq; uno initu animalia id genus ipleri cernitur. Semen autem maris: siue ad materiã confert se adhibens partẽ conceptus & miscens cũ fœminæ. siue non eo modo: sed ut nos censemus cogit: conditq; materiã contẽtã in utero: fœminaleq; fœminæ excrementũ ut succus lactis humorẽ spissat: cur tandẽ non unũ efficit animal incrementi maioris ut succus in lacte non certa quãtitate ad cogendũ describitur: sed quo plus lactis succi subierit: eo plus collostri cõcrescit: semẽ igitur trahi a locis uteri atq; ob eã rem multa generari pro numero locorũ & acetabulorũ quæ unũ non sunt opinari nihil rationis est: sæpe enim eodem in loco uteri gemini

consistunt: in genere etiam multiparo cum plenus fœtuum uterus fuerit deinceps alius ab alio iacere cernuntur: quod ex dissectionibus patet: sed ut perficiendi cuiusq; animalis certa est magnitudo: tum ad maius tum uero ad minus: quem terminū non supragrediuntur: ut uel maiora uel minora euadāt: sed in medio magnitudinis spatio excessum defectūue inter se capiunt: atq; ita homo alius alio auctior est & cæterorū qdquis animalium: sic materia seminalis ex qua consistūt: non indefinita est: nec plus nec in minus: ut ex quantalibet possint generari. Quæ igitur animalia ea quam diximus causa plus excrementi secernunt: quam satis sit ad unius animalis originem, iis fieri nō potest: ut ex eo toto unū gignatur animal: sed toto numero gigni necesse est: quod magnitudinis debitis præscripta sunt: nec uero maris semen plus quicquam aut minus constituit: quam a natura sancitum est: eodēq; modo si plus seminis mas emiserit aut facultates plures in femine diuidendo contenta: nihilo maius efficiet quanuis plurimū accesserit. Immo contrarium aget exiccando enim ignis quo plus fuerit: eo magis calefaciet aquam: sed certus caloris terminus est ultra quem si ignē augeas nihilo reddes aquam calidiorem: sed facies ut magis euaporetur: demumq; deleatur & exiccetur. Cum igitur hæc moderationem certā inter se requirant scilicet excrementū fœminæ & maris qui semen emittant: multipara animalia statim emittunt quod sibi conueniat uidelicet mas quod diuisum possit constituere plura: fœmina tantum ut plura constitui possint: lactis autem illud exemplum simile non est seminis enim calor nō modo efficit quantū sed etiam quale quid. At succi & coaguli calor quantum duntaxat constituit. Causa igitur ut plures conceptus contrahantur: nec unū continuum ex cunctis consumetur in multiparis animalibus: hæc est: quod non ex quantolibet cōceptus inchoetur: sed si aut parum aut multum admodum sit gigni non poterit: præscripta enim ceteraq; est uirtus & patientis & agentis: simili modo in uniparis magnisque animalibus non multa ex multo excremento consistunt. cū in iis etiā ex certo quanto certum quantū quod conficitur sit: plus igitur materiæ talis non mittit ea quā prædiximus causa quam autē mittit talis per naturam est: ex qua unus tantum cōceptus generetur: quod si aliquando plus accesserit: tunc gemini nascentur: ex quo fit ut hęc portenta potius iudicentur: quoniam preter solitum & quod magna ex parte agatur proueniunt: homo cum omnibus generibus ambigit: nam & uiuipaꝝ & paucipaꝝ & multipaꝝ interdū est: sed maxime sua natura unipaꝝ est hūore profecto caloreq; corporis multipaꝝ est: seminis enī natura humida & calida est: sed suæ magnitudinis ratione paucipaꝝ atq; unipaꝝ est: hinc tēpus etiam uteri ferendi enorme unū hoc animal sortitū est: cæteris enim unum est tempus homini uero plura sunt: quippe cū & septimo mense & decimo nascatur: atq; etiam inter septimū: & decimū positis: qui enī mense octauo nascuntur: & si minus tamē uiuere possunt: cuius rei causa accipi ex iis quæ modo explicauimus potest: dixi de his in problematibus atq; de his rebus ita disseruisse statuisseq; satis sit. Partium autē superuacuarum preter naturam: eadem causa ē quæ geminorum generatiōis: iam enim in conceptu causa accidit: uidelicet si plus materiæ consistit: quā pro ipsius natura partis sit: sic enī accidit ut uel pars maior quā iustum sit efficiatur. Verbi gra: digitus aut manus aut pes: aut aliud ex cæteris postremis aut mēbris uel fisso conceptu plures reddatur: quomodo in fluuiis uertigines geminantur: fit enim ibi ut humor qui fertur & profluens mouetur: si in aliquid offenderet, secetur: & ex una in duas euadat: constitutioneq; eundē habeant motū: hoc eodē

modo in conceptibus euenit: adnascuntur partes ille uacantes maxime quidem propinque: sed aliquando etiam remotæ propter conceptus motionem: quanquam præcipue q materiæ exuperantia ibi redditur quod tandem decubuit: formam uero unde superfuit: inde recipit. Quibus autem gemina habere genitalia accidit: alterum maris alterum fœminæ: iis semper alterum ratum alterum irritum redditur: cum per alimentum subinde delitescat: quoniam preter naturam est: agnatum est enim modo abscessus: nam & abscessus assumunt aliquid nutrimenti: quāuis post geniti sint & præter naturam. Sed si q creat omnino aut superat aut superatur: similia oriuntur duo: ac si partim superauit: partim superatum est: alterum fœmina alterum mas generatur: nihil enim interest de partibus an de toto dicamus: uidelicet quam ob causam alterum mas alterum fœmina gignantur: ubi autem partes eiusmodi desunt: ut postrema aliq; aut alia queuis membra (eandem causam esse putandum) quam si omnino quod gignitur ab ortu patiatur: abortus autem conceptum euenire complures certum est: differunt agnationes apartu multiplici quomodo exposui: monstra uero cum iis dissidēt eo q pluribus coalescant: sed si nonnulla hoc etiam modo ueniunt: si in parte maiore: & precipua quadam peruersum est: ut si qua gemino lienæ: aut pluribus renibus oriūtur: tum etiam locis partium commutatis monstrum dicimus: quod diuersione motu um translationeq; materię accidit. Vnum ne an plura sit per coagmentationem quod monstrificum prodit animal iudicandum est principii ratione. Verbi gratia si cor pars eiusmodi est: quod unum cor habet: unum animal est: quod duo: id duo est animalia quæ sibi coaluerunt propter conceptuū coniunctionē: partes uero supuacuas agnationes esse declaratum iam est. Accidit etiam sæpe ut pluribus ex iis quæ ante oblæsa non uiderentur animalibus iam perfectis meatus aut adducti concorporarentur: aut diuerterentur: iam fœminis nonnullis os uteri compressumq; concorporatumq; ab ineunte ætate ad tempus usq; mestruoꝝ perseuerauit: mox urgentibus mestruis: dolore infestante: aliis sponte disruptum est: aliis dissectum a medicis nonnulle intericerunt: Cum aut per uim disrumperetur: aut disrumpi non posset: pueris etiam quibusdam genitalis postremū & meatus qua excrementum uesicæ transit: non eodem tetēderunt: sed infra meatus ille transegit: quamobrem demissis clunibus mingūt qui testibus paulo in partē superiorem retractis uidentur a longe simul & maris habere genitale & fœminæ: meatus etiam alimenti sicci coaluit aliquibus bestiis scilicet ouibus: & quibusdam aliis: nam & uaccā fuisse perinthi accepimus, cui cibi excrementū extenuatum per uesicā: transmittebatur: dissectusq; anus denuo propere coalescebat nec rescando euincere uitium poterant: de partu multiplici & paucifero ac de agnatione partium aut defectu atq; ēt de monstrifico partu dictum iam est.

Quāobrē animaliū alia superfœtant alia non: & quæ superfœtant interdum fœtus enutriant interdū nō: & alia libidinosa in eo genere sint alia nō. Caput. v.

a Nimaliū uero alia nunq superfœtāt: alia supfœtāt: quoꝝ quædā enutrire suos conceptus semp possunt quædā interdū possunt: interdū nequeūt. Causa ne superfœtēt ē: q singula pariunt: sollipedes enī & quæ iis auctiores sūt aiantes nunq supfœtant: facit enim eaꝝ magnitudo ut excrementū oē in conceptū absumat: quippe cū in iis oibus corporis sit magnitudo: quæ aūt magno corpe sūt: eoꝝ fœtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; magni pro sui generis magnitudine instituuntur: ex quo fit ut elephantorum fœtus magnitudine uituli gestetur: multipara ideo superfœtant: quoniam plures cōceptus superfœtatur quidam alter alteri sunt. Quæ autem ex his magnitudine predita sunt: ut homo si alter coitus proxime ab altero accessit enutrire: quod supfœtatū est possunt. Iam enim id euenisse uisum est: cuius rei causa id quod diximus est: eodem enim coitu plus seminis mittitur: quod partitum multiplicare conceptum potest si alternum post alterum accedit. Sed si iam aucto conceptu coitus adhibetur superfœtari quidem potest: sed raro: quoniam uterus magna ex parte ad partum usq; se comprimat: Si tamen aliquando accidit ut superfetetur iam enim id euenisse cōstat perfici non potest: sed conceptus abiguntur similes iis quos abortus uocamus. ut enī in uniparo genere omne excrementum absumitur in id quod præcesserit. ob corporis magnitudinem: sic in iis fieri solet: sed in illis statim in his cum iam fœtus accreuerit: tunc enim similem uniparis conditionem recipiunt: pari ratione sola animaliū mulier & equa grauida coitum patiuntur: homo enim sua natura prefecundum animal est: aliquid etiam in utero: tum spatii: tum excrementi supereſt: quanq̄ non tantum: ut uel alterum possit alere: mulier itaq; ob eam causam coitum recipit: equa autē soliditate sue naturæ & q̄ aliquid spatii in utero superfit: ut dictum est: ampliusquidē qua ut ab uno occupetur: sed arctius q̄ ut alterum perfecte possit superfetari. libidinosa natura est equa ob eundem effectum: quo solida omnia ueneris sunt appetētiora illa enī ita se habent: quia carent purgatione quę perinde est fœminis ut coitus maribus: eq̄ enim mestrua minime emittit: omniū autem uiuiparorum fœminæ: solide sunt libidinosiores: quoniam simili modo se habent: atq; mares qui semen genitale collectū non excernunt: fœminis enim purgatio mestruorū seminis exitus est: cū mestrua non nisi semen sint inconcoctū ut ante diximus quamobrem mulieres quæ incontinentes ad rem uenereā sunt libidine cessant cū sæpius generarint. Iam enim seminale excrementum quod libidinē accendebat emissum facit ne præterea concumbendi auiditas stimulet. In genere auinm fœminæ minusq̄ mares uenerem appetunt: quoniam uterū continent iuxta septum: mares contra salatiores sunt: quoniam testes intus habent retractos. Itaq; fit: ut quæ ex iis sua natura: abundant semine coitū semper desiderent: fœminæ igitur huius generis propēsiores ad coitū sunt uteri descensu: mares testium retractu. Diximus quā ob causam alia nullo pacto supfetant alia supfetāt qdē: sed conceptus interdū enutriunt interdū non & q̄obrem alia libidinosa alia nō libidinosa in eo genere sunt. Sunt aūt nōnulla supfetātia: quæ longo ēt interposito tēpore coeūdi possint enutrire: conceptū quē supfetarint: uidelicet ea quoꝝ genus semine genitali abūdat: & corporis magnitudine caret & multa generat. Cū enim multipaꝝ sit: uterū habet ampliorē: cum semine abundet multum purgationis excrementitie emittit. Cum corporis magnitudine careat: maioreq; portione purgatio superet quam conceptus desideret nutrimentū possunt uel post constitui animalia eadēq; enutriri ac perfici uteri: etiam eorum non se comprimunt: quoniam excrementū purgationis supereſt: qđ mulieribus quoque euenit: fit enim nonnullis grauidis purgatio: & interdum quæ ad finem usq; perseueret: sed iis præter naturam hoc euenit: quamobrem foetus efficitur detrimento: at eiusmodi animalibus per naturam sic agitur. Ita enim corpus eoꝝ principio cōstitutū est: quale corpus lepoꝝ est: hoc enim animal supfoetat qppe quod nec magnū sit & plura gñet: multifidū enim ē: tale aūt qđuis plura gñat: semie ēt abūdat

quod eius hirsutie significatur: copia enim pili exuperat: nam hoc unum pilos & sub pedibus habet: intra genas: pili aūt abundantia & hirsuties copiā iudicat excrementi. Quāobrem hoies pilosi libidinosiores & seminis copiosiores sunt q̄ leues: lepus igit' sæpenumero fœtus alios imperfectos gestat: alios perfectos iam edit.

Quare uiuiparorum: alia perfectū: alia imperfectū animal pariunt. Caput. vi.

u Iuiparorum alia imperfectum animal pariunt alia perfectum: sollipedes & bisulcæ perfectum. Multifide complures imperfectum: cuius rei causa est: q̄ sollipedes singulos pariūt: bisulcæ aut singulos aut binos magna ex parte: enutrire autem quæ pauca gignuntur facile possunt: multifidæ quæ pariunt imperfecta: omnes multipare sunt: quo fit ut partum adhuc recentē alere possint auctum iā adeptumq; magnitudinem nequeant: sed cum corpus ad nutriendum nō sufficiat partum emittant: ut ea quæ uermem pariunt. quedam enim ex iis catulos inarticulatos, pemodum pariūt: ut uulpes: ursa: leena: & alia nonnulla: sed omnia fere cæcos: ut ea q̄ modo dixi atq; etiam canis: lupa: lupus ceruarius: sola inter multipara sus parit perfectos: eaq; una euariat: generat enim multos more multifidi generis cum & bisulcum: & sollipes sit. Sunt enim locis quibusdam sues solida ungula: partu igitur numerosa ē quoniam alimentum quod in corporis magnitudinem absumeretur in excrementum seminale decedit. Id enim ut sollipes magnitudine caret: quin & potius quasi ambigēs cum natura sollipedum bisulcum est hac igitur causa & unum parit: & duos & quod plurimum multos: enutrit uero usq; in finem: quæ peperit proter sui corporis alimoniam probam: habet enim ut solum pingue suis stirpibus: sic scrofa filiis alimentum copiosum & cōmodum. Aues etiam nōnullæ imperfectos & cæcos pariunt pullos: uide licet quæ cum parue corpore sint multos progenerant ut cornix: pica: passer: hirūdo & paucipari generis: quæ copiam alimenti parere una cum prole non solent: ut palumbes: turtur: columba: quāobrem si quis hirundinum nouellaꝝ adhuc oculos prepungat rursum incolumes reddentur. Cū enim fiunt non facti iam corrūpuntur. Itaque denuo oriuntur. ac pullulant. Omnino hæc preueniunt generationē perfectā ob alendi inopiam: generant uero imperfectis quoniam perfectionē preueniūt: quod in pueris ēt patet qui mense septimo nascuntur. Sæpe enim nōnulli eoꝝ præ sua īperfectione ne meatus quidē integros adhuc habēt: ut auriū: aut nariū: sed post acrescētes recipiūt: multiq; ex iis uitæ cōpotes euadūt. Mares potius q̄ fœminæ oblæsi in genere hominū nascuntur: cū i cæteris aīalibus nihilo potius mares q̄ fœminę ita proueniāt. Cuius rei cā est: q; in hoibus longe mas a fœmina differt calore naturæ: quo fit ut mobiliores sint mares in utero q̄ fœminæ: motu aūt ipso frangunt': cū recens quoduis facile præ sua imbecillitate frāgi possit: hæc eadē causa ē. ne fœminæ similiter atq; mares perficiātur in genere hoium: qppe cū & intra parentē fœmina tpe lōgiore conficiatur q̄ mas: & ubi in lucē uenerint celerius fœminæ q̄ mares pficiant': nā & pubes & uigor & senect9 fœminis prius uenit q̄ maribus: sunt enī fœiæ sua nā debiliores frigidioresq; & sexū fœmineū q̄si lælionē naturalē: & detrimētū est putādū. Intus igit' tarde pre sua frigiditate discernunt': hæc eteni discretio cōcoctio ē. calor aūt cōcoquit: & qđ calidi9 id cōcoctu facilius ē: sed foris pp suā debilitatē cito ad ætatis florē senectutēq; pueniūt: eteni oia minora: ut in artis operibus: sic in naturæ citius ad finē deueniunt eadē cā est: ut q gemini mas & fœmina in gñe hoium, pdeūt min9 seruētur: cū i cæteris aīalib9 ni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hilo referat: hominibus enim hic concursus præter naturam est: cum non pari tẽpore mas & fœmina discernantur: sed aut marẽ cõtari: aut fœminam præuenire necesse sit: at in cæteris id non præter naturam ẽ. in ferẽdo etiam utero homines cũ cæteris animalibus dissident. Cum enim cætera plurimũ, temporis ualeant corpore cũ uterũ ferunt mulieres magna ex parte ægre degunt. cuius rei causa aliqua uel ad uitam referunt mulieres magna ex parte ægre degunt. cuius rei causa aliqua uel ad uitam referri potest. Cum enim mulieres uitam ociosam & sellulariam quãdam degant: plus contrahunt sibi excrementi: nam quibus gentibus solitum est: ut mulieres labores suscipiant: iis nec uterus tam difficulter gestatur & partus facilis est. deniq; quibus locis mulieres: quæ laborare consueuerunt: facilius pariunt: labor enim excrementa cõsumit. quæ in mulieribus ociosis augentur. Cunq; parturigo laboriosa sit labor & exercitatio actæ uitæ facit ut spiritum possint retinere: in qua re partus facilitas conciliatur. Afferunt igitur ea quoq; (ut modo dixi) aliquid causæ ad eius affectionis differẽtiam: qua mulieres cæteris animalibus in ferendo utero discrepant: sed maxime causa est: q; cum cæteris aut exigua purgatio: aut nulla manifesta fiat: mulieri plurima euenit: quæ cũ per uteri gestationem desierit: infestat atq; perturbat. Quippe cum etiam non grauidis (nisi purgationes fiant) egritudines accidant: principio potius cum concipiunt perturbari soleant magna ex parte: conceptus enim purgationem impedit: & pre sua exiguitate absumere copiam excrementi inter initia nõ potest: q̃q̃ post ubi iã plenius assumere cœperit leuat: at in cæteris animalibus quoniam parum excrementi est: modicea d fœtus incremẽtum accommodatur. Cunq; excremẽta quæ nutricatio nem impediunt: absumant' ualent fœlicius. Nec secus aquatile genus aut uolatile afficitur. Iam uero acrescẽte fœtu quibus non æque proba altio contingit: causa ẽ q; fœtus incrementũ plus excrementi cii alimenti desideret: paucis quibusdam mulieribus euenit ut pregnantes melius ualeant corpore: uidelicet iis quar in corpore exigua continentur excrementa: quæ absumi possint cum alimento quod fœtui administratur.

Quam ob causam mola in uteris mulierum generetur: & quare potius in muliere quam in cæteris animalibus. Caput septimum.

E eo quod mola uocatur uidendum est: accidit hoc uitium mulieribus nõuul
d lis grauidis, quanquam raro: pariunt enim q̃d molã uocãt. Iam accidit enim mulieri cuidam: ut cum concubuisset & se concepisse putasset: primum uentris moles augeretur: & reliqua ex ratione uenirent. Sed cum tempus pariẽdi iam eẽt nec pareret: neq; moles minueretur: sed annos tres aut quatuor ita perseueraret: quoad dysenterie: ideſt difficultati intestinorum implicata: eoq; modo periclitata demũ perfeneſcat cõmoriatur. Quæ autem prodierit adeo obdurescit: ut uix ferro transigi possit. Causam huius affectus dixi in problematibus: afficitur enim conceptus eodem modo: quo ea quæ inquinari dicimus: cum elixantur nec per calorem ut quidam uolunt: sed potius propter caloris debilitatem: natura enim de uita certare uidetur: nec posse p ficere finemq; apponere generationi: quamobrem aut tota uita aut longo tempore durat: quod inchoatum est: nec enim perfectam: nec alienam omnino habet naturã: causa nãq; duritie cruditas est: quippe cũ inquinatio quoq; cruditas quædã sit: sed quæritur cur cæteris aialibus idẽ non accidat: nisi quid admodũ lateat: causam uero cẽ putãdum q; mulier iam oium aialium affectionibus uteri obnoxia est & mestruis abũdat: nec potest ea concoquere. Cum igitur ex humore concoctu difficili cõceptus consistit

tunc gignitur quod mola uocatur. idq; in mulieribus merito aut solis aut maxime.

Quæ animalia lac habeant & quã ob causam a natura datum sit. Caput octauũ.

Ac autem sit iis fœminis: quæ animal intra se generant: quod utile partus tem
l pore est: natura enim id alimenti gratia externi animalibus parauit: ut ne deesset tẽpore debito neq; ultra id tẽpus supereſſet: quod ita plane euenire uidemus: nisi quid præter naturã acciderit. Sed cæteris aialibus qnoniã tẽpus simplex ferendi uteri partusq; datũ est. lactis concoctio ad hoc tẽpus solet accedere. hoibus uero quoniã plura sunt tẽpora: primo adesse necesse est. quãobrẽ lac mulier: cũ ante septimum mensem inutile sit. utile iã septimo redditur mẽse. causa etiã necessitatis propria concoctio lactis tẽporibus ultimis habetur. principio enim decessio huiusmodi excrementi absumitur in fœtus generationẽ. Oibus aũt alimẽto est: quod dulcissimũ & coctissimũ sit. Itaq; sublata hac facultate reliquũ salsum maleq; sapidũ esse necesse ẽ. Sed cũ fœtus magis magisq; perficiatur plus excremẽti supest: minus eni absumit' idq; dulcius est: cũ nõ æque detrahat': quod bene cõcoctũ sit. nõ enim insuper ad fœtus informationẽ cõsumitur: sed ad incrementũ mediocre: quasi iã fœtus cõstet adeptus finẽ suũ. est eni & cõceptus pfectio. quaobrẽ exit permutatq; generationẽ: ut qui iã sua receperit: nec præterea accipit quod suũ nõ est: quo tẽpore lac utile datur. Colligit' hoc parte superiore corporis & mãmis pp ordiné primæ originalisq; constitutionis præcipua enim pars aialis quæ supra septũ est. Inferior, uero ad cibũ & excremẽtũ accõmodata est: ut gressile aialiũ genus habẽs intra se alimẽti suppetias loca pmutet: hinc seminale quoq; excremẽtũ secernitur ob eã quã intra disputationis nostræ reddidimus cãm est eni naturæ sanguineæ: tũ excremẽtũ maris: tũ mestrua fœminæ: sanguis aũt & uenar principiũ cor est quod in ea ipsa parte superiore positũ est. quapropter hic primũ excrementi talis mutationẽ innotescere necesse est: ex quo fit ut & uoces: tũ mariũ tũ fœminar immutẽtur: cum semen ferre incipiunt. hinc enim uox suam originẽ trahit. alteratur uero cũ id quod moueat alteretur: & mammæ subleuentur: etiã maribus plane sed fœminis amplius. q; enim parte inferiore multũ excernitur. Ideo locus mãmarum inanis fungosusq; fœminis sit eodẽq; modo iis euenit aialibus quibus mãmæ infra habentur. Igitur & uox & mãmæ in cæteris quoq; aialibus documentũ euidens præbent homini usum habenti generis cuiusq;: sed plurimũ in genere hominum interest. Cuius rei causa est: q; excrementũ plurimum & mulieribus præ cæteris fœminis & uiris præ cæteris maribus est: præ magnitudine alteris mestruor: alteris genituræ. Itaq; cũ hoc semine excrementũ non a fœtu hauritur. & tamẽ ne foras profluat prohibetur colligi id in loca inania quæcũq; eisdẽ meatibus adhærẽt necesse est. Talis aũt locus mãmar in oibus est utraq; de causa: scilicet notæ melioris gratia ita cõditus: atq; etiã necessario hic iã cõsistit: & alimentũ cõcoctũ aialibus redditur. Cõcoctionis aũt cãm nõ solũ quã mõ diximus accipere licet: sed cõtrariã etiã. nã & ut fœtus maiusculus iã factus plus assumat cibi: minusq; ob eã rẽ per id tẽpus supsit: ratio ꝓbabilis est. quod aũt minus est cõcoqui celerius potest. Sed lactis naturã eadẽ esse quã excrementi ex quo unũquodq; generet' apertũ est. nã qd' ante diximus eadẽ materia ẽ quæ alit: ex qua generationẽ natura cõstituit. eaq; sanguineus humor in sanguinẽ hẽntib9 ẽ. lac eni sanguis cõcoct9 ẽ nõ corrupt9. Empedocles uero aut nõ recte putauit aut nõ bene usus uerbo trãslatitio ẽ: cũ dixerit octaui decimo mẽsis pus extitit albũ. putredo eni cõcoctiõi cõtrariũ ẽ. pus aũt putredo q̃dã ẽ: lac uero res ẽ cõcocta ꝓrsus nec lactã-

&

tibus fiunt purgationes secundū naturam: neq; lactantes concipiunt: & si cōceperint lac extinguitur quoniam cadē lactis & mestruoꝝ natura est: natura aūt non tam large profundere pōt. ut anceps sit sed si alterutrā in partem secernitur: ī alteram desit necesse est: nisi quid acciderit uiolentū: & præter id quod solitū magna ex parte ē. Tem poribus ēt bene præscripta ē generatio animaliū cum enim præ magnitudine non satis præterea fœtui est alimentum: quod per umbilicū ministrat lac ad alendū utile succedit. Cūq; per umbilicū alimentū non subeat: comprimūt sese uenæ ille circū q̄s tunica est: q̄ umbiculicus uocatur: atq; ob eā rē tunc exitus oportune fœtus consequitur.

Qua ob cām partus nōnullis aialibus in caput uersis fiat. Caput. ix.

Artus aūt pronis in caput conuersis sit per naturā aialibus oibus ꝓpterea q̄ p partē ab umbilico maiorē habeāt q̄ inferiorē: maiora aūt plus ponderis cōtinent itaq; ueluti in statera dependētes eo uergūt quo trahuntur.

De tpe ferēdi uteri: & quare nō omne animal possit eē diuturnior. Caput. x.

Teri aūt ferēdi tpa certa cuiq; aialiū sunt magna q̄dē ex parte pro uitæ spatio u uiuaceoꝝ enim generationes quoq; diuturniores eē necesse ē: nō tamē id cauſæ ē: sed magna ex parte sic euenit: maiora enī pfectioraq; sanguinei gñis aialia plus tpis uiuūt: sed nō oia maiora sunt uiuatiora: hō enī plus tpis q̄ q̄duis aīal uiuit: excepto elephāte: q̄ q̄dē usu adhuc fide digno nouerimus. q̄q̄ hō minoris ē incremēti q̄ ueterina & alia multa. Causa ne q̄duis aīal possit diu uiuere ē: q̄ pro aere ambiēte tēperatur: atq; ēt ob alios naturales casus de quibus mox dicā: tpa ferendi uteri pro magnitudine aialium q̄ generant descripta sunt: haud enī tpe breui cōstitutiones pficī magnas uel aialium uel quorūuis alioꝝ fere facile ē. Quāobrē equi. ut q̄ iis cognata sunt aialia: q̄q̄ minus tpis uiuūt: tamē diutius uteꝝ ferūt: alia enim annū alia quod plurimū mensēs denos grauida exigūt: hac eadē de causa elephantoꝝ etiā uterus diutinus ē: biennio nāq; gestatur ꝓpter exuperantiā magnitudinis. Ratiōe aūt optima tpa omniū & grauiditatum & generationū & uitaꝝ dimēsionē circuitibus sibi exposcūt recipere: circuitum appello diem noctem: mensem annum: & tēpora: q̄ iis describunt: atq; ēt lunæ traiectiones: sunt enī lunæ circuitus complementa & silentia & interpositorum tēporum sectiones: ita enim coit cum sole: mensis nāq; cōmunis amborum circuitus est luna aūt principium ē propter solis societatem receptūq; lucis: fit enī quasi alter sol minor. q̄obrem cōducit ad oēs generationes perfectioneſq; calores enī & refrigeratiōes cū moderatione quadā generationes sine moderatione corruptiones efficiunt: terminum aūt tum principii tum finis qualitatum eaꝝ motus horum siderū optinet: ut enī & mare & oēm humorum naturam subsistere mutariue pro flatuum motu & quiete uidemus: aerem uero & flatus ꝓ solis lunæq; circuitu affici: sic ea quæ ex iis aut in iis oriuntur sequi necesse est. Nam ut rerum minus principalium circuitus sequantur: magis principalium rerum circuitum ratio est. Vitā enim q̄dam & ortū & interitū uel flatuū esse fateor. Conuersiōis uero coꝝ siderum alia fortasse principia sunt: natura igitur ita sibi uult ut eorum numeris generationes & obitus numeret: sed exquisite id facere neq; ꝓpter materiæ indefinitionē. & q̄ multa principia icidunt: q̄ generationes destinatas secundū naturam & corruptiones sæpe impediāt: atq; ita cā sint eaꝝ quæ ueniant præter naturā. Sed de alimento intrinsecus ministrādo aialiū atq; ad generatiōe in lucē agenda & seorsum de singulis: & summatim de omnibus dictum iam est.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER QVINTVS INTERPRETE THEODORO.

De discrimine oculoꝝ in animantibus & coloꝝ eorundem differentia & quid sit somnus quid item uigilia. Caput primum.

E AFFECTIONIBVS Quibus animalium partes differant inter se: disserendum nunc est affectiones partium dico cecitatem oculorum aut nigredinem: uocis acumen aut grauitatem: & coloris aut d corporis: & pilorum aut pennarum discrimen: quorum alia totis generibus insunt: alia utcūq; sors tulit habentur. quod maxime in hominibus accidit. mutationes etiam per ætatem aliæ omnibus æque animalibus ueniunt aliæ contra ut in uocis coloriſq; ratione uidere licet. Cum enim cætera non canescant manifeste in senectute: homo maxime omnium ita afficitur: & alia statim ab ortu naturæ consequuntur: alia progrediente ætate & senescentibus accidūt. de his igitur cæteriſq; huiusmodi omnibus non eundem præterea modū causæ esse putandum. Quæ enim non sint opera uel naturæ communia uel generum singulorum propria: horum nullum alicuius gratia aut est aut fit. Oculus enim alicuius gratia est sed cæsius non alicuius rei gratia est: nisi hæc affectio sit propria generis nec uero ad rationem substantiæ pertinet in nōnullis: sed ut quæ necessario fiant ad materiam & principium quod mouerit causæ eorum referendæ sunt: etenim (ut initio disputationis nostræ dictum est) non quia tale quid gignitur quodq; ideo tale quid est scilicet ī iis quæ statuta definita & certa naturæ sunt opera: sed potius quia tale est: iccirco tale & gignitur. substantiam enim generatio sequitur & substantiæ gratia est: non ipsa generationem. Veteres tamen naturæ interprætes contra esse putarunt. cuius erroris causa fuit q̄ causas plures esse non uiderent. sed materiæ tantum & motus causam eamq; indefinite cognoscerent. Rationis uero & finis causam non considerarent: sed enim alicuius gratia unumquodq; est. gignitur autem iam ob eam causam & reliquas quæ in ratione cuiusq; continentur: qua uel alicuius gratia est: uel cuius gratia aliud est. Quæ uero non eiusmodi sunt uidelicet: quorum generatio est eorum iam causa quærenda ī motu generationeq; est: utpote cum discrimen constitutione recipiant. oculum enim necessario habebit: tale enim animal subiectum est. Sed talem necessario quidem sed non tali necessitate. Verum alio modo scilicet quoniam talem aut talem rem suapte natura agere patiue potest. his ita diffinitis de rebus quæ deinceps cuenīāt differamus. Principio pueri cum nati fuerint: dormire omnium maxime īperfectoꝝ aialium solent. quoniam intra parentem cum primum sentire ceperint: tempus dormiendo totum fere consumunt: Sed queritur de prima generatione: utrum uigilia præcedat: an somnus. q̄ enim proficiscente ætate magis expergisci uisuntur contrariū id est omnium principio generationis inesse probabile est. Tum etiam transitio de non esse ī esse per medium fieri solet. somnus autem talis sua natura esse uidetur ut uiuēdi & nō uiuendi interliminium sit: & neq; omnino sit qui dormit neq; non sit. Viuitur enim potissimum uigilia propter sensum sed si animal habere sensum necesse est: & tunc primū est animal cū primū contigit sensus: primam illam dispositionem non somnum: sed similē somno esse putanduq; qualis plantarum est. etenim ita accidit: ut per id tempus

uita plantæ animalia uiuant. At plantis ſomnum ineſſe impoſſibile eſt, nullus enim ſomnus inexpergiſcibilis eſt. Affectio autem illa plantarum quæ ſomni eſt proportionalis inexpergiſcibilis eſt, neceſſe etiam eſt animalia dormire partem maximam temporis: quoniam incrementum & pondus locis ſuperioribus impoſitum eſt. Cauſam autem dormiendi talem eſſe alibi expoſuimus. Verumtamen expergiſci i utero etiam uidentur quod tum in diſſectionibus: tum in prole ouipari generis patet: mox obdormiſcunt ſtatim rurſuſque delabuntur: quamobrem egreſſa quoque in lucem: bonam temporis partem dormiendo traducunt. Cum pueri uigilant non rident: cum dormiunt rident interdum etiam lachrimant. Accidit enī dormientibus ēt animalibus ſenſus non modo: quæ ſomnia uocantur: ſed etiam præter ſomnia ut iis qui dormientes reſurgunt: & quidem pleraque agunt ſine ſomnio. ſunt enim qui dormientes reſurgant & ambulent: uidentes eo modo quo qui uigilant. iis enim qui ſenſus accidentium contingit qnāquā non uigilantibus: tamen nō ut ſomnium. Infantes uero propter conſuetudinem quaſi neſcii uigilandi ſentire uiuereq; in dormiendo uidentur. Ipſe autem procedente incrementoq; tranſeunte in partem inferiorem expergiſcūtur: iam magis & partem maiorem temporis ita degunt: ſed initio plus q̄ cætera animalia ſomno dediti uiuunt. Imperfectiſſimi enim omnium perfectorum partuum naſcuntur: & incremento partis ſuperioris exuperant. Oculi omnium puerorum ſtatim a partu cæſiuſculi ſunt. poſt uero immutantur in eam naturam quæ futura eſt: quod in cæteris animalibus nō euenit manifeſte. cuius rei cauſa eſt: q̄ cæteris aīalibus oculi in ſuo cuiuſq; genere unicolores potius ſunt, ut bouum nigri. Ouium omnium aquini: aliorum ruffi: toto genere: aut cæſii: nō nullorum caprini ut caprarii generis. At hominū oculos uarios uerſicoloreſq; eſſe euenit, nam alii cæſii: alii flauidi: alii nigri: alii caprini: quamobrem cæterorum ut nulli ſuo in genere diſſident inter ſe: ſic nulli a ſe ipſi differunt. quippe qui non plus q̄ unum colorem habeant ſua natura. Equus maxime omnium cæterorum animalium uerſicolor eſt: aliqui enim cæſii altero oculo naſcuntur: quod nulli ex cæteris beſtiis euenit manifeſte: quāquā homines nonnulli altero oculo diuerſo gignantur ergo ut cætera animalia nihil mutationis uel recēs nata uel ætate prouectiora recipiāt. Pueris autem id eueniat ſatis cauſæ hoc eſſe exiſtimandum: q̄ cæterorum ea pars unicolor. hominis uerſicolor eſt. ſed ut cæſium potius quā alium habeat colorem: cauſa ē q̄ partes nuper natorum imbecilliores ſunt. cæſietas autem imbecillitas eſt. ſed in uniuerſum de oculorum diſcrimine querendum accipiendumq; eſt: quam ob cauſam alii cæſii: alii flauidi: alii caprini: alii nigri: ſed cæſios opinari plus ignis habere. ut Empedocles ait nigros autem plus aquæ quā ignis: atq; ob eam rē cæſios interdiu acute cernere non poſſe ſcilicet ob aquæ inopiam: nigros noctu deficere ob ignis inopiam non bene eſt. ſiquidem uiſus non igni: ſed aquæ tribuendus in omnibus eſt. cauſam etiam colorum uel alio modo reddere poſſumus: ſed ſi ita eſt ut ante dixi cū de ſenibus agerem: atq; etiam prius cum de anima ut aquę propria pars hæc ſenſoria ſit: nō aeris aut ignis: cur ita hanc eſſe cauſam eoꝝ putandum eſt: q̄ alii plus humidi habent: alii minuſq; motus cōpetens requirat: alii modicū. Itaq; qui multū humoris continent nigri ſunt: quoniā humoris copia tranſpici ſatis non poteſt: cæſii qui parum habent humoris ut in muri etiā cernitur, etenim quantū eius ſatis tranſpicitur: cæſium apparet: quātum minus aquinū, quantum præ gurgite alto non præfinitur id opacat & nigrū aut ceruleum ſentitur. Qui aūt inter eos ſunt eo iam differunt, q̄ magis minuſue ita cōſti

terint, eandem cauſam eſſe putandū: ut & cæſii acute interdiu cernere nequeant: nigri noctu. cæſii enim præ ſui humoris exiguitate mouentur magis a luce & rebus uiſilibus ſcilicet qua humidi quaq; perlucidi ſunt quāquā motio eius pars uiſio eſt: qua perlucida non qua humida eſt. Nigri uero ob humoris copiā minus mouetur. lux enim nocturna exilis eſt: & ſimul quiuis humor per noctē moueri difficilius poteſt. cōuenit autem eum qua perlucidum necnon moueri: neq; magis moueri quā congruū ſit. læuior enim motus expellitur a uæhementiore. quāobrē qui aut ſuū conſpectum a calore ualidiore tranſtulerint: aut de ſole in opacū ſe cōtulerint nō cernūt. motio enim quę iam uehemēs ineſt: impedit eā quæ extrinſecus accidit: deniq; uiſus ſiue ualidus ſiue in ualidus nequit res ſplendidas cernere: quoniā eius humor ultramodū afficitur mouet. Egritudines etiā oculoꝝ utrorumq; indiciū faciunt. Glauconica enim cæſiis potius accidit: luſcioſcitas nigris, eſt aūt glauconica ſiccitas potius oculoꝝ. Itaq; ſeneſcētibus magis euenit, nam oculi quoq; ut reliquū corpus ſenectute ſiccеſcunt. luſcioſitas uero humoris copia eſt: quapropter minoribus natu potius accidit. cerebrū enim coꝝ humidius eſt. Viſus aūt optimus eſt qui inter multū & parū humoris moderatus cōſtat hic enim nec per exiguitatē turbatur: ut colorū motiones ipediat: neq; per nimietatē præbet mouēdi difficultatē: ſed nō modo ea quæ diximus cām habēt: ut obtuſæ acuteue cernatur: uerū natura etiā cutis quæ pupillæ uocatæ obtēditur (tralucidā enim eſſe eā requiritur) Talem aūt eſſe quæ tenuis alba & læuis ſit neceſſe eſt. Tenuis igitur eſt ut motus qui extrancus ueniat recto tramite feratur. læuis ne rugis obūbret. ſenes enim ob eā rē acute non cernunt: nam ut cæteraꝝ partiū cutis ſic oculoꝝ quoq; ſenescentibus obrugant: & craſſior redditur, alba aūt eſſe debet: quoniā nigrū tralucidum eſſe nō poteſt, hoc enim ipſum eſt nigrū quod nō trāſluceat: unde fit ne laternæ poſſint lucere: ſi ex tali cute cōfectæ ſunt. Per ſenectutē igitur & morbos a cute cerne re ob eas cauſas nequeunt. Pueri uero paucitate humoris cæſii principio ſunt ſed altero oculo cæſii præcipue hoīes atq; equi gignūtur eadē de cauſa qua & homo ſolus canescit: & equs iter cætera aīalia unus cuidētius albeſcit pilo p ſenectutē· canities enī debilitas quædā humoris ſiti in cerebro & cruditas eſt: qd' idē cæſietas quoq; eſt. Vis enim eadē eſt humoris admodū tenuis quæ pauci & admodū craſſi q̄ multi. Cū igitur natura eque cōficere nequit: aut utroq; cōcocto humore aut nō utroq; cōcocto: ſed altero cōcocto altero nō: tūc euēit ut cæſii altero oculo reddātur. Quāobrē aūt alia acute cernant: alia nō duplex ratio eſt, acumē enim cernēdi bifariā fere dicitur. Audiēdi etiā olfaciendiq; ratio ſimilis ē, dicit' enī acute cernere: aut q̄ ꝓpcul cernere pōt: aut q̄ differentias reꝝ quæ cernūtur q̄ maxime ſentiat: quæ quidē ſimul nullis eiſdē cōtingūt. Idem enim manu ammota aut p fiſtulā: q̄q̄ nihilo magis coloꝝ differētias indicet: tamē longius cernet & quidē ex foueis puteiſq; interdū ſtellas cōſpiciūt: itaq; ſiquod aīal multū quidē ꝓueniētiæ adiunctū oculis habet: ſed humorē pupillæ nō purū neq; modicū cōuenienter extraneo motui: neq; ſummā cutē prætenuē optinet id: ut exquiſite coloꝝ differētias nō percipiet: ſic procul cernere poterit, quō etiā quominus magis q̄ quæ humore quidē illū ſinceꝝ operimentūq; eius pretenue habeāt: ſed ſupercilio quod ꝓmineat oculis careāt oīno. cauſa enim cernēdi tā acute ut differētiæ percipiātur in ipſo oculo eſt. nam ut in ueſte mundiſſima uel minima macula perſpicua eſt: ſic in puro ſinceroq; oculo uel parua motio patet ſenſumq; efficit. At ut procul cernat': motuſq; a longinquis uiſilibus deueniat cauſæ ſitus eſt oculoꝝ: quæ enim oculis prominentibus ſunt

procul cernere nequeũt. Quæ contra ītus in cauo oculos habent positos longe aspicere possunt quoniã motus inuastũ non dissipatur: sed recto tramiti meat. nihil enim interest an uisus exitu cerni dicatur ut quidã aiũt. nam nisi ante oculos quicquã sit, dissipari uisum atq; ita minorẽ rebus occurrere quæ cernuntur necesse est minusq; procul uidere quã si motu a rebus quæ uidentur proficiscẽte cernatur: similẽ enim motui effici uisionẽ necesse est. Ita igitur potissimũ res cernerentur longinq; si illico ab oculo ueluti fistula quædã porrecta ad rẽ usq; cernendã continuaretur: sic enim nulla ex parte dissolueret motus quia reuisibili proficisceretur. Sed cũ ita non sit quo amplius porrigitur eo longius cernatur necesse est. Causæ discriminis oculorum hæ sunt.

De auditoriis sensibus & olfactu: eorumq; ratione. Caput secundum.

Adem uero audiendi olfaciendiq; ratio est: aut enim ita exquisite audiũt & olfaciũt, ut quã maxime differentias omnes subiectarũ sensibiliũ rerũ sentiant: aut ita ut procul audiant, aut odorentur: ut igitur bene differentiæ iudicẽtur, causæ sensoriũ est: quomodo in cernẽdo uidelicet si sincerũ. tũ ipsum tũ eius mẽbrana est: Meatus enim sensoriũ omniũ ut dixi cũ de sensibus agerem tendũt ad cor, aut ad cordis proportionale si corde carent. Itaq; meatus audiendi: quoniã sensoriũ hoc aeris est qua spiritus natiuus in aliis pulsum: in aliis spirationem facit. hac desinit: quapropter uerba ediscũtur: ut quod audieris reddere ore possis: qualis enim motus subierit p sensoriũ. talis quasi ab una eadẽq; effigie motus per uocẽ agitur: ut quod audieris idẽ dicas'. Oscitantes etiã aut spiritũ reddentes accipientes ue minus audiũt: quoniã extremum sensorii aditus ad partẽ spiritalem terminetur: & quatiatur: moueaturq; una cũ instrumento spiritali: quotiens illud spiritũ mouet, mouet' enim cũ mouet necnõ tẽporibus anni tẽperamentisq; humidis. ut accidit aures impleri spiritus uideãtur: quoniam uicinæ sint origini loci spiritalis. Iudiciũ igitur exquisitũ differentiarũ tũ soni tum odoris in sinceritate sensorii summæq; mẽbranæ positũ est. Ira enim omnes motus manifesti ut in uisu, in his etiã ueniũt: quoniã procul sentire aut nõ sentire similiter atq; in ratione uidendi accidit. Quæ ante suas sensorias partes productiores ueluti aquæ ductus possident: hæc procul sentire possunt. quamobrẽ quoꝝ nares porrectæ: sunt ut catellorũ laconicorum hæc ualent olfactu. Ita enim motus non interpellatur sed a longe dirrecti sensorium subeunt integri: quomodo in iis qui manu admota fronti longius cernunt. Auriculæ etiã longæ imbricatæq; amplius quã si grundis intusq; anfractu lõgiore intortæ (quales nonnullarũ quadrupedum sunt) melius amministrant quippe quæ motum eminus excipientes ad sensorium reddant. homo pro magnitudine mimeme fere omniũ animaliũ procul sentire potest. Cum tamen differentiarũ sensu maxime omniũ ualeat: cuius rei causa est: q; sensoriũ sincerum minimeq; terrenum corpulentumue optinet: cutem etiã tenuissimã præ cæteris animalibns homo suapte natura pro magnitudine habet: Vitulus marinus nimiꝝ recte a natura constitutus est. Cum enim quadrupes ouiparum sit auribus caret: meatusq; tantum habet: quibus audiant causa est q; uitam hic in humore traducit. Pars autem aurium addita meatibus est: ut motus a longe delatus aeris seruaretur, itaq; nihilo utiles ei auriculæ essent imo uero offenderent: cũ intra se copiã reciperent humoris. De uisu auditu olfactuq; dictũ iã est.

De pilorum in aiantibus uarietate, & quæ pilorum uice fungantur. Caput tertiũ.

Pili discrepant: & inter se in hoinum genere per ætates & cum cæteris aialibus quæ habent pilos habent autẽ quæ intra se aial generant fere omnia. Iam &

uus & passer & ursa. Accidũt hæc cũ in generatione peruertuntur: facile enim moueri deprauariq; potest: quod paruũ est: tale aũt quod gignitur est. Principiũ enim iis quę gignuntur in paruo consistit. Aquis etiam imutantur ea potius quæ sua natura unicolora: genere aũt uersicolora sunt calidæ enim aquæ pilũ faciunt albũ frigidæ nigrũ: quomodo plantis ẽt euenit: causa est quod plus aeris habent quã aquæ. Aer aũt perlucens albedinẽ facit: quemadmodũ spumam quoq; effici certũ est. Vt igitur cutes p affectum albæ differunt ab iis quæ tales natura sunt sic pili inter se differunt qui morbo aut ætate quiq; natuta albuerint scilicet eo q; causa est diuersa, alteri enim calore naturali, alteri alieno albi efficũtur: albedinẽ uero oĩbus aer uaporosus præbet inclusus: q; obrẽ quæ unicolora non sunt uertere omnia plenius albẽt: calidiora ẽt suauioraq; sunt omnia alba fere eadẽ de causa concoctione enim dulce efficitur: concoctio aũt calore: eadem causa unicoloribus quoq;: sed aut nigris aut albis reddenda est. caliditas enĩ atque frigiditas cãm habent naturæ cutis: & pilorũ: membrũ enim unũquodq; suũ habet calorẽ. Quinetiam linguæ simplicium ac uariorum inter se differunt: atq; etiam ipsorum simplicium: sed uersicolorũ ut alboꝝ & nigrorum: causa uero est quod ante dixi: q; uariorum cutes uariæ sint alborum albæ: nigroꝝ nigræ: linguam autem perinde ac partẽ aliquã esse exteriorem putandũ: qualis manus: aut pes est: quanq; ore operatur. Itaq; cũ uarioꝝ cutis non sit unicolor: cutis quoq; linquã ambientis eadem causa est. Mutant colores auium nonnullæ. atq; etiam quadrupedũ siluestriũ: aliquæ per tẽpora anni: cuius rei causa est: q; ut hoies per ætatẽ mutant' sic illa per tẽpora: plus enĩ discrimen hoc in iis potest quã mutatio ætatis: uaria ẽt magis sunt: quæ uario magis cibo uescũtur: quo parte plurima dixerim: idq; recta ratione ut apes unicolores sunt magis quã crabrones ut uespæ: nã si cibi causæ sint mutationis: merito ciboꝝ uarietas facit ut magis euarient motus: & alimenti excremẽta: ex quibus & pili & pẽnæ & cutes gignũtur. Ac de coloribus & pilis satis diffinitũ sit ad hunc modum.

De uoce animantiũ & eius mutatione. Caput. vii.

E uoce cũ animaliũ alia uocis grauioris sint: alia acutioris: alia firmæ: ac iutrã
d que exuperantiam modice cõtantis: cũq; etiam alia magnã uocẽ: alia paruã reddant: & læuitate aut asperitate flexibilitateq; aut rigiditate discrepẽt. Considerandũ: quas ob causas hæc singula habeant'. Igitur acuminis grauitatisq; cãm eãdem esse arbitrandũ quam mutationis: cũ minora maioraq; natu mutant'. Cætera enĩ omnia cũ natu minora sunt: uocem mittũt acutiorẽ. Vituli aũt bubuli grauiorẽ quod idem maribus ẽt & fœminis eius generis euenit. Cũ enim in cæteris generibus fœmina uocem: mittat quã mas acutiorem: quod maxime in homine patet: hãc enim facultatem natura homini potissimũ tribuit: quoniam oratione solus animaliũ homo utit' orationis aũt materia uox est. Cũ inquã cæterę fœminæ acutius sonẽt: cõtra in bubus est. Vaccæ enĩ grauius quã tauri sonãt: sed cuiusna: gra uocẽ aialia habeãt: & qd uox sit: & oĩno quid sonus & strepitus: partim in iis quæ de sensu: partim in iis q; de aia diseruimus explicatũ est. Cũ aũt graue in tarditate motus consistat: acutũ uero in uelocitate: utrũ quod moueat: an quod moueat': causa sit tardi aut uelocis quærẽdũ est: qdã enim quod multũ est: tarde moueri quod pauꝝ uelociter id moueri aiũt: eamq; cãm: ut alia uocẽ graue emittant alia acutã: quod recte aliquatenus dicitur: sed non recte in totum genere enim recte dici uidetur: graue in magnitudine quadam eẽ eius quod mo-

uetur: nam si hoc ita esset: paruam eandemq; grauem emittere uocem non facile liceret: nec magnam & eandem acutam. Videtur etiam grauitas uocis naturæ generosioris esse: necnon in modulatu grauis modulus prestantior incitat est perfectum in superantia consistit. Grauitas autem superantia quædam est. Sed cum acutum & graue in uoce diuersa sint magnitudine uocis & paruitate: est enim & acuta magna & parua grauis: simili modo medius eorum tenor ambigit: quoniam alio diffinienda sit magnitudo uocis & paruitas nisi multitudine eius quod mouetur & paucitate? quod si diffinitione illa statuendum sit acutum & graue: accidet ut eadem sint grauis magnæq; uocis & acutæ paruæq; uocalia: sed enim causa est q̄ magnum & paruum & multum ac paucum non eodem accipiuntur modo: sed altera simpliciter: altera respectu quodam magniuoca enī sunt eo quod multū simpliciter est quod mouetur: paruiuoca eo quod parum: grauiuoca autem & acutiuoca: eo q̄ respectu inter se habito differentiā hanc recipiunt. Nam si quod mouetur superat uires eius: quod mouet tarde quod fertur ferri necesse est: si superatur uelociter. Itaque quod ualet interdum multum pro uiribus mouens tardum efficit motū. Interdum uelocem si superat: eademq; ratione quod debile est si plus mouet quam uires patiūtur: tardum efficit motum: si parum præ sua imbecillitate uelocem. Causæ contrarietatum hæ sunt: ne aut omnia minora natu uocē emittant acutam: aut maiora grauem: neq; mares & fœminæ eque omnes aut grauē aut acutam. Ad hæc ut & ægri acutum sonent: & qui bene ualet: atq; etiam ut senescentes uocem mittant acutiorem: quanquam senilis ætas contraria iuuenili est: pluri ma tamen parte minores natu & fœminæ acutæ sunt uocis. Cum præ sua imbecillitate parum aeris moueāt fertur enim uelociter quod parum est: uelocitas autem acumē in uoce est. Vituli & uaccæ partem quam mouent: non habēt ualidam alteri propter ætatem. alteræ propter fœminei sexus naturam. Cum tamen moueant multum graue sonant. Graue est enim quod grauiter mouetur: multumq; aeris tarde fertur: multum autem ea mouent cum cætera parum moueant: quia uas per quod primum spiritus fertur amplum in iis est: multūq; aeris mouere cogitur: cæteris angustius ac parcius est: ætate autem procedente uires ea pars recipit: quæ in uno quoque moueat. Itaque in contrariū mutatur ut quæ uocem acutam mittebant: grauiorem quam prius mittant: quæ autem grauem acutiorem: quāobrem tauri acutius sonant quā uituli & uaccæ. Vires autē omniū neruis continentur: quapropter cum ætate florent robustiora sunt: minus enim compacta neruataq; sunt: quæ minora natu adhuc sunt. Item recentiorum nerui nondum intenduntur: senescentium iam laxantur: quamobrem ad motum quoq; sunt imbecilliora: sed potissimum tauri neruosi sunt & eorum cor ita cōstat. Itaq; contentiorem eam optinent partem qua spiritum mouent: quasi fidiculā intentā talem cordis bubuli esse naturā significatur: uel eo esse: quod in nōnullis significatur: ossa enim naturam neruoꝝ requirunt. Exacta omnia in fœminā mutant & quoniam uires neruosæ in suo originali principio laxantur: similē fœminis mittunt uocē: laxatio uero similis fit: ut si quis fides intendens adhibuerit pondus quod annexū reddat contentiores: quomodo textrices faciunt: quæ cum stamina distēderint: annectūt quas læuas uocant: ita enī natura quoq; testiū annexa meatibus seminalibus depēdet qui meatus ex uena tendūt: cuius origo ex corde est iuxta ipsum principiū quod uocē moueat: quāobrē meatibus seminalibus imutatis: ad eā qua semen excernere possunt ætatē: pars illa quoq; una cū iis immutatur: qua immutata uocem etiā mutatur maxime scilicet maribus: sed fœminis etiam idem accidit: q̄q̄ obscurius: quod quidam hircire appellant: cū uox mittitur inæqualis: post uero restituitur in sequentis ætatis grauitatem aut acumen. Sublatis igitur testibus: tentio quoq; meatuum laxatur: quomodo in fidicula & stamine sublato pondere laxatis his principiū quod moueat uocē eadem ratione laxatur. Causa hæc est quāobrem exacta mutentur in fœminam tum uoce: tum etiā reliqua forma quoniam ita accidit ut principiū laxetur: ex quo ītentio corporis est: non ut quidā existimant q̄ testes ipsi copula sunt multoꝝ principioꝝ: sed paruæ mutationes causam afferunt magnaꝝ mutationū non sui ratione. Sed cum euenit ut principiū una cum iis ipsis mutetur principia enim quāuis magnitudine parua sint tamen facultate sunt magna. hoc est enim principiū eē: ut ipsum quidē causa sit multorū: sed ipsius nulla sit superiora causa. Caliditas etiā aut frigiditas loci confert eodem ut natura tale constituantur aial quod aut grauē aut acutā uocē emittat. Spiritus enī calidus crassitudine sua grauitatē efficit uocis: frigidus præ sua tenuitate contrarium facit: quod uel in tibiis patet: qui enī calidiore utuntur spiritu: & talē emittunt: qualē siticines & lamentantes: grauiorē sonū inspirant tibiis: asperioris aūt uocis: aut læuioris: omnis deniq; huiusmodi inequalitatis causæ est: membrū instrumentūq; per quod non fertur: cū aut aspeꝝ est aut læue: deniq; aut æquale aut inæquale: constat hoc ita esse cū aliquid humoris in arteria ineſt: aut asperitas affectu aliquo fit tunc enī uox redditur inæqualis: flexibilis aūt uocis instrumentū molle causæ est: ut rigidæ duꝝ: molle enī partius dispensari potest: & uariū fieri duꝝ non pōt. & molle quidē tā magnā q̄ paruā reddere uocē pōt: & proinde: tū grauē: tū aūt facile enī spiritū dispensat: ipsumque de facili magnū paruūq; fit: quod aūt duꝝ est: indipensabile est. De uoce igit̄ quę non ante diseruimus: cū de sensu aut de anima ageremus hunc habeant modū.

Quare dentes a natura constituti sunt & cur partim decidant denuoq; nascantur partim autem non. Caput. viii.

d E dentibus non rei unius aut eiusdem gratia animalia eos habere omnia sed alia ad cibū alia ad uocis orationem dictū antea est sed cur priores gignant primo maxillares post & hi nō decidāt illi decidat ac denuo nascātur hāc rationem disputationi de generatione cognatam eē putandum est: disseruit igitur de his & democritus sed non bene: non enim omnibus consideratis causam reddidit uniuersim. Ait enim decidere: quoniam properant & ante tēpus oriuntur: nam ad ætatē pœne florentē enasci per naturam debere: causam autem ut ante tēpus gignantur usui tribuit lactis: & suis lactet: qui tamen dentes non amittit. & quæ dentes habent serratos oia lactent: quamquam nonnulla eorum non amittunt nisi canīnos: ut leones: hoc igitur ille errauit exponēs uniuersim. Cū id non animaduertisset: quod in oibus eueniret. At agere ita oportet: qui enī disserit uniuersim ac de omnibus dicat necesse ē. Sed cum naturam ita subiiciamus scilicet ratione ducta ex iis quæ cernimus ut neq; deficiat: neq; frustra agat: quicquam in singulis quoad eius fieri potest. Quæ aūt cibū assumere debent: post lactis usum instrumenta habeāt necesse sit ad cibū conficiendū si ita cueniret: ut ille dicit ad pubertatē. natura profecto deficeret agendo re: quā facere posset: atq; opus naturæ fieret præter naturam. Violentū enī prēter naturā est. Generationē autem dentium euenire uiolenter asseuerat: sed hoc ueꝝ nō eē apertū ex his aliisq; huiusmodi rationibus est. Oriuntur autem prius ii quam lati: quod & officiū eorum prius est. Secatur enim prius quam molitur quod comeditur: sunt autem illi

molẽdi officio delegati. hi uero secandi: tum etiam quod res minor & si simul ichoatur tamen celerius solet perfici quam maior. Minores autem primores quam maxillares sunt necnon maxille os a latere latum: in ore angustum est. Itaq; ex ampliore plus alimenti affluere necesse est: ex artiore minus: lactis autem usus ipse nihil confert: quanquã lactis calor faciat ut dentes ii oriantur iudicium est: q; & ipsorum lactentium infantes qui calidiore utuntur lacte: ocius dentiunt. Calor enim uim optinet augendi: decidunt qui prodierint primi: tum notæ melioris gratia: tum necessario: melioris ratione. inquam q; cito hebetescit: quod acutũ est. Itaq; alteros succedere in officiũ oportet: lati autem non hebetantur: sed tẽpore dũtaxat attriti leuigãtur: necessario uero decidũt quod maxillariũ radices in lata nituntur maxilla: & ualido osse continentur: primorũ autẽ in tenui: unde fit ut infirmi & mobiles sint: nascuntur autẽ denuo: quod in osse ad huc nascente oriuntur: & cui tempus adhuc est ad dentiũ generationem idoneum: cuius rei iudicium est: quod maxillares diu oriuntur. Vltimi enim uicesimo anno exeunt nõnullis etiã senescentibus omnino prodierunt: qui loco ultimo habentur: quoniã multum alimenti in amplitudine ossis continetur. At uero prior pars ossis præ sua tenuitate cito perficitur: nec excrementũ in eo fit: sed indebitum incrementum alimentũ. Democritus uero missa ratione: cuius causa agatur omnia referenda censet ad ea quibus natura utitur: quæ talia quidem sunt: sed alicuius causa & notæ melioris gratia sumuntur. Itaq; nihil prohibet: quominus ita dentes fiant & decidant: sed non propterea: sed propter finem: hæc aũt ipsa causæ sunt ut mouentia & instrumenta & materia. Nam & spiritu magna ex parte agere consentaneũ ut instrumento est: ut enĩ nonnulla artiũ instrumenta utilia sunt ad plura. Verbi gratia inexcussoria malleus & incus: sic in rebus a natura institutis: spiritus uarium exhibet usum: simile dici uidetur: cũ causas necessario esse dicunt: ut si quis propter cultellum tantũmodo aquam exisse iis qui intercute laborant non eẽ propter sanitatem: cuius causa secuit cultellus existimet. Sed de dentibus cur partim decidant: ac denuo nascantur: partim non: & oino quam ob causam fiant: dictum est: dixi etiam de cæteris mẽbrorum affectibus qui non alicuius causa fiant: dictum est: sed necessario ueniant & quam ob causam: uidelicet eam cui motum tribuimus.

REGISTRVM.

A A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y Z &

Omnes sunt terni: præter. &. qui est quaternus.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGISTRVM.

A. A. B C D E F G H I I. L M N O
P Q R S T V X Y Z &.

Omnes sunt ternionum, & qui ijs quaternus.

FINIS.

facta, C, Magnꝰ

Ixit autē

pater ad seruos suos ci

Dñica, ij. in
Quadrag. Ym?
Angelis su. v.
Angelis suis de
us mādauit de te.
℟. Ut custodi
ant te in ōnib⁹ vi
is tuis, ad Magā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca